



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 D
11



THEODORI
SANCTISSIMI AC DOCTISSIMI
ARCHIEPISCOPI
CANTUARIENSIS
POENITENTIALE;

Omnibus quæ reperiri potuerunt ejusdem Capitulis

ADAUCTUM,

Per Canones selectos ex antiquissima Canonum Collectione Ms. nec non per plura ex variis Pœnitentialibus hactenus ineditis excerpta

EXPOSITUM,

Præclaris Ecclesiasticæ Disciplinæ Monumentis, quæ ex optimis Codicibus Mss. selecta sunt

CONFIRMATUM.

JACOBUS PETIT *primus in lucem edidit; cum pluribus Conciliorum Canonibus contulit; Dissertationibus & Notis illustravit.*

TOMUS PRIMUS.






LUTETIÆ PARISIORUM,

Apud VIDUAM JOANNIS DU PUIS, viâ Jacobeâ, sub signo Coronæ aureæ.

M. DC. LXXVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



CLARISSIMO

DOCTISSIMOQUE VIRO;

OMNIUM BENEFICENTISSIMO,

VETERUM CODICUM MANUSCRIPTORUM

INDAGATORI CURIOSISSIMO

ATQUE FELICISSIMO,

ET ECCLESIÆ GALLICANÆ JURIS

SEU LIBERTATIS STUDIOSISSIMO,

ANTONIO VYON

DOMINO D'HEROUVAL.



ANTUM tibi debeo, VIR CLARISSIME, *quantùm persolvere nunquam possim. Sed ea sunt beneficia tua, qualia olim laudabat Romanus Orator*,

ut ingenui sit animi, cui multùm debetur, eidem plurimùm velle debere. Certum quoque illud est quod ait Poëta:

Neutiquam officium liberi esse
hominis puto,
Cùm is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

Itaque cùm abhinc aliquot annis animadverterem, VIR CLARISSIME, *plerosque libros nostrorum temporum præstantissimos publicâ tuâ beneficentiâ adornari, cúmque sicut lectionis, ita & liberalitatis essem particeps, mea quodammodo solvere nomina cupiebam. Verùm quid de meo referre possem? sequine debuissem illud Poëtæ Comici consilium?*

Quoniam id fieri quod vis non
potest, velis id quod possis.

Imo anxio debitori ſimilis, cui ſi facultas, voluntas tamen non deeſt, undique munus conquiſivi non indignum quod tibi offerretur. Secunda tandem ardori meo favens fortuna Pœnitentiale Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis à Patribus & Conciliis tantopere laudatum in manus meas adduxit. Quàm diligenter conquiſitum ſit à viris Doctiſſimis hoc inſigne Eccleſiaſticæ Diſciplinæ monumentum, ipſi apertè declarant. Antonius Auguſtinus Illuſtriſſimus Doctiſſimuſque Archiepiſcopus Terraconenſis teſtatur in præfatione ad Pœnitentiale Romanum ſe nunquam legiſſe Theodori Pœnitentiale, ſed in Burchardi Vvormacienſis, & Ivonis Carnotenſis collectionibus fragmenta quædam inveniſſe. Ioannes Morinus vir ſummæ eruditionis declarat in appendice librorum de Pœnitentia, neminem legiſſe qui ſe illud vi-

disse profiteretur præter Henricum Spelmannum Conciliorum Anglicanorum collectorem, qui testatur manuscriptum conservari in Bibliotheca S. Benedicti Cantabrigiensis, è quo solos exscripsit titulos capitulorum. Postremò Lucas Acherius vir maximæ doctrinæ, pietatis & auctoritatis, quem propter suorum amicorum diligentiam vix quicquam latere potest, etiam apud Anglos non amplius reperiri, ex literis quas accepit; affirmat. Nunc verò quod tandiu expetitum est, in duobus codicibus Mss. Bibliothecæ Thuanæ feliciter repertum cui offerrem, VIR CLARISSIME, *nisi Tibi veterum Codicum Mss. indagatori curiosissimo, felicissimo, atque beneficentissimo? Præterea tanta est apud omnes doctrinæ tuæ fama, ac solertiæ in dijudicandis veris à falsis codicibus Mss. ut vel tuum nomen magnum adjiciat pondus tot præclaris Ecclesiasti-*

ciæ disciplinæ monumentis Theodori Pœnitentiali adjunctis, quæ ex innumeris schedis tuis & quamplurimis celeberrimarum Galliæ Ecclesiarum Chartulis mecum à te largè munificèque communicatis selecta sub tuis auspiciis in lucem prodire debent. Mihi denique conducit dissertationes meas, notas, atque observationes à te benignè suscipi. Etenim maxima quâ quoslibet veritatis amatores complecteris benevolentiâ primis conatibus meis multùm ignoscet. Si igitur in omnibus veritatem non attigerim, saltem veritatis amorem, quo me nosti flagrare, non spernes: si forsan ingrati infaustique tibi videantur conatus mei, spero nihilominus non fore tibi injucundum grati animi testimonium, cùm scias velim, VIR CLARISSIME, *quandiu in me vivet veterum Ecclesiasticæ disciplinæ monumentorum, &*

EPISTOLA.

Ecclesiæ Gallicanæ Iuris seu Libertatis memoria, nulla unquam oblivione posse deleri tuorum beneficiorum magnificentiam.



PRÆFATIO.



X tot ac tantis Ecclesiasticæ Disciplinę monumentis quæ nostris temporibus in lucem prodeunt, vix ullum est conquisitum studiosiùs, magisque à viris doctissimis expetitum, quàm *Pœnitentiale Theodori* Archiepiscopi Cantuariensis. Omnium quippe quæ in Occidente extiterunt Pœnitentialium antiquissimum est & celeberrimum; ad cujus instar venerabilis Bedæ Pœnitentiale, Romanum, Egberti Eboracensis, cetera denique composita sunt. Absit igitur, ut inter vulgares libellos Pœnitentiales rejiciatur, quos Synodi examinandos esse decreverunt: ut pote, sicut loquuntur Patres Conc. Cabilon. II. c. XXXVIII. *Quorum sunt certi errores, incerti auctores.* Etenim auctor est notissimus Theodorus ille natus Tharso Ciliciæ, Monachus sanctissimus, qui ob eximiæ virtutis & eruditionis famam à *Vitalliano* Papa Antistes Ecclesiæ Cantuariensis ordinatus est, ut testatur Beda lib. 4. Ecclesiast. histor. gentis Anglorum cap. 1. & 2. Hic primus Archiepiscopus fuit, cui tota Anglorum Ecclesia manus dare consensit. Hic pluribus Conciliis ad Ecclesiarum institutionem præfuit, ritum celebrandi Paschatis canonicum stabilivit, rectumque vi-

vendi ordinem non solùm in Ecclesia, sed etiam in pluribus aliis constituit, apud Bedam lib. 4. cap. 2. & 5. Unde apud omnes habebatur teste eodem lib. 5. cap. 8.

Princeps Pontificum, felix, summusque Sacerdos.

Nihil verò ampliorem laudem, majoremque *Theodoro* conciliavit auctoritatem, quàm ipsius Pœnitentiale omnibus Ecclesiis propositum velut exemplar totius doctrinæ ac disciplinæ Ecclesiasticæ præstantissimum; cùm juxta Synodorum decreta id præsertim mandatum esset Episcopis, ut inquirerent à sacerdotibus suis, an Pœnitentiale *Theodori* studiosè legerent atque intelligerent, sicut refert Regino lib. 2. de Eccles. discipl. inquisit. cxv. Quamobrem vix ullum ex Patribus, ullumve Concilium reperias, ab ipsis Patribus & Conciliis frequentiùs commendatum. Quod planum fiet si ipsum Pœnitentiale contuleris cum auctorum Ecclesiasticorum testimoniis & pluribus Conciliorum Canonibus; quos ex Pœnitentiali depromptos, postea sub titulo *Patrum, Sanctorum, & Synodorum*, nec non *veterum Pontificum Romanorum*, à recentioribus auctoribus post Isidorum Mercatorem, seu peccatorem laudatos esse ostendimus. Ex quo licet colligere hunc Isidorum non esse Hispalensem, qui obiit anno DCXXXVI. Etenim Theodorus post hunc annum, scilicet anno DCLXXX. floruit.

Sed cùm *Pœnitentiale Theodori* quamplurimos sive Græcorum sive Romanorum ritus complectatur: non mirum, si nonnulli quarumdam Ecclesiarum usus in eo insoliti reperiantur, aut alii, quos Patres ob plurimorum infirmitatem ex maxima indulgentia tolerabi-

liores esse voluerunt. Ne quis autem iis abutatur, saltem paucis in Præfatione animadvertemus, quid de illis sentiendum sit.

Nunc ergo monitus sit Lector, morem *de iterum baptizandis iis, quos Presbyter fornicans, si hoc compertum fuerit, baptizavit*, omnino insolitum videri debere post damnatum Donatistarum schisma; ad quod defendendum cùm tali consuetudine abuterentur, sapientissimè censuit Ecclesia eam esse abrogandam.

Deinde observet nubendi licentiam post divortium fornicationis causâ, absentiæ diuturnioris, captivitatis, aut cujuslibet rei, ex magna quorumdam Ecclesiæ Rectorum indulgentia ortam esse, de qua ita loquitur Origenes tom. 14. Comm. in Matth. edit. Huet. t. 1. p. 363. ἤδη δὲ παρὰ γεγραμμένα καὶ τινὲς τῶν ἡγουμένων τῆς ἐκκλησίας ἐπέτρεψάν τινα, ὥστε ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, γαμεῖσθαι γυναῖκα, παρὰ τὸ γεγραμμένον μὲν ποιοῦντες ἐν ᾧ λέλεκται. &c. οὐ μὴν πάντη ἀλόγως, εἰκὸς γὰρ τὴν συμπεριφορὰν ταύτην συγκρίσει χειρόνων ἐπιτετράφθαι παρὰ τὰ ἀπ' ἀρχῆς νενομοθετημένα καὶ γεγραμμένα. id est, *jam verò contra scripturæ legem mulieri vivente viro nubere quidam Ecclesiæ rectores permiserant, agentes contra id quod scriptum est, in quo sic habetur &c. non omnino tamen sine ratione, hæc enim contra legem initio latam & scriptam, ad vitanda peiora, alieno arbitrio morem gerentes eos permisisse verisimile est.*

Porro neminem moveat, quòd Theodorus dixerit *de muliere post votum nuptâ, in potestate esse viri, ut vota sua impleat, an non.* Hoc enim intelligi potest secundùm antiquam distinctionem puellæ velatæ & nondum velatæ ab Innocentio I. inductam in ep. ad Victricium cap. XII. & XIII. & in Canonibus Romanorum ad Gallos Episcopos sic relatam cap. I. *Quæ*

ritur de virginibus velatis, & mutato proposito, quid exinde judicatum sit. Si virgo velata iam Christo, quæ integritatem publico testimonio professa à sacerdote, prece effusa, benedictionis velamen accepit, sive incestum commisit, seu volens crimen protegere adultero mariti nomen imposuit, tollens membra Christi, faciens membra meretricis, ut quæ sponsa Christi fuerat coniux hominis diceretur. Et capite 2. *Puella quæ nondum velata est, sed proposuerat sic manere, licet non sit in Christo velata, tamen quia proposuit & in coniugio velata non est, furtivæ nuptiæ appellantur.*

Postremò usum de non comedendis avibus & animalibus, *si in retibus strangulentur, vel si oppresseris accipiter*, in melius esse commutatum S. Augustinus testatur his verbis lib xxxii. contra Faustum Manichæum cap. xiii. *At ubi Ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israëlita carnalis appareat, quis iam aut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est?* Quandoquidem igitur Ecclesia Anglorum ad fidem Christi nuper conversa nondum sic instituta erat, ut in ea nullus Israëlita carnalis appareret: infirmitatis ratio hunc adhuc exigebat morem, quem etiam post S. Augustinum Patres Concilii Aurelianensis II. anathematis pœna observandum præceperunt can. xx. *Ab Ecclesiæ cœtibus arceantur. Similiter & qui bestiarum morsibus extincta, vel quolibet morbo aut casu suffocata vescuntur.*

En consuetudines dispensationis gratia olim permissæ, quas non amplius tolerat Ecclesia. Si quis posthac Ecclesiæ Catholicæ definitionibus Theodori auctoritatem velit opponere, ad tanti Archiepis-

copi defensionem audiat, quod olim S. Augustinus in laudem beati Cypriani in causa non absimili dicebat l. 1. de baptismo contra Donatistas cap. xxx. *Sed ne videas devitandæ probationis causa ista in laudem beatissimi martyris dicere &c. Huius auctoritatem imperitis objiciunt, ut se quasi recte facere ostendant, nimirum miseri, & nisi se corrigant à semetipsis omnino damnati, qui hoc in tanto viro eligunt imitari.*

Priusquam ad capitula THEODORI veniam, quorum plura forsan ad Pœnitentiale pertinent: fatendum est id quod ex duobus antiquis codicibus Mss. Bibliothecæ Thuanæ proferimus, (in quorum uno conjunctum est cum codice canonum & constitutorum Sedis Apostolicæ, & in altero cum aliis canonum collectionibus) à nobis vocari ipsummet Pœnitentiale, non quasi integrum referat librum Pœnitentialem; sed quia nihil eorum quæ præcipua sunt, omittere videtur. Sic Pœnitentiale ab Halitgario è scrinio Ecclesiæ Romanæ descriptum potitur titulo Pœnitentialis Romani, etsi quamplurima in eo desiderentur Capitula, quæ ab antiquis auctoribus sub titulo Pœnitentialis Romani laudata sunt. Simili quoque ratione nominatur Pœnitentiale Egberti Eboracensis, licet non aliud sit, quàm compendium & quidem brevissimum ingentis operis quod in Bibliotheca Oxoniensi servatur in quatuor libros distinctum, in quibus innumera de singulis peccatis judicia continentur, sicut post Balæum, Henricum Spelmannum testatur J. Morinus in appendice libr. de Pœnitentia.

Itaque ut meam de his exemplaribus sententiam

paucis aperiam, cum viris doctissimis existimo ipsummet in iis exhiberi Pœnitentiale, sed quod multis rebus vulgaribus omissis ad disciplinam sive Græcorum sive Romanorum proponendam præclaro ordine dispositum est: adeo ut nullum extet antiquius monumentum, in quo ritus potissimùm Græcorum perdifficiles dilucidius declarentur, cujus monumenti antiquitatem tria præsertim probant. Primum est, duorum codicum Mss. accurata lectio, quæ licet paululùm varia sit, sicut in margine notavimus, cum pluribus tamen testimoniis ab antiquis auctoribus prolatis ubique fere consentiens, multa à posterioribus nempe à Canonum collectoribus nimium depravata, planè emendat. Alterum, quòd nihil externum alienumve immisceatur. Nec objiciendum in his exemplaribus Theodorum citari, cum se ipse citare soleat Theodorus. Ita in capitulis à R. ac doctissimo D. Luca Acherio editis tom. IX. Spicileg. cap. XII. *Theodorus dicit: nos vero per misericordiam &c.* Similiter in Concilio Herudfordiensi apud Bedam lib. hist. IV. cap. III. & apud Burchardum lib. XVI. cap. XXXIX. præterea eò loci res postulabat, ut quæ à se decreta erant, ab aliorum decretis distingueret. Denique uterque codex Ms. Pœnitentialis Theodori nitide exaratus est. Quod viri in codicibus Mss. dijudicandis exercitatissimi antiquitatis argumentum esse pronunciant.

Quoniam Capitula Theodori aut ad ipsius Pœnitentiale pertinent, aut illud multum illustrant, nec nisi in variis libris sparsa inveniuntur: studui ea colligere, quoad fieri potuit, sive quæ jam sunt edita, sive quæ nondum edita sunt. Porro nondum in lu-

cem prodiit amplissima Capitulorum Theodori collectio, quam à se optimè descriptam benevolè mecum communicavit ex Flandria rediens Nicolaus Favier utriusque juris & Ecclesiastici & civilis peritissimus in Senatu Parisiensi Advocatus, rerum potissimum antiquarum studiosus, qui celeberrimarum Flandriæ Ecclesiarum & Monasteriorum Bibliothecas diligenter perscrutatus, lectissimos velut apis uberrimi prati flores decerpsit.

Quicumque observaturus est quædam esse Capitula modò sub Theodori nomine, modò sub aliorum Patrum aut Conciliorum titulo, non speciali sed generali laudata, his adhibeat censuram, quam B. Petrus Damianus protulit in cap 12. opusculi, quod inscribitur Gomorrhianus. Alia sunt Theodori Capitula v. g. de numero testium adversus Clericos, quæ vulgo sub nomine Sylvestri Papæ ab Isidoro Mercatore conficta esse dicuntur: sed ea ab auctoribus Ecclesiasticis ante Isidori tempora & paulò post Theodorum descripta fuisse animadvertimus. In iisdem Capitulis plura leguntur de redemptionibus pœnitentiarum, quæ etsi à Reginone & ceteris canonum Collectoribus sub nomine *Theodori* multùm commendatæ fuerint, suppositæ tamen & vituperabiles J. Morino videntur. Verùm in dissertatione præcipua probamus rationes, quibus utitur vir doctissimus, nullius esse ponderis & momenti; etsi non negemus quædam fuisse addita.

His capitulis alia subjicimus collecta ex variis locis. Primum locum tenent X capitula Patribus Concilii Herudfordiæ oblata à *Theodoro* præsidente. Unum

ex his pessimè est corruptum adversus Episcoporum dignitatem, cujus genuinum sensum auctoritate Egberti Eboracensis, atque optimorum codicum MSS. restituimus, unà cum notis quæ indicant fontes, ex quibus ista Capitula desumi potuerunt.

Alia edidit R. & Doctissimus D. Lucas Acherius To. IX. Spicileg. ubi Codicibus MSS. proculdubio obliteratis usus multa nonnisi imperfecta & manca exhibere potuit, quantalibet à viro exercitatissimo adhibita fuerit diligentia. Plura in Pœnitentiali plenè perfecteque relata sunt, quibus ideo omissis, fragmenta quæ in eo desunt sola exhibemus.

Cetera sunt fragmenta ex Canonibus, ex Pœnitentialibus, ex Canonum Collectoribus, & ex quibusdam codicibus MSS. quibus omnibus, ne quicquam Pœnitentiali *Theodori* deesse videatur, addimus titulos capitum libri Pœnitentialis, quos solos ex Cod. MS. Bibliothecæ S. Benedicti Cantabrigiensis Henricus Spelman exscripsit tom. I. Conc. Anglic.

Porro hæc fragmenta nullus legat, nisi qui B. Pauli fuerit munitus sententiâ: *Omnia autem probate, quod bonum est tenete.* Etenim plura referunt *Theodoro* falsò adscripta, ea nimirum quæ Petrus Damiani ut apocryphos Canones, ut nænias sacris Canonibus admistas, seu ut spuria Canonum vitulamina abunde refellit in capitibus X. XI. & XII. &c. opusculi quod inscribitur Gomorrhianus. Ubi disertè probat neque Theodori esse, neque ad Canones Conciliorum ullo modo pertinere his scilicet verbis: *Hæc autem de quibus loquimur, spuria Canonum vitulamina & à sacris Conciliis noscuntur exclusa, & à decretis Patrum omnino probantur*

bantur extranea. Sequitur ergo, ut nequaquam inter Canones habeantur, quæ nec decretalibus Patrum edictis, nec à sacris videntur prodire Conciliis. Quidquid enim inter species non annumeratur, à genere proculdubio alienum esse decernitur. Quod si nomen auctoris inquiritur, certum non valet dici, quia non poterat in variis Codicibus uniformiter inveniri. Alibi enim scribitur, Theodorus dicit; alibi, Pœnitentialis Romanus dicit, alibi Canones Apostolorum; aliter, hic; aliter titulantur illic. Et dum unum habere non merentur auctorem, omnem perdunt sine dubio auctoritatem. Quæ enim sub tot incertis auctoribus nutant, nullum certa auctoritate confirmant. Quę omnia, & alia hujusmodi Patrum edictis decretalibus & sacris Canonibus opposita, longè abesse à duobus nostris exemplaribus Pœnitentialis *Theodori*, in notis nostris satis superque probavimus.

Ad exponendam Ecclesiasticam disciplinam quæ in superioribus monumentis proposita est, exhibemus præclara alia monumenta ex multis Codicibus Mss. selecta, de quibus suo pręfamur loco.

Sequuntur duæ Dissertationes, in quarum prima Theodori vigilantia pastoralis adversus Calumniatores defenditur. Ad hanc dissertationem primo pertinent Patrum, summorumque Pontificum, & Conciliorum testimonia de Sanctitate Theodori initio libri allata, quibus subjecimus iniqua quorumdam Scriptorum recentium judicia; ut liqueat quæ sit Hęreticorum audacia, quam his verbis optime describit Hieronymus Comment. lib. 4. in Hieremiam cap. 22. *Omnis enim Hęreticus nascitur in Ecclesia, sed de Ecclesia ejicitur, & contendit & pugnat contra parentem.* Cùm verò *Theo-*

dori sanctitas à Synodis laudibus amplissimis celebrata non minus extolli debeat, quàm adversus Calumniatores defendi: dissertationem præcipuam duximus instituendam, in qua in honorem vigilantiæ pastoralis à Calumniatoribus oppugnatæ sanctissimorum Episcoporum exemplis antiquissimis atque præstantissimis usque ad Theodori tempora deductis declaramus, hoc ad maximam Ecclesiæ Antistitum pertinere charitatem, quam omnium Ecclesiarum necessitas flagitat *ut*, inquit Joannes Chrysostomus, *non de illa tantum solliciti esse debeant Ecclesia, quæ à Spiritu sancto illis commissa est, sed etiam de quavis in orbe terrarum constituta.* Deinde hæc exempla neque Canonibus neque Hierarchiæ Ecclesiasticæ obesse, imò quàm plurimum favere summorum quidem Pontificum testimoniis probamus. Peracta jam illa traditione, ego de variis quæstionibus, ac præsertim de ista consulens virum clarissimum, doctissimumque R. P. GARNERIUM Societatis Jesu Presbyterum, ab ipso didici hanc traditionem in sua dissertatione de epistolis Tractoriis, de quibus loquitur Marius Mercator in commonitorio, aliquot Patrum testimoniis confirmari. Quæ cum deprehenderim ad propositum nostrum accommodatissima, oportet lectorem ad tam eruditam dissertationem remittere.

In secunda dissertatione *Theodori* doctrina de Pœnitentia ab omni novitatis suspicione vindicatur. Quoniam autem Theodorus à Joanne Morino viro eruditissimo coarguitur ut novator totius disciplinæ Ecclesiasticæ de Pœnitentia publica pro peccatis gravissimis occultis; ipsius doctrinam ab omni novitatis


ſuſpicione vindicare non potui, quin tota Patrum traditione uſque ad Theodorum accuratè deducta demonſtrare conarer talem Pœnitentiam nunquam à Canonibus ſtatutam eſſe: unde concluderetur antiquam diſciplinam Eccleſiaſticam à Theodoro non fuiſſe commutatam. Primùm quidem, ſicut R. P. Morinus vir erudititiſſimus ingenuè fatetur pag. 278. n. 18. multos & inſignes Doctores ſuæ opinioni contrarium ſentire; ſic ego quoque minime nego ſummos & clariſſimos viros ejuſdem cum illo eſſe ſententiæ, nimirum pœnitentiam de criminibus occultis, & maximè de iis tribus, idololatria, mœchia & homicidio primis Eccleſiæ ſęculis publice fieri ſolitam. Si igitur utriuſque ſententiæ de pœnitentia pro criminibus occultis argumenta à viris diſertis, virtute, doctrina, auctoritateque præſtantibus, ſtudioſiſſimè propugnentur; cur mihi non licuerit ſtudio gloriæ Theodori inflammato ab ea parte ſtare, quæ ſola ipſius doctrinæ defenſioni favebat? Itaque tot & tanta Patrum teſtimonia ne ullus deflectat ad ſenſum à propoſito meo prorſus alienum. Etenim iterum profiteor me nihil aliud intendere, quàm ad defendendam ab omni novitatis ſuſpicione Theodori doctrinam declarare, antiquæ Patrum traditioni id eſſe conſentaneum, quod Ludovicus Pius juxta ſanctorum & antiquorum Canonum ſanctiones ſtatuit hoc modo: *Nam ſi publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta ſanctorum Canonum ſanctionem. Si verò occultè, ſacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam.* Quare in primis capitibus demonſtrare aggredior, ſicut publicam de occultis criminibus Pœnitentiam quaſi à


Canonibus ſancitam Patres antiquos non admittere, ita publicam niſi de publicis ac manifeſtis imperare nunquam. Deinde ad objectiones diſſolvendas, quarum illa eſt præcipua nimirum ſi Canones de peccatis tantùm publicis intelligendi ſunt, de occultis homicidiis, fornicationibus Patres antiquos nullàm geſſiſſe curam, ac proinde graviſſimorum animi morborum ſanationem prorſus neglexiſſe: Plura alia propono remedia ſalubria, & quæ ad ſanationem graviſſimorum animi morborum Patres antiqui omnino ſufficere judicaverunt. Inter quæ adverſus ludibria ſchiſmaticorum noſtrorum temporum, inſignia recenſentur argumenta confeſſionis illius, *quæ*, ut loquitur ſanctus Leo, *primùm Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit*; & qua peccator ſuorum criminum conſequebatur abſolutionem, qualem Sidonius Apollinaris peritè deſcribit lib. 4. epiſt. 14. ad Polemium; *Noveris volo*, inquit, *non ut eſt apud præſulem fori, ſic eſſe apud judicem mundi. Namque ut is qui propria vobis non tacuerit flagitia, damnatur : ita nobiſcum qui eadem Deo fuerit confeſſus abſolvitur.* Cùm verò Patres teſtentur antiquos Canones non intelligendos eſſe de omnibus criminibus publicis; quod & ipſe Joannes Morinus affirmat : eamdem ſententiam aliis Patrum teſtimoniis confirmo, quo apertius declaretur, quænam eſſet tunc temporis Eccleſiaſtica diſciplina; atque idcirco pateat omnino inconveniens eſſe Joannis Morini argumentum. Nam ſi, quia Canones de peccatis graviſſimis occultis intelligendi non ſunt, ſequeretur graviſſimorum animi morbo-

rum ſanationem Patres antiquos neglexiſſe, quod dictu nefas eſt; quidni erga aliquot crimina etiam publica, de quibus non intelligendi ſunt Canones antiqui ipſo fatente Joanne Morino, non eadem valeret ratio? Ex quo juxta dialecticæ regulas concludo argumentum Joannis Morini quod nimis probat, nihil probare. Cętera expendo argumenta; eaque omnia ita præſto, ut quiſquis hæc legit, ubi errorem meum cognovit, revocet me. Quòd ſi cum charitate & veritate fecerit, uberrimum fructum hujus laboris mei cepero. *Non enim*, ut ait ſanctus Cyprianus à ſancto Auguſtino tantopere laudatus, *vincimur, quando offeruntur nobis meliora, ſed inſtruimur.*

NOTAS quæ diſſertationes ſubſequuntur attendat Lector tot eſſe quaſi diſſertationes, in quibus mendacia hominum maledicorum coarguuntur, qui ſanctiſſimum atque doctiſſimum Eccleſiæ Cantuarienſis ANTISTITEM temerè audent appellare novellæ ac ſuperſtitioſæ Religionis Doctorem. Quocirca etſi brevitati ſummopere ſtudeam, quia tamen Pœnitentiale *Theodori* totius Eccleſiaſticæ Diſciplinæ & Orientalis & Occidentalis compendium eſt exquiſitiſſimum, mihi neceſſe fuit ad ipſos fontes recurrere, id eſt ad Patres & Canones antiquos, in quibus ſane recenſendis non potui non eſſe prolixior; quô pateat *Theodorum* validis motum eſſe rationibus ad varios ritus pro locis & temporibus proponendos. Unum mihi de Notis ſupereſt dicendum cum ſancto Augu-

ſtino lib. 1. de Mendacio cap. 1. *Ad extremum tamen ſententiam noſtram velut certior indago comprehendet: in qua ſi ullus error eſt, cum ab omni errore veritas liberet, atque in omni errore falſitas implicet, nunquam errari tutius exiſtimo, quàm cùm in amore nimio veritatis & reiectione nimiâ falſitatis erratur.*





VETERUM TESTIMONIA

DE SANCTITATE, DOCTRINA, ET VIGILANTIA PASTORALI

THEODORI

ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS, ADVERSUS QUORUMDAM SCRIPTORUM Recentiorum Calumnias.

EX CONCILIO HERUDFORDIÆ CELEBRATO XXIV. die mensis Septembris, Anno Christi DCLXXIII. Indictione prima, & sub initio primi anni Lotharii Regis Cantii, præsidente Theodoro *Cantuariæ, aliàs Dorobernia Archiepiscopo.*

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri *Iesu Christi*, regnante in perpetuum ac gubernante Ecclesiam suam eodem Domino nostro *Iesu Christo*, placuit convenire nos, juxta morem Canonum venerabilium tractaturos de necessariis Ecclesiæ negotiis. Convenimus autem die XXIV. mensis Septembris, indictione prima, in loco qui dicitur Herudford. Ego quidem *Theodorus*, quamvis indignus, ab Apostolica sede destinatus Dorovernensis Ecclesiæ Episcopus, & Consacerdos ac frater noster reverendissimus *Bisi* Orientalium Anglorum Episcopus, quibus etiam frater & Consacerdos noster *Vvilfridus* Nordanhumbrorum gentis Episcopus per proprios Legatarios adfuit. Adfuerunt & fratres & Consacerdotes nostri *Putta* Episcopus Castelli Cantuariorum, quod dicitur Rothschester, *Lutherius* Episcopus Occidentalium Saxo-

num, *Vinfridus* Episcopus Provinciæ Merciorum. Cúmque in unum convenientes juxta ordinem quique suum resedissemus: Rogo, inquam, dilectissimi fratres, propter timorem & amorem Redemptoris nostri, ut in commune omnes pro nostra fide tractemus, ut quæque decreta ac diffinita sunt à Sanctis ac probabilibus Patribus, incorruptè ab omnibus serventur. Hæc & alia quamplura, quæ ad charitatem pertinebant unitatemque Ecclesiæ conservandam, prosecutus sum. Cúmque explessem prolocutionem, interrogavi unumquemque eorum per ordinem, si consentirent ea quæ à Patribus canonicè sunt antiquitùs decreta custodire. Ad quod omnes Consacerdotes nostri respondentes dixerunt: Optimè omnibus placet, quæque definierunt sanctorum Canones Patrum, nos quoque omnes alacri animo libentissimè servare. *Et hæc apud Bedam libr. IV. cap. 5. Histor. Eccl. gentis Anglorum.*

Ex Epistola Agathonis *Papæ ad* Æthelredum *Regem Merciorum, &* Theodorum *Archiepiscopum Cantuariæ.*

Pervenit ad aures nostras solicitudo Regis *Æthelredi*, *Theodorique* Archiepiscopi, & Sexulfi Episcopi, nec non Cuthbaldi Abbatis, & quod ab illis edictum est nos similiter Sanctum volumus. &c. Propterea te volo, frater *Theodore*, per totam Angliam Synodum congregare, congregatamque breve hoc nostrum cognoscere & perimplere.

Ex Concilio generali Anglico Hedfedæ celebrato XV. Calend. Octobris, anno gratiæ DCLXXX. *Præsidente* Theodoro *Archiepiscopo Britanniæ Insulæ & civitatis Dorovernis.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi Salvatoris, imperantibus Dominis piissimis nostris *Egfrido* Rege Humbronensium, anno decimo Regni ejus, sub die quinta decima Calendarum Octobris, indictione octava, & *Edilredo* Rege Mercinensium, anno sexto Regni ejus, & *Aldvulfo* Rege Estranglorum, anno decimo septimo Regni ejus, & *Lothario* Rege Cantuariorum, Regni ejus anno septimo, præsidente ipso *Theodoro* gratiâ Dei Archiepiscopo Britanniæ insulæ, & civitatis Dorovernis, unà cum eo sedentibus cæteris Episcopis Britanniæ insulæ, viris venerabilibus, præpositis Sacro-sanctis Evangeliis in loco quem Saxonico vocabulo Hedtfeld nominant, pariter tractantes fidem rectam & Orthodoxam exposuimus, sicut Dominus noster Jesus incarnatus tradidit discipulis suis, quod præsentialiter viderunt & audierunt sermones ejus, atque Sanctorum Patrum tradidit Symbolum, & generaliter omnes Sancti, & universales Synodi, & omnis probabilium Catholicæ Ecclesiæ Doctorum chorus &c. Et nos omnes subscribimus qui cum *Theodoro* Archiepiscopo fidem Catholicam exposuimus. *Ista apud Bed. lib. IV. Histor. Eccl. gentis Anglorum cap. 11.*

xE

Ex Concilio Romæ sub Agathone *habito de rebus Britannicæ Ecclesiæ in Basilica Salvatoris nostri Constantinianæ nuncupatæ, anno Christi DCLXXX. vel, ut alii volunt, anno præcedenti, hoc est, mense Octobri indictione VII. præsidente in eodem ipso Papa* Agathone, *& considentibus L. Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, adstantibus etiam Diaconibus, & cuncto Clero.*

Andreas Reverendissimus Episcopus Ecclesiæ Ostiensis, & *Ioannes* Reverendissimus Episcopus Portuensis dixerunt: Verum est enim quod vestræ sanctitati injunctum est, ut Apostolica censura exhinc illic hæc decretalis dispositio per Epistolas ac virum prudentem, & idoneum, & bene imbutum dirigatur ad *Theodorum* Reverendissimum atque Sanctissimum Archiepiscopum Cantuariorum, Sanctæ Dei nostri Salvatoris Ecclesiæ, in qua illis in partibus summi Sacerdotii principatum fundavit, qui suo Sanguine sanctam suam redemit Ecclesiam, Omnipotens Christus Dominus, & beati Petri Principis Apostolorum authoritate, per nostrum prædecessorem beatæ memoriæ *Gregorium*, & per beatum *Augustinum* ejus sincellitum, construendo, collocando fundavit, ut ipse prædictus *Theodorus* illis in partibus ex tua Sacro-sancta auctoritate & nostra synodali unitate universale Concilium congreget, & cum universis Præsulibus, Regibus, Principibus, & universis fidelibus, senioribus, majoribusque natu totius Saxoniæ, publicam œcumenicamque faciant synodum &c. Insuper quoque *Agatho* sanctissimus atque ter beatissimus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholicę atque Apostolicæ urbis Romæ synodum beati *Martini* Papę conscriptam centum quinque Episcoporum consensu non multò ante Rhemis celebratum præfato religioso Abbati *Ioanni* tribuens, ut secum in Britanniam veniens beato *Theodoro* Archiepiscopo afferret, non solùm ad suæ legationis testimonium atque confirmationem, sed etiam quidquid sanctus *Theodorus* Archiepiscopus cum sapientibus & fidelibus, & viris religiosis in Anglorum provinciis Christi Ecclesiis, & universo populo Dei ibidem positis profuturum melius ac religiosius in Christo invenire potuissent, cum prædicta auctoritate roborare atque transcribere commendaverat.

Ex Epistola Agathonis, *& Romanæ Synodi centum vigintiquinque Episcoporum, quæ fuit velut instructio Legatorum, qui missi sunt ad Synodum sextam celebrandam.*

Præterea satisfaciendum est nostro exiguo famulatui apud Sereniss-

fimorum Dominorum nostrorum clementiam, pro tarditate Missarum ex Concilio nostro personarum, quas dirigi per suam augustissimam sacram, vestrum piissimum fastigium jussit. Primùm quidem, quod numerosa multitudo nostrorum usque ad Oceani regiones extenditur, cujus itineris longinquitas in multi temporis cursum protelatur. Sperabamus deinde de Britannia Theodorum consamulum atque coepiscopum nostrum, magnæ insulæ Britanniæ Archiepiscopum & Philosophum, cum aliis qui ibidem usque hactenus demorantur exinde ad nostram humilitatem conjungere &c.

Unde Henricus Huntindoniensis illud animadvertit in libro IX. suæ Historiæ nondum edito. Sic igitur ex optimo codice MS. Bibliothecæ Thuanæ.

Vides quanti eum fecerit, ut ejus expectatione universale Concilium differret.

Ex Concilio Cantuariensis Provinciæ quod anno DCLXXXV. *habitum est.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis DCLXXXV. congregata Synodo juxta fluvium Alne, in loco qui dicitur Tvviford, cui *Theodorus* Archiepiscopus Dorvernensis præsidebat, cùm Cuthbertus multis legatariis ac litteris ad se præmissis, nequaquam suâ insulâ posset erui: tandem ego Egfridus Rex Northumbrorum, cum antistite Trumvvino, & aliis religiosis viris, insulam navigavi, & invitum ad synodum pertraxi, ubi omnium jussione Episcopatus officium suscipere compellitur: cui & omnibus Successoribus ejus, cum consilio *Theodori* Archiepiscopi & Tromvvini, & totius Concilii donavi villam. &c. Ego Theodorus Archiepiscopus Dorovernensis subscripsi. *Vide Monastici Anglicani Tomum. I. p.* 39. *&* 46.

Ex Concilio, quod sub Alfrido Rege Nordanhymbrorum & Berthualdo Archiepiscopo Cantuariæ habitum est tempore Ioannis VI. Papæ, anno Christi DCCI. in quo refertur Theodori Epistola ad Regem Merciorum, egregium sanè testimonium ipsius Sanctitatis, atque vigilantiæ Pastoralis. Apud Malmesburium de gestis Pontificum. lib. 3.

Gloriosissimo & excellentissimo Regi Merciorum, *Theodorus* Dei gratiâ Archiepiscopus in Domino salutem. Cognoscat, Fili dilectissi-

me, tua mitanda sanctitas pacem me habere cum venerando Episcopo *Vvilfrido*, & ideo, carissime, te admoneo, & in Christi charitate præcipio tibi, ut ejus sanctæ devotioni, quantùm vires suppetunt, patrocinium, sicut semper fecisti, quamdiu vivas indulgeas; quia longo tempore propriis orbatus substantiis, multùm inter paganos in Domino laboravit. Et idcirco ego *Theodorus* humilis Episcopus decrepitâ ætate hoc tuæ beatitudini suggero, quia Apostolica, hoc, sicut scis, commendat authoritas, & vix ille sanctissimus in patientia sua possedit animam suam, & injuriarum sibi irrogatarum mitis & humilis, caput suum sequens medicinam expectavit; &, si inveni gratiam in conspectu tuo, licet tibi pro longinquitate itineris grave videatur, oculi mei jucundam faciem tuam videant, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Age ergo, fili mi, taliter de illo præfato sanctissimo, sicut te deprecatus sum. Quod si patri tuo non longè de hoc seculo recessuro obedieris, multum tibi proficiet ad salutem.

Ex Bedæ Ecclesiastica Historia in Libro IV. cap. I.

Anno memorato præfatæ eclipsis, & mox sequentis pestilentiæ, quo & Colman Episcopus unanimâ Catholicorum intentione superatus, ad suos reversus est, Deusdedit sextus Ecclesiæ Dorovernensis Episcopus obiit, pridie Iduum Juliarum. &c. Tunc cessante non pauco tempore episcopatu, missus est Romam ab ipso simul & à Rege Nordan-Humbrorum Osuvi, ut in præcedente libro diximus, Vvighart Presbyter vir in Ecclesiasticis disciplinis doctissimus, de genere Anglorum, petentibus Ecclesiæ Anglorum Episcopum ordinari: missis pariter Apostolico Papæ donariis & aureis atque argenteis vasis non paucis. Qui ubi Romam pervenit, cui sedi Apostolicæ tempore illo Vitalianus præerat, postquam itineris sui causam præfato Papæ Apostolico patefecit, non multò post & ipse, & omnes penè qui cum eo advenerant socii, pestilentiâ superveniente deleti sunt. At Apostolicus Papa habito de his consilio, quæsivit sedulus quem Ecclesiis Anglorum Archiepiscopum mitteret. Erat autem in Monasterio Niridano, quod est non longè à Neapoli Campaniæ, Abbas Adrianus, vir natione Afer, sacris literis diligenter imbutus, monasterialibus simul & Ecclesiasticis disciplinis institutus, Græcæ pariter & Latinæ linguæ peritissimus: hunc ad se accitum Papa jussit, Episcopatu accepto, in Britanniam venire: qui indignum se tanto gradu respondens, ostendere posse se dixit alium, cujus magis ad suscipiendum Episcopatum & eruditio conveniret & ætas. Cúmque Monachum quendam de vicino Virginum Monasterio, nomine Andream, Pontifici offerret, hic ab omnibus, qui eum novêre, dignus Episcopatu judicatus est: verùm pondus corporeæ infirmitatis, ne Episcopus fieri posset, obstitit. Et rursum Adrianus ad suscipiendum Episcopatum actus est: qui petiit inducias, si fortè alium, qui Episco-

vide Epistolam Vitaliani Papæ ad Osuvium Regem Saxonum.

pus ordinaretur, extempore posset invenire. Erat ipso tempore Romæ Monachus Adriano notus, nomine *Theodorus*, natus ex Tharso Ciliciæ, vir & seculari, & divinâ literaturâ, Græce & Latine instructus, probus moribus, & ætate venerandus; id est, annos habens ætatis LXVI. Hunc offerens Adrianus Pontifici, ut Episcopus ordinaretur, obtinuit: his tamen conditionibus interpositis, ut ipse eum perduceret in Britanniam, eo quòd jam bis partes Galliarum diversis ex causis adiisset, & ob majorem hujus itineris peragendi notitiam haberet, sufficiensque esset in possessione hominum propriorum: & ut ei doctrinæ cooperator existens diligenter attenderet, ne quid ille contrarium veritati fidei Græcorum more in Ecclesiam cui præesset introduceret. Qui Subdiaconus ordinatus, quatuor expectavit menses, donec illi coma cresceret, quo in coronam tonderi posset. Habuerat enim tonsuram more Orientalium sancti Pauli Apostoli. Qui ordinatus est à Vitaliano Papa, anno Dominicæ Incarnationis DCLXVIII. sub die VII. Kalendarum Aprilium Dominicâ, & ita unà cum Adriano VI. Calendas Junias in Britanniam missus est: qui cùm pariter per mare ad Massiliam, & deinde per terram Arelatem pervenissent, & tradidissent Joanni Archiepiscopo civitatis illius scripta commendatitia Vitaliani Pontificis, retenti sunt ab eo, quousque Ebroinus major domus Regiæ copiam pergendi quoquo vellent, tribuit eis; quâ acceptâ Theodorus profectus est ad Agilbertum Parisiorum Episcopum, de quo superius diximus, & ab eo benignè susceptus, & multo tempore habitus est. &c. Quod cùm nuncii certi narrassent Regi Egberto, adesse scilicet Episcopum, quem petierant à Romano Antistite, in regno Francorum, misit illô continuò Redfridum Præfectum suum ad adducendum eum: quô cum pervenisset, assumpsit Theodorum cum Ebroini licentiâ, & perduxit eum ad portum, cui nomen est Quentauvic, ubi fatigatus infirmitate aliquantisper moratus est, & cum convalescere cepisset, navigavit in Britanniam. &c.

Theodori doctrina, & sanctitas.

Ex cap. II.

Pervenit autem *Theodorus* ad Ecclesiam suam secundo postquam consecratus est anno, sub die sexto Kalendarum Juniarum Dominicâ, & fecit in ea annos viginti & unum, menses tres, dies viginti sex. Moxque paragratâ insulâ totâ quaquaversum Anglorum gentes morabantur (nam & libentissimè ab omnibus suscipiebatur atque audiebatur) rectum vivendi ordinem, ritum celebrandi Paschæ canonicum, per omnia comitante & cooperante Adriano disseminabat. Isque primus erat Archiepiscopus, cui omnis Anglorum Ecclesia manus dare consentiret. Et quia litteris sacris simul & secularibus, ut diximus, abundanter ambo erant instructi, congregatâ discipulorum catervâ, scientiæ salutaris quotidie flumina in rigandis eorum cordibus emanabant; ita

Theodori sanctitas, doctrina, & vigilantia Pastoralis.

ut etiam Metricæ artis, Astronomicę & Arithmeticæ Ecclesiasticæ disciplinam inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent. Indicio est, quód usque hodiè supersunt de eorum discipulis, qui Latinam, Græcamque linguam ęque ut propriam in qua nati sunt, norunt. Neque unquam prorsùs ex quo Britanniam petierunt Angli, feliciora fuere tempora, dum & fortissimos Christianosque habentes Reges cunctis Barbaris nationibus essent terrori, & omnium vota ad nuper audita cœlestis regni gaudia panderent: & quicumque lectionibus sacris cuperent erudiri, haberent in promptu magistros qui docerent: & sonos cantandi in Ecclesia, quos eatenùs in Cantia tantùm noverant, ab hoc tempore per omnes Anglorum Ecclesias discere cœperunt. &c. Itaque *Theodorus* perlustrans universa, ordinabat locis opportunis Episcopos, & ea quæ minus perfecta respexit, his quoque juvantibus corrigebat. In quibus & Ceadda Episcopum cum argueret, non fuisse ritè consecratum, respondens ipse voce humillima dixit: Si me, inquit, nosti Episcopatum non ritè suscepisse, libenter ab officio discedo; quippe qui neque me unquàm hoc esse dignum arbitrabar, sed obedientiæ causa jussus subire, hoc quamvis indignus consensi. At ille audiens humilitatem responsionis ejus dixit, non eum Episcopatum dimittere debere; sed ipse ordinationem ejus denuò Catholica ratione consummavit. &c.

Ex cap. III.

Eo tempore Provinciæ Merciorum Rex Vulfhere præfuit, qui cum mortuo Jarumanno sibi quique suisque à *Theodoro* Episcopum dari peteret, non eis novum voluit ordinare Episcopum, sed postulavit à Rege Osuvio, ut illis Episcopus Ceadda daretur: qui tunc in monasterio suo, quod est in Lestingahe quietam vitam agebat, Vvilfrido administrante Episcopatum Eboracensis Ecclesiæ, nec non & omnium Nordan-humbrorum, sed & Pictorum, quousque Rex Osuvi imperium protendere poterat. Et quia moris erat eidem reverendissimo Antistiti opus Evangelii magis ambulando per loca, quàm equitando perficere, jussit eum *Theodorus*, ubicunque longius iter instaret, equitare: multumque renitentem studio & amore pii laboris, ipse cum manu sua levavit in equum; quia nimirùm sanctum esse virum comperit, atque equo vehi quò esset necesse, compulit. &c. *Et post multa alia de vita, & obitu, & sepultura Ceadda, sic de Theodoro.* In cujus locum ordinavit *Theodorus* Vvinfridum virum bonum & modestum, qui sicut prædecessores ejus provinciis Merciorum & Mediterraneorum Anglorum, & Lindisfarorum Episcopatus officio præesset. &c.

Theodori modestia & vigilantia Pastoralis.

Ex cap. V.

Anno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo septuagesimo, qui est

Theodori vigilantia Pastoralis. annus secundus, ex quo in Britanniam venit *Theodorus.* &c. *Theodorus* cogit Concilium Episcoporum, unà cum eis, qui canonica Patrum statuta diligerent & nossent, magistris Ecclesię pluribus: quibus pariter congregatis, diligenter ea quę unitati pacis Ecclesiasticæ congruerent, eo quo Pontificem decebat animo, cœpit observanda docere. Cujus Synodicæ actionis hujusmodi textus est: In nomine &c. *ut supra.* Bisi autem Episcopus Orientalium Anglorum, qui in præfata synodo fuisse perhibetur, ipse erat successor Bonifacii, cujus suprà meminimus, vir multæ sanctitatis & religionis. Nam Bonifacio post decem & septem annos Episcopatus sui defuncto, Episcopus pro eo *Theodoro* ordinante factus est.

Ex cap. VI.

Non multò post hæc elapso tempore offensus à Vinfrido Merciorum Episcopo per meritum cujusdam inobedientiæ, *Theodorus* Archiepiscopus deposuit eum de Episcopatu, post annos accepti Episcopatus non multos, & in loco ejus ordinavit Episcopum *Sexvulfum*, qui erat constructor & Abbas Monasterii, quod dicitur Madelhanstedi, in regione Girviorum. &c.

Ex cap. XII.

Cúmque mortuus esset Convvalch, quo regnante idem Eleutherius Episcopus factus est, acceperunt subreguli regnum gentis, & divisum inter se tenuerunt annis circiter decem: ipsisque regnantibus defunctus est ille, & Episcopatu functus, *Haddi* pro eo consecratus est à *Theodoro* in civitate Londonia, cujus Episcopatus tempore devictis atque amotis subregulis Ceadvalla suscepit imperium. &c. *Theodorus* in civitate Rhofi Vvilhelmum consecravit Episcopum, sed illo pòst non multùm temporis præ inopia rerum ab Episcopatu decedente, atque ad alia loca secedente *Gebmundum* pro eo substituit Antistitem. &c. Ordinati sunt autem *Eadhedus*, *Bosa*, & *Eata Eboraci* ab Archiepiscopo *Theodoro*, qui etiam post tres abscessionis Vvilfridi annos, horum numero duos addidit Antistites, *Tumbertum* ad Ecclesiam Hagustaldensem, remanente *Eata* ad Lindisfarnensem, & *Trumvini* ad provinciam Pictorum, quæ tunc temporis Anglorum erat imperio subjecta. *Eadhedum* de Lindissi reversum, eo quòd *Edilredus* provinciam recepisset, Rhipensi Ecclesiæ præfecit.

Theodori vigilantia Pastoralis.

Ex cap. XVII.

His temporibus audiens *Theodorus* fidem Ecclesiæ Constantinopoli

per hæresim Eutychetis multùm esse turbatam, & Ecclesias Anglorum quibus præerat, ab hujusmodi labe immunes perdurare desiderans, collecto venerabilium Sacerdotum Doctorumque plurimorum cœtu, cujus essent fidei singuli, sedulus inquirebat, omniumque unanimem in fide Catholica reperit consensum: & hunc synodalibus literis ad instructionem memoriamque sequentium commendare curavit, quarum videlicet literarum istud exordium est: In nomine &c. *ut supra*. *Theodori vigilantia Pastoralis.*

Cap. XXI.

Anno Regni Ecgfridi nono conserto gravi prælio inter ipsum & Edilredum Regem Merciorum, juxta fluvium Treanta, occisus est Elbuini frater Regis Ecgfridi, juvenis circiter decem & octo annorum, utrique provinciæ multùm amabilis. Nam sororem ejus, quæ dicebatur Osthridi, Rex Edilred habebat uxorem. Cúmque materies belli acrioris, & inimicitiæ longioris inter Reges populosque feroces videretur exorta, *Theodorus* Deo dilectus Antistes divino fretus auxilio salutifera exhortatione cæptum tanti periculi funditùs extinguit incendium, adeo ut pacatis alterutrum Regibus ac populis nullius anima hominis pro interfecto Regis fratre, sed debita solummodò multa pecuniæ Regi ultori daretur. Cujus fœdera pacis multo exinde tempore inter eosdem Reges, eorumque regna durarunt. *Theodori vigilantia Pastoralis.*

Ex cap. XXIII.

Denique quinque ex eodem Monasterio posteà Episcopos vidimus, & hos omnes singularis meriti ac sanctitatis viros, quorum hæc sunt nomina: *Bosa*, *Æda*, *Oftfor*, *Ioannes*, & *Vuilfridus*. &c. De medio nunc dicamus, quia cùm in utroque *Hildæ* Abbatissæ Monasterio lectioni & observationi Scripturarum operam dedisset, tandem perfectiora desiderans, venit Cantiam ad Archiepiscopum beatæ recordationis *Theodorum*: ubi posteaquam aliquandiu lectionibus sacris vacavit, etiam Romam adire curavit. &c. *Theodori sanctitas.*

Ex libr. V. *cap.* III.

Rogavit ergò Episcopum Abbatissa, ut intrare ad eam ac benedicere illam dignaretur: quia crederet eam ad benedictionem vel tactum illius mox meliùs habituram. Interrogans autem ille, quando Phlebotomata esset puella. Et ut cognovit, quia in Luna quarta, dixit: multùm insipienter & indoctè fecistis, in Luna quarta Phlebotomando. Memini enim beatæ memoriæ *Theodorum* Archiepiscopum dicere, quia periculosa sit satis illius temporis Phlebotomia, quando & lumen Lu- *Theodori doctrina singularis laudatur à viro sancto & mirandis illis clarus.*

næ, & reuma Oceani in incremento est. Et quid ego possum puellæ, si moritura est, facere. &c.

Cap. VIII.

Anno autem post hunc, quo Ceadualla Romæ defunctus est proximo, id est, sexcentesimo nonagesimo Incarnationis Dominicæ, *Theodorus* beatæ memoriæ Archiepiscopus senex & plenus dierum, id est annorum octoginta & octo defunctus est: quem se numerum annorum fuisse habiturum, ipse jamdudum somnii revelatione edoctus, suis prædicere solebat. Mansit autem in Episcopatu annis viginti duobus, sepultusque est in Ecclesia sancti Petri, in qua omnium Episcoporum Dorovernensium sunt corpora deposita. De quo unà cum consortibus ejusdem sui gradus rectè & veraciter dici potest, quia corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivet in generatione & generationes. Ut enim breviter dicam, tantùm profectus spiritalis tempore præsulatus illius Anglorum Ecclesiæ, quantùm nunquam anteà potuere, cœperunt. Cujus personam, vitam, ætatem, & obitum, Epitaphium quoque monumenti ipsius versibus Heroïcis triginta & quatuor palam ac lucidè cunctis illô venientibus pandit, quorum primi sunt hi:

Theodori sanctitas

Vigilantia Pastoralis.

Hic sacer in tumbâ pausat cum corpore Præsul,
Quem Theodorum *nunc lingua Pelasga vocat.*
Princeps Pontificum, felix, summusque Sacerdos,
Limpida discipulis dogmata disseruit.

Ultimi autem hi:

Namque diem nonam decimam September habebat
Cùm carnis claustra spiritus egreditur:
Alma nova scandens felix consortia vitæ,
Civibus Angelicis junctus in arce poli.

Codex MS. Bibl. Thuanæ.

Ex Codice MS. Historiæ Henrici Huntindoniensis libri IX. in Historia edita omissi, & hactenus inediti.

Theodorum namque Archiepiscopum misit Vitalianus Papa Regi Egberto ad fidei robur augendum summæ discretionis virum. Qui Reges & Principes auctoritate Sacerdotii digna, & vitæ irreprehensibilis confiducia redarguebat prudenter, & pauperes eloquentia mellita solabatur; cúmque esset sapientia seculari & scientia literali munitus opulentissimè, Episcopos & Abbates carni deditos & insolentiæ, Dominum timens & non homines, deponebat rigidissimè. &c.


Eadem


Eadem testimonia laudant Historiæ Anglicanæ scriptores antiqui post Bedam; omnesque Theodori sanctitatem, doctrinam, & vigilantiam Pastoralem una voce prædicant: *Simeon Dunelmensis* in libro IV. de Dunelmensi Ecclesia. p. 57. 58. in Historia de gestis Regum Anglorum p. 100. & 237. *Radulfus de Diceto* in abbreviationibus Chronicorum p. 439. 440. *Ioannes Bromton* Abbas Jornalensis in Chronico de regno Cantiæ p. 440. 742. & de regno Vvestsaxiæ p. 758. *Gervasius* de actibus Pontificum Cantuariensium. p. 1637. 1638. 1939. 1640. *Radulfus Cantuariensis* in Epistola ad *Calixtum* Papam contra *Thurstinum* Archiepiscopum Eboracensem. p. 1740. 1741. *Guillelmus Thorne* in Chronica p. 1769. 1770. 1771.

Hi sunt antiqui & veri Historiæ Anglicanæ, simulque *Theodori* sanctissimi ac doctissimi Archiepiscopi Cantuariensis vitæ scriptores; quam quibusdam aliis scriptoribus, sed recentioribus & schismaticis placuit, suis fœdare mendaciis. Ipsorum quippe eo vesana prorupit audacia, ut Theodori sanctitatem, miramque illius vigilantiam Pastoralem à SS. Patribus & Conciliis sæpe celebratam, & quidem sceleris mysterii nomine infament, quod *iniquus Anti-christus operatur homo peccati, filius perditionis, qui*, ut ait Apostolus, *adversatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.* Divina verò Christianæ religionis dogmata, quæ totam Ecclesiam Theodorus summa cum laude docuit, non erubescunt appellare artem incantandi, atque doctrinam omni superstitione plenam. Sic inter alios calumniator ille impudentissimus *Balaus*, quem Centuriatores Magdeburgenses secuti sunt, loquitur in centuria XIII. scriptorum Britanniæ: *Istum Pontifex Vitelianus, septimum Dorobernensis Ecclesiæ Archiantistitem ad Anglosaxones confirmandarum traditionum gratiâ transmittebat, LXVI. annos ætatis habentem, & nostræ salutis anno DCLXVI. qui in Apocalypsi Ioannis tam numerus bestiæ, quàm numerus hominis est, mysterioque non vacat. Nam quod tunc venerit cum illius magna bestiæ charactere, apud Cestrensem, Capgravum, & alios Anglicarum rerum fide dignos auctores valde perspicuum fit, quùm ante id tempus tam fortiter iniquus ille Anti christus non operaretur sui sceleris mysterium.* Hæc de sanctitate & vigilantia Pastorali Theodori; En verò de ipsius doctrina: *Artes omnes calculandi, supputandi, metricandi, modulandi, arguendi, syllogizandi, divinandi, ungendi, exorcizandi, ne dicam, incantandi Chaldæorum more, secum attulit, ac per mathematica quædam rudimenta in clero suo Latinè, & Græcè docuit. Vestales notarias multis in locis fecit, ac Mildredam cum LXX. mulieribus in insula Tanetos, ad Papisticæ Religionis cultum superstitiosè velabat. &c. Novissimè Theodorus congessit, quò miseras hominum conscientias ad quæstum illaquearet, ac formidolosis comminationibus terreret, summam Pœnitentialem.*

Cùm in præcipua dissertatione de Vigilantiâ Pastorali Theodori, &

in notis nostris, tam nefandorum convitiorum caliginem tantâ veritatis luce dispellamus, ut sicut hæreses fidei tuendæ, ita & veritati illustrandæ mendacia nonnihil prodesse videantur; nunc ergo schismaticis illis hæreticorum Caianorum similibus, qui nostrum Abel, carissimum videlicet Ecclesiæ filium *Theodorum* odio habent, sufficiat eodem modo quo S. Epiphanius in hæresi XXXVIII. his paucis verbis respondere: δῆλον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ διαβόλου αὐτοῖς ταῦτα ὑπέσπαρται, τὰ τῆς ἀγνοίας λέγω καὶ ἀπάτης. πληροῦται δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον· οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ καλὸν πονηρόν. οὗτοι δὲ τοῦ σκότους ὄντες ἐρασταὶ, καὶ τῶν κακοποιῶν μιμηταὶ, τὸν Ἄβελ μισοῦσι. Id est, *neque obscurum illud est, hæc ignorantiæ fraudisque semina ipsis à Diabolo aspersa fuisse. In quibus illud est è Scriptura perfectum. Væ qui, dicunt bonum malum. Illi autem tenebrarum amatores Abelum oderunt.*





VETERUM
ET RECENTIORUM SCRIPTORUM
TESTIMONIA
DE
POENITENTIALI THEODORI
ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

EX VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI Canonibus de Remediis Peccatorum c. 1.

DEINDE Sancti Patres, & sanctus Paphnutius: deinde Canones Sanctorum Patrum, deinde alii atque alii, ut Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius, & *Theodorus.* Ex quorum omnium ista descripsimus dictis & Sententiis veraciter, ut salvi sint omnes. &c.

Excerptum à Beato Gregorio Papa III. editum ex Patrum dictis, Canonumque Sententiis.

IN PRÆFATIONE.

Quapropter ex multis allegoriarum floribus, & de magnorum tractatibus prolatisque sermonibus, Patrum dictis, Canonumque Sententiis, id est, Isidori, Augustini, Gregorii, Bedæ, Gelasii, Innocentii, *Theodori*, Cassiani, Egberti, vel ceterorum, ad opus consacerdotum nostro-

rum ex corpore, atque insimul colligere hunc libellum Pœnitentialem studuimus. Et merito Pœnitentialis dicitur, eo quod sit Pœnitentiæ conveniens.

Ex Epistola Rabani ad Humbertum Episcopum Tom. VI. operum Rhabani p. 165.

Similiter & in *Theodori* Archiepiscopi gentis Anglorum Capitulis, quæ de necessariis conscripsit rebus, invenimus quod in tertia propinquitate carnis secundùm Græcos liceat nubere, in quinta secundum Romanos. Qui tamen conjugia in tertia propinquitate facta non solverent, si antea ab inscientibus compacta fuissent, æqualiterque conjungeretur vir in matrimonio his qui sibi consanguinei sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem uxoris. Hunc autem *Theodorum* Tharso Ciliciæ natum *Vitellianus* Papa Romæ Episcopum ordinans, ad Britanniam misit. Unde tam Orientalium quàm etiam Occidentalium Ecclesiarum consuetudinibus pleniter instructus fuerat. Nec eum aliqua latere potuerunt, quæ in observationibus legitimis Græci vel Romani eo tempore habuerunt, maximè cùm in utraque lingua perfectè instructus esset. &c. Igitur quia à mea parvitate voluisti, quid sentirem de hac re, tibi rescribi, propter fragilitatem præsentis temporis reor hoc quod *Theodorus* Episcopus inter Gregorium & Isidorum medius incedens in suis Capitulis definivit magis sequendum, ut quintâ generatione jam licitum connubium fiat: quia non lex divina huic contradicit, nec etiam Sanctorum Patrum dicta hoc prohibent.

Ex Reginonis Libro 1. De Ecclesiasticis Disciplinis. Interrog. XCV.

Si habeat Pœnitentiale Romanum, vel à *Theodoro* Episcopo, aut à Venerabili Presbytero Beda editum.

Nota Viri Doctissimi I. Morini Lib. IV. Pœnit. C. XVIII.

Jubebantur enim ubique Presbyteri antiquas Pœnitentiæ formulas diligenter observare. Ideo intra collectionem suam inseruit Pœnitentiale ex *Theodori* & Bedæ Pœnitentialibus compositum.

Ex Burch. Lib. XIX. Cap. VIII.

Nunc ergo, ô fratres, qui voluerit Sacerdotis nomen habere in primis propter Deum cogitet, ut discat ea quæ ei necessaria sint, antequam manus Episcopi caput ejus tangat: id est, Psalterium &c. ad hæc

autem suum Pœnitentialem, qui & secundùm Canonum auctoritatem, & juxta Sententias trium Pœnitentialium, *Theodori* Episcopi, & Romanorum Pontificum, & Bedæ, ordinetur.

MONITUM.

Hic recenseré possem quam plurima ex Theodori *Pœnitentiali Testimonia deprompta; & à plerisque Conciliis, Pœnitentialibus, atque ab omnibus Canonum Collectoribus laudata. Sed ea cum ipsomet Pœnitentiali collata infrà recensebo. Veniam igitur ad Indicia aliquot scriptorum recentiorum, sed doctissimorum.*

Rhenanus in argumento Libri de Pœnitentia. apud Tertullianum.

Pœnitentiarium *Theodori* imitati sunt Betanus Presbyter, Rabanus, & alii veteres, quorum lucubrationes in simili argumento passim extant in antiquis Bibliothecis, non penitus indignæ quę legantur ab iis præsertim qui sunt curiosi Christianę vetustatis indagatores.

Antonius Augustinus illustrissimus Archiepiscopus Terraconensis. In Præfatione ad Pœnitentiale Romanum.

Pœnitentiales libri tres commemorantur, *Theodori* Cantuariensis Archiepiscopi, & Bedæ Presbyteri, & quod Pœnitentiale Romanum vocatur. Fuit autem *Theodorus* natione Græcus à Vitaliano Papa missus in Britanniam insulam, in qua tum alia multa, tum has Pœnitentiæ regulas constituit. Hunc non longo intervallo Beda secutus est, qui etiam Romanum Librum vidisse dicitur, & ex eo *Theodori* Librum auxisse, aliis etiam aliunde acceptis. Hos libros fateor me nunquam legisse, sed tantùm in Burchardi Vvormaciensis, & Ivonis Carnotensis collectionibus fragmenta quędam eorum invenisse.

Ioannes Morinus. In Lib. VII. de Pœnitent. C. I. num. XV.

Theodorus Græcus erat monachus Tharsi Ciliciæ natus, quem Episcopum ordinavit Vitalianus Papa anno Christi DCLXVIII. Et in Britanniam misit, ad quam pervenit anno ordinationis suæ secundo. Cantuarię sedit annos XXI. menses III. dies XXVI. ut scribit Beda Historię Anglorum lib IV. c. 1. & 11. obiit autem anno DC.XC. Itaque intra illud tempus, *Theodorus* suum Pœnitentiale composuit, in quo sigillatim unicuique peccato Pœnitentias imposuit, confessionisque & absolutionis ritus descripsit. Omnium Librorum Pœnitentialium apud

Latinos primus ille laudatur, cujus postea imitatione multi compositi sunt, quos inter laudatissimi fuerunt, Romanus, & qui Bedæ nomen tulit &c.

Ibid. num. XVI.

Itaque innovationis quæ in Ecclesia Latina facta est, quamque describere hoc loco propositum est, origo & occasio prima fuit *Thedori* Pœnitentialis ille liber Græcorum imitatione compositus, & annis viginti quinque aut pauló minus ante septingentesimum in Anglia editus, & pauló post per universam Ecclesiam Latinam divulgatus & celebratus. Divulgationem tam promptam & festinam nemo, opinor, mirabitur, qui differentiam Pœnitentialis à Canonum collectione, & quasdam alias tum Pœnitentialibus, tum datæ hypothesi connexas circumstantias diligenter considerabit &c.

Ibid. num. XVII.


Hinc facilè judicabit Lector, quàm opportuna & commoda fuerit singulis Sacerdotibus nova illa Pœnitentialium libellorum conscriptio. Sic enim unicuique Presbytero erat in promptu indiculus velut in tabella effigiatus, secundùm quem singulis peccatis erant Pœnitentiæ assignandæ; quomodo juxta varias personarum conditiones, ętates, incommoditates, morbos, erant temperandæ, commutandæ, redimendæ. Quapropter nihil mirum est si *Theodori* Archiepiscopi, viri suo seculo doctissimi, atque propter auctoritatem summi Pontificis, à quo consecratus, & in Angliam missus fuerat, omnibus acceptissimi Liber Pœnitentialis brevi tempore universum ferè Occidentem pervasit, illumque imitati sint multi alii Episcopi, non tantùm ipsius Pœnitentialem probantes, sed etiam alios instar illius commodiores & ampliores componentes: nihil quoque mirum, si Concilia, synodalesque conventus singulis annis post seculum septimum celebrati, severè semper constituerunt: ut singuli Presbyteri *Theodori* Pœnitentialem præ manibus haberent, ut ex illius præscripto peccantibus Pœnitentias imponerent.

In Appendice Lib. de Pœnitentia.

Istorum libellorum Pœnitentialium in Occidente tres fuerunt celeberrimi. Omnium primus est *Theodori* Cantuariensis Archiepiscopi. Hunc proximè sequitur Bedæ Pœnitentialis qui inscribitur De remediis peccatorum. Citari tamen solet ab antiquis sub titulo Pœnitentialis. Reverâ enim est liber Pœnitentialis: nam libri Pœnitentiales remedia peccatorum potissimum complectuntur. Tertius est Pœnitentialis Romanus de

quo pluribus infrà. Hi sunt Pœnitentiales antiquissimi ab omnibus Canonum collectoribus & plerisque Conciliis celebrati & laudati ; ab iisque sæpius jussum est, ut Pœnitentiæ peccatis secundùm istorum Pœnitentialium definitiones imponerentur. Pœnitentialis ille *Theodori* tantopere celebratus nondum est editus, plurima ex eo referuntur à Buchardo, Ivone, Gratiano, & Reginonis collectione manuscripta. Neminem mihi legere contigit hactenus qui *Theodori* Pœnitentialem se vidisse profiteretur, præter Henricum Spelman Conciliorum Anglicanorum collectorem, qui testatur manuscriptum conservari in celebri Bibliotheca S. Benedicti Cantabrigiensis, è quo tantùm exscripsit titulos Capitulorum. Plurimi sanè sunt tituli qui præ se ferunt materiam proposito nostro convenientissimam, & utilissimam, & dignissimi, tam propter materiam quàm propter antiquitatem qui ab aliquo publici juris fiant. Operæ pretium tamen esset Scripturæ characterem considerare, an antiquus, an recentior, deinde quæ ex eo ab antiquis referuntur, camparare. Nam ut sæpe monuimus, addi plerumque solent ejusmodi libris nonnulla usui temporis quo describuntur, accommodata.





INDEX VETERUM ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ. MONUMENTORUM

QUÆ IN DUOBUS VOLUMINIBUS CONTINENTUR.

IN PRIMO VOLUMINE.

POEnitentiale Theodori Sanctissimi & Doctissimi Archiepiscopi Cantuariensis, *quod ex duobus vetustissimis codicibus MSS. Bibliotheca Thuana describi permisit Iosephus Quesnel, hujus Bibliotheca celeberrimæ custos vigilantissimus atque eruditissimus.*

Capitula Theodori. *Ex antiquo MS. optimè descripta mecum communitavit Nicolaus Favier utriusque Iuris Ecclesiastici & Civilis peritissimus in Senatu Parisiensi Advocatus.*

Capitula Patribus Concilii Herudfordiæ oblata à Theodoro præsidente. *Collata cum tribus codicibus MSS. quorum duo sunt Bibliothecæ Thuana: tertium mihi suppeditavit Vir Doctissimus Chiffletius Societatis Iesu Presbyter.*

Alia Capitula collecta ex Fragmentis.

Fragmenta ex Capitulis à R. ac Doctissimo D. Luca Acherio editis in Tom. IX. Spicileg.

Fragmenta ex Canonibus.

I. Fragmenta ex Canonibus à Garsia Loaisa collectis sub titulo Conciliorum Toletanorum.

II. Ex Excerptionibus Egberti Eboracensis Archiepiscopi.

III. Ex venerab. Bedæ Canonibus ad remedia peccatorum.

IV. Ex Capitulis Selectis Canonum Hibernensium. *Quæ Vir Doctissimus R. Lucas Acherius edidit in Spicileg. Tom. IX.*

Fragmenta ex Libris Pœnitentialibus.

I. Ex Pœnitentiali Romano.

II. Ex

II. Ex Pœnitentiali Rabani Mauri Archiepiscopi Moguntinensis.

Fragmenta ex Collectoribus Canonum.

I. Ex duobus Libris Reginonis de Ecclesiasticis disciplinis. *Quos Vir eruditissimus Stephanus Baluzius ad fidem vetustissimi codicis accuratè emendavit.*

II. Ex Burchardo.

III. Ex Ivone.

IV. Ex Gratiano.

V. Ex aliquot Codicibus MSS.

Tituli Capitum Libri Pœnitentialis, quos solos ex Codice MS. Bibliothecæ S. Benedicti Cantabrigiensis Henricus Spelman descripsit in Conc. Angl.

Excerpta ex pluribus Codicibus MSS. in quibus Disciplina in superioribus Monumentis proposita exponitur.

Excerpta de universali Ecclesiastica disciplina, quæ in Pœnitentiali Theodori, ipsiusque Capitulis proponitur. *Ex vetustissima Canonum Collectione MS. codicis Herovalliani.*

Excerpta de rebus præcipuis, quæ in Pœnitentiali Theodori, ipsiusque Capitulis tractantur.

I. De Benedictionibus & Consecrationibus ad usum Ecclesiæ Anglicanæ. *Ex antiquissimo codice MS. Bibliothecæ Metropolitanæ Rotomagensis à viro erudito Philastrio mecum communicato.*

II. De sacris Vestibus. *Ex duobus codicibus MSS. Pœnitentialis Magistri Roberti de Flamesbure Canonici S. Victoris & Pœnitentiarii, quos mihi suppeditarunt Bibliothecæ S. Victoris & Choletæorum.*

III. Plura excerpta de peccatis & Pœnitentia.

Excerpt. I. *Ex optimo MS. Congregationis Oratorii Parisiensis, quod mecum communicavit Vir doctissimus Paschasius Quesnel ejusdem congregationis Presbyter.*

Excerpt. II. *Ex antiquo codice MS. Bibliothecæ Monachorum S. Augustini magni Conventus Parisiensis.*

Excerpt. III. *Ex veteri Breviario MS. ad usum Chori Monasterii montis Cassini accuratissimè descriptum, & liberalissimè mecum communicatum à Viro doctissimo Paschasio Quesnel Congregationis Oratorii D. N. J. C. Presbytero, cujus eruditissimæ ad hoc insigne Ecclesiasticæ Disciplinæ monumentum observationes subjiciuntur.*

Excerpta ex Pœnitentialibus MSS. de peccatorum Confessione & Pœnitentia.

I. Ex Pœnitentiali Magistri Bartholomæi Oxoniensis Episcopi. *Quod*

mecum communicavit Vir diligentissimus, humanissimus, clarissimusque Bibliothecæ Victorinæ præfectus, Carolus Tonelerius.

II. Ex Pœnitentiali Petri Pictaviensis Canonici Sancti Victoris.

III. Ex tractatu anonymo de Sacramento Pœnitentiæ, *qui est quoque Bibliothecæ Victorinæ.*

IV. Ex Pœnitentiali Magistri Roberti de Flamesbure Canonici sancti Victoris, & Pœnitentiarii. *Quod mihi suppeditarunt codices MSS. Bibliothecarum S. Victoris & Cholettaorum.*

V. Ex codice MS. Bibliothecæ Regiæ Navarræ sub titulo formularii Pœnitentialis, *Quem mecum communicavit eruditissimus* Ludovicus *de Vyon d'Herouval* Antonii *filius, vir eruditissimus, & licentiatus Theologus.*

VI. Ex Libro MS. Bibl. Victorinæ cujus titulus sic inscribitur: Incipit lib. qui Corrector vocatur, & medicus, qui correctiones corporum, & animarum medicinas continet.

VII. Ex Libro Pœnitentiali Bibl. Victorinæ à diversis libris Pœnitentialibus desumpto.

Excerpta ex summis Antiquioribus MSS. Codd. MSS. Bibl. Victorinæ.

I. Ex tractatu de Pœnitentia quem continet summa Petri Cantoris Parisiensis.

II. Ex summa Magistri Præpositivi, Cancellarii Parisiensis, viri suo tempore inter scholasticos summi.

III. Ex summa Magistri Roberti de Chorçon Illustrissimi Cardinalis, & Legati Apostolici.

APPENDIX.

Excerpta ex Pœnitentiali Magistri Joannis de Deo.

IN SECUNDO VOLUMINE:

PRÆCLARA ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ MONUMENTA,

Quibus superior disciplina confirmatur & illustratur.

SElecta ex innumeris Schedis Viri Clarissimi Antonii *Vyon* Domini *d'Herouval*, & ex quamplurimis Galliæ Ecclesiarum ac Monasteriorum Chartulariis; quæ, duobus aut tribus exceptis, omnia ipse liberalissime mecum communicavit. De quo sufficiat semel Lectorem

monuisse, ne hujus viri beneficentissimi nomen sæpius repetatur.

CAPUT PRIMUM.

DE CONSTRUCTIONE ET CONSECRATIONE Ecclesiarum.

Ad cap. 1. Pœnitentialis Theodori.

De institutione Capellarum, & donatione Præbendarum.

I. CHarta concessionis Oratorii construendi cuidam fideli nomine Frodar factæ ab Alexandro Ecclesiæ Viennensis Episcopo, in qua exponitur prima institutio consecrationis Ecclesiarum : & quibus rationibus moti sunt Episcopi, ut concederent bonis Laicis Ecclesias construere. *Ex Chartulario Ecclesiæ Viennensis.*

II. Charta sancti Stephani Lugdunensis Ecclesiæ, quæ fuit scripta tempore sancti Bernardi Archiepiscopi Viennensis, qui fuit ante sanctum Adonem, & fuit contemporaneus Agobardi Archiepiscopi Ecclesiæ Lugdunensis. Quod non liceat Ecclesiam ædificare sine permissu Archiepiscopi. *Ex Chartulario Ecclesiæ Lugdunensis.*

III. Charta de Monasterio sancti Petri de Clara-valle ; in qua declaratur, ad donationes ritè faciendas pro ædificandis & consecrandis Ecclesiis, consensum Episcopi atque auctoritatem necessariò requiri. *Ex Chartulario Monasterii Conchensis.*

IV. Judicium latum de Ecclesia inconsulto loci Episcopo à Monachis sancti Præjecti constructa, quam idcirco Episcopus ut propriam vindicavit, & Ecclesiæ Cluniacensi ad usus Monachorum contradidit. *Ex Chartulario Monasterii sancti Præjecti.*

V. Charta concessionis Basilicæ construendæ in villa quę vocatur Blaneda, & ejusdem Ecclesiæ dedicandæ ; Ex qua licet colligere quæcunque ad constructionem & dedicationem Ecclesiarum pertinent, permissio Episcopi, dos collata, solemnis dedicatio, & jus Episcopi in Ecclesiam consecratam. *Ex Chartulario de honoribus S. Iuliano collatis in Comitatu Brivatensi.*

VI. Authenticum Abbatis & Conventus S. Dionysii de Ecclesia Novę Villæ, in quo declarant Episcopum Parisiensem ipsis benigne concessisse, ut Ecclesiam ædificarent : & de jure Episcopi in Ecclesiam ædificatam. *Ex Chartulario Ecclesiæ Parisiensis referunt Scheda V. Cl. Antonii Vyon Domini d'Herouval.*

VII. Expositio moralis dedicationis Ecclesiæ, *Ex antiquo Codice de Benedictionibus & consecrationibus ad usum Ecclesiæ Anglicanæ à viro erudito Philastrio Bibliotheca Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomagensis Bibliothecario.*

VIII. Charta donationis Episcopi Lemovicensis facta in Synodo plena ; in qua declaratur, quæ sint necessaria ad Capellam juxta Canones

conſecrandam, & conſtituendam. *Ex Chartulario Monaſterii Belilocenſis.*

IX. Patronatus Capellaniæ de Lemigniato ad Epiſcopum pertinet: & de juramento quod Capellanus per Epiſcopum inſtitutus præſtare tenetur ad jus Parochialis in omnibus conſervandum. *Ex Chartulario Eccleſiæ Meldenſis.*

X. De Capella Comitis apud Tretiacum, quam Epiſcopus conſtrui concedit, ſalvo jure matris Eccleſiæ. *Ex eodem Chartulario.*

XI. Donatio Capellaniæ de Troiaco, ex aſſenſu Epiſcopi fundatæ ad ipſum pertinet. *Ex eodem Chartulario.*

XII. Donatio duarum præbendarum in Eccleſia de Oiſſeriaco de voluntate Meldenſis Epiſcopi fundatarum ad ipſum pertinet. *Ex eodem Chartulario.*

XIII. De quodam Oratorio cum licentia Epiſcopi erecto in domo Dominæ de Pleſſeto Placiti, ſalvo in omnibus jure Parochiali. *Ex eodem Chartulario.*

XIV. Quod Patronatus Capellaniæ fundatæ ad altare Beatæ Mariæ Magdalenę in perpetuum eſt Epiſcopi. *Ex eodem Cartulario.*

XV. Tenor literæ, per quam fuit inſtitutus Dominus Simon Magiſter domus ſancti Lazari: ubi declaratur proviſionem & ordinationem pleno jure ad Epiſcopum pertinere. *Ex Chartulario Eccleſiæ Pariſienſis.*

XVI. Litteræ Epiſcopi Pariſienſis, per quas Sanſon de Criſtolio Presbyter inſtitutus fuit Magiſter Leproſorum S. Lazari. *Ex eodem Chartulario.*

XVII. Inſtitutio Capellæ Beatæ Bachinæ in Eccleſia de Chora, & Capellani pertinet ad Dominum Epiſcopum. *Ex chartulario Eccleſiæ Lingonenſis.*

XVIII. Inſtitutio duarum Capellarum ab Epiſcopo facta, ſalvis in omnibus juribus Eccleſiæ Parochialis. *Ex chartulario Eccleſiæ Lingonenſis.*

XIX. Capella de petra ſicca eſt de inſtitutione Domini Epiſcopi: & pro præſentatione debetur homagium Domino Epiſcopo. *Ex eodem chartulario.*

XX. Littera de Altaribus fundatis, in Eccleſia S. Petri Tornodorenſis per Capitulum conferendis, ex collatione & conceſſione Domini Epiſcopi. *Ex eodem chartulario.*

XXI. Litera Innocentii II. ſuper præſentatione Rectoris Eccleſiæ grandis Caſtri. *Ex chartulario Eccleſiæ Toloſanæ.*

XXII. Indulgentia Clementis III. ſuper libera donatione præbendarum Eccleſiæ Pariſienſis, quæ ab antiquo ad Epiſcopum pertinet, nullo obſtante Privilegio impetrato. *Ex chartulis Eccleſiæ Pariſienſis.*

CAPUT SECUNDUM.

Hoc caput refertur ad singula fere capita Tituli, & ad plura ipsius capitula.

DE STATUTIS ECCLESIARUM.

ARTICULUS PRIMUS.

Statuta Ecclesiarum præstantissima exhibentur.

I.

Statuta selecta ex statutis Ecclesiæ Morinensis, quæ mecum communicata sunt à Nicolao Favier in Senatu Parisiensi Advocato.

II.

Statuta summorum Pontificum, & aliorum &c.

I. STatutum Paschalis II. de non alienandis Ecclesiæ possessionibus : & ne quisquam bona decedentis Episcopi subtrahat. Ex *ejusdem epistola ad Hugonem Gratianopolitanum, quæ legitur in Chartulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

II. Statutum Paschalis II. pro extirpandis pravis consuetudinibus, & observandis Canonibus. *Ex eodem Ms. privilegiorum Ecclesiæ Carnotensis.*

III. Statutum Gaufridi Episcopi Carnotensis, contra simoniacam pravitatem à Calixto II. confirmatum, qui addit alterum Statutum de obedientia & reverentia Canonicorum erga Episcopum Carnotensem. *Ex codice Ms. privileg. Eccles. Carnotens.*

IV. Statutum Honorii II. de fructibus Præbendarum à Canonicis percipiendis qui absentes dici non debent, sed presentes ; quandiu cum Episcopo pro Ecclesiæ servitio commorantur. *Ex Chartulario Eccles. Meldensis.*

V. Statutum Innocentii II. ut decedentibus Episcopis nulli liceat Episcopalem domum invadere : & ut servi Ecclesiæ tanquam liberi ad testimonia admittantur. *Ex codice Ms. privilegiorum Eccles. Carnotens.*

VI. Statutum Episcopi Meldensis & Capituli pro residentia à Lucio II. confirmatum. *Ex Chartulario Eccles. Meldens.*

VII. Statutum Alexandri III. Quod nullus teneat Parochiam nisi resideat. *Ex Chartulario Eccles. Meldens.*

VIII. Statutum Alexandri III. de redditibus matutinarum ; quod nulli duo concedantur honores, nec personis alibi commorantibus. *Ex codice Ms. privilegiorum Eccles. Carnotens.* De eodem Statuto, *ex Necrologio Eccles. Carnotens.*

IX. Statutum Alexandri III. Ne quis absque auctoritate & assensu Episcopi, & Capituli, Ecclesiam, Capellam, Oratorium vel Cimeterium construere audeat: nec alicui liceat parrochianos excommunicatos vel interdictos quolibet modo recipere. *Ex eodem Ms privilegiorum Eccles. Carnotens.*

X. Statutum Alexandri III. de beneficiis: ut qui altario non deservit, ejus non debet beneficiis participare *Ex cod. Ms. Privileg. Eccles. Carnotens.*

XI. Statutum Alexandri III. de bona dispensatione præbendalium proventuum: de Forinsecis: & de immunitate Thelonei. *Ex cod. Ms. Privileg. Eccl. Carnot.*

XII. Guillelmi Senonensis Archiepiscopi constitutio, cujus mentio fit in statuto præcedenti. *Ex eodem codice.*

XIII. Statutum Alexandri III. & Lucii III. ut nulli concedantur honores, nisi his qui residentiam promiserint: & ne quis de aliena dioecesi in Canonicum Ecclesiæ aut plebanum Presbyterum admittatur, nisi à proprio fuerit Episcopo absolutus. *Ex cod. Ms. Privileg. Ecclesia Carnotensis.*

XIV. Statutum Lucii III. pro juramento personarum super residentia. *Ex cod. Ms. Privileg. Eccles. Carnotens.*

XV. Statum Urbani III. pro confirmatione antiquarum & rationabilium consuetudinum. *Ex cod. Ms. Privileg. Eccles. Carnotens.*

XVI. Statutum Urbani III. ne domus de claustro laicis locentur. *Ex eodem Codice.*

XVII. Statutum de prebendis: quod continetur in privilegio Abbatis, & Conventus S. Victoris. *Ex Chartulis Eccles. Parisiens.*

XVIII. Statutum quod continetur, ut dicitur, in Privilegio S. Genovefæ: privilegium est Clementis Papæ III. *Ex Chartulis Eccles. Parisiens.*

XIX. Statutum Cælestini III. ut nullus Canonicus trahatur ad judicium sæculare, nisi ratione feodi. *Ex cod. Ms. Privileg. Eccles. Carnotens.*

XX. Statutum ex Privilegiis Lucii II. Eugenii III. Clementis III. & Cælestini III. desumptum, de libertate supellectilium decedentis Episcopi à Christianissimo Rege Ludovico concessi. *Ex Chartulis Eccles. Parisiens.*

XXI. Statutum Innocentii III. de præbenda Hospitali S. Mariæ in Saxia ad opus infirmorum & pauperum ab Episcopo Carnotensi pia liberalitate concessa. *Ex cod. Ms. privileg. Eccles. Carnotens.*

XXII. Statutum Raginaldi Carnotensis Episcopi, de recipiendis fructibus præbendarum facta legitima residentia: & ut quod quæsitum pro meritis & labore fatalitas non auferat. *Ex cod. Ms. privileg. Ecclesia Carnotensis.*

XXIII. Statuta de jure Presbyteri Curati in sua parrochia, sine cujus consensu & mandato Abbas & Prior Conventus de Nongento nihil præstare possunt. *Ex charta pacis inter Galterum & Conventum Abbatem de Nongento, & Gobertum Curatum parochia de Nongento & de Castro Co-*

facti quam mecum communicavit vir antiquitatis & juris publici studiosissimus D. de Trechi Procuratoris Generalis Substitutus.

xxiv. Statuta de residentia Canonicorum Ecclesiæ sancti Marcelli Parisiensis. *Ex chartulario Eccles. Parisiens.*

xxv. Statuta Petri Meldensis Episcopi de residentia, ab Innocentio iv. confirmata, non obstantibus quibuslibet privilegiis, & consuetudinibus. *Ex chartulario Eccles. Meldensis.*

xxvi. Statutum Archiepiscopi Viennensis, ut corpus defuncti, qui extra suam parochiam eligit sepulturam, ad suam parochialem Ecclesiam primitus portetur, excepta Cathedrali Ecclesia. *Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.*

xxvii. Statuta Ecclesiastica de Judæis. *Ex schedis viri clarissimi Antonii Vion Domini d'Herouval.*

xxviii. Satuta de casibus Episcopo reservatis. *Ex Chartulis Ecclesiæ Parisiensis.*

III.

Statuta Principum & Regum pro bono Ecclesiarum.

i. Statutum Comitum Henrici cognomento Stephani, Vvillelmi, Theobaldi, Odonis, & Stephani de libertate domorum, & rerum Episcopalium in morte Episcopi. *Ex codice Ms. privilegiorum Eccles. Carnotensis.*

ii. Statutum Philippi I. quo præcedens confirmatur. *ex eodem codice.*

iii. Statutum Ludovici VI. cognomento Crassi, ut ejus diplomata testantur, seu ut vulgo dicitur, Grossi: de servis Ecclesiæ Carnotensis contra omnes ad testimonium admittendis. *Ex eodem Ms. privileg. Eccles. Carnotensis.*

iv. Statutum Ludovici vii. cognomine Junioris: de immunitate domorum Episcopalium post decessum Episcoporum Catalaunensium. *Ex cod. Ms. viri clarissimi Antonii Vyon Domini d'Herouval, qui complectitur varias & egregias chartas Episcoporum atque Abbatum.*

v. Statuta Philippi Regis Francorum qui audax dictus est, pro bono regimine Ecclesiæ Carnotensis, selecta ex compositione facta inter Dominos Comitem Carnotensem, & Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Carnotensis. *Ex codice Ms. de Iuramentis Eccles. Carnotensis.*

vi. Statuta Philippi Pulchri Regis Francorum, pro bono Ecclesiarum Provinciæ Narbonensis. *Ex regesto Cameræ computorum ab anno M. ccc. ii. ad annum M. ccc. v.*

vii. Joannis Regis statuta & ordinationes de Judæis. *Ex regesto Cameræ computorum sic inscripto: de tempore Regis Ioannis in Viagio Avenionensi anno M. ccc. lxii. & anno lxiii.*

viii. Statutum Caroli V. cognomento sapientis, in gratiam & favorem Capituli Rhemensis, quolibet statuto contrario non obstante. *Ex regesto Cameræ computorum ab anno M. ccc. lxiii. usque ad annum M. ccc. lxiii.*

IX. Supplicationes factæ, seu Henrici Regis &c. statuta, summo Pontifici per Ambassiatores Domini Regis proposita pro bono Ecclesiarum, ut à sede Apostolica probentur, & confirmentur, unà cum responsionibus summi Pontificis. *Ex memoriali Cameræ computorum signato* 1. *folio* 13.

ARTICVLVS SECVNDVS.

DE STATVTIS ECCLESIÆ SERVANDIS Juramenta Episcoporum, Clericorum, Abbatum & Monachorum.

Capit. lxxi. in titul. cap. Pahit Theod cod. Bibl. S. Benedicti Cantabrig. &c.

I. FOrma Juramenti Episcopi Lingonensis in primo adventu. *Ex chartulario Eccles. Lingonensis.*

II. Juramentum Episcopi Parisiensis. *Ex chartulario Eccles. Parisiensis.*

III. Forma Juramenti Prælatorum. *Ex cod. Ms. Magistri Caroli de la Roque de ceremoniis Romani.*

IV. Juramentum, quod Episcopus Carnotensis in suo jocundo adventu facit apud sanctum Martinum in Valle Carnotensi, in Capitulo Monasterii dicti loci, antequam ad matricem Ecclesiam deferatur, ad petitionem Decani & Capituli Carnotensis seu certorum Canonicorum Carnotensium dictum Juramentum nomine dictorum Decani & Capituli fieri petentium. *Ex cod. Ms. de Iuramentis Eccles. Carnotensis.*

V. Copia duorum instrumentorum super dicto juramento confectorum.

VI. Sequitur copia alterius instrumenti præcedenti similis.

VII. Confirmatio dicti Juramenti per sedem Apostolicam facta & etiam approbata. *Ex cod. Ms. de Iuramentis, & altero de Privilegiis Eccles. Carnotensis.*

VIII. Litteræ Episcopi Andegavensis, de juramento seu Sacramento fidelitatis, quod Regi præstare tenetur: & de Privilegiis quæ propter ipsum Juramentum conferuntur. *Ex regesto de Comitatu Andegavensi.*

IX. Confirmatio privilegiorum, quæ Episcopis à Regibus propter ipsorum juramentum collata sunt. *Ex eodem cod. MS.*

X. Juramentum, quod Decanus Carnotensis debet facere ratione Decanatus Carnotensis. *Ex cod. MS. de Iuramentis.*

XI. Juramentum quod Cantor, Subdecanus, Succentor, & Camerarius Ecclesiæ Carnotensis, tenetur facere ratione Cantoriæ, Subdecanatus, Succentoriæ, & Camerariæ suæ. *Ex eodem codice.*

XII. De Juramento Cantoris pro residentia. *Ex chartulario Ecclesiæ Meldensis.*

XIII. De Juramento Succentoris pro residentia. *Ex charta institutionis succentoriæ in eodem chartulario.*

XIV. Juramentum Archidiaconi in Ecclesia Carnotensi ratione Archidiaconatus,

diaconatus. Ex *codice Ms. de Iuramentis.*

XV. Juramentum Archidiaconi de non exigenda pecunia pro procuratione. *Ex Chartulario Ecclesiæ Meldensis.*

XVI. Juramentum Archidiaconi de demanda non amplius facienda. *Ex eodem chartulario.*

XVII. De juramento officialis, quod statuta & jura Episcopi fideliter observabit. *Ex eodem chartulario.*

XVIII. Juramentum præpositorum in Ecclesia Carnotensi ratione præposituræ. *Ex cod. Ms. de Iuramentis.*

XIX. De juramento quod rectores Ecclesiarum Capituli præstant, quando admittuntur ad curam. *Ex cod. Ms. de Iuramentis.*

XX. Juramentum Canonicorum, de Juramento primo. *Ex codice Ms. de prabendis, & dignitatibus Ecclesiæ Carnotensis.*

XXI. Forma juramenti primi, quod faciunt Canonici Carnotenses in prima creatione sua ad caput Beatæ Annæ. *Ex cod. Ms. Ecclesiæ Carnotensis de Iuramentis.*

XXII. Forma Juramenti secundi facti in Capitulo. *Ex eodem cod. & ex Necrologio Ecclesiæ Carnotensis, & ex altero codice Ms. de dignitatibus Ecclesiæ Carnotensis.*

XXIII. Juramentum, quod facit Canonicus Comitis Carnotensis. *Ex codice de prabendis & dignitatibus Eccles. Carnotensis.*

XXIV. Juramentum, quod præstare tenetur quilibet Canonicus Boloniensis in sua prima receptione. *Ex Chartulario* Eccles. *Boloniensis à D. Favier mecum communicato.*

XXV. Forma Juramenti quod præstare tenetur Canonicus qui de novo recipitur per procurationem.

XXVI. Juramentum quod Capellanus in propria persona comparens in sua prima receptione præstare tenetur.

XXVII. Juramentum quod præstare tenetur Capellanus per procuratorem. Ex *eodem chartulario.*

XXVIII. De Juramento quod debent facere manumittendi ad tonsuram Clericalem. Ex *codice Ms. de Iuramentis* Eccles. *Carnotensis.*

XXIX Juramentum quod debet reddere quilibet Abbas Diœcesis Morinensis Matrici Ecclesiæ. Ex *Chartulario Eccles. Morinensis à D. Favier mecum communicato.*

XXX. Juramentum Abbatis Ordinis Cisterciensis, de obedientia & reverentia à Sanctis Patribus constituta, quam Episcopo reddere tenetur. Ex *Chartulis eccles. Parisiensis.*

XXXI. Juramentum Abbatis & Conventus Beatæ Mariæ de Cagia Meld. de obedientia & reverentia, quam Episcopo promiserunt super correctione seu reformatione dicti Monasterii. *Ex Chartulario Eccles. Meldensis.*

XXXII. Charta de Juramento, Quod Vicarius Abbatis Bellilocensis ipsi Abbati debet præstare de statutis servandis. *Ex Chartulario Monasterii Bellilocensis.*

XXXIII. Juramentum quod facere tenentur in Capitulo fratres condonati domus Dei & Eleemosynę Carnotensis in eorum receptione. *Ex codice Ms. Ecclesiæ Carnotensis de Iuramentis.*

XXXIV. Excerptum de Juramento ad sancta Evangelia præstito à procuratore Eremitarum S. Augustini Conventus Parisiensis: Quod donatio domus dicta la Mote sita prope pontem de Latigniaco ipsis facta, fiet nulla, irrita, & cassa; si ab officio pietatis, propter quod instituta est, defecerint. *Ex ipsa Charta donationis ejusdem domus, quam mecum communicavit D. de Trechi Procuratoris generalis Substitutus integerrimus.*

XXXV. Chartę antiquæ de oblatione filiorum à parentibus facta Monasteriis: ubi mentio fit de juramento, quod olim præstabant parentes, ut filii sui in Monasteriis Deo consecrati sancta instituta servarent. *Ex Chartulario Monasterii Belli-locensis.*

ARTICULUS TERTIUS.

QUOD NON LICET EPISCOPIS, NEQUE aliis constitutiones rectas, & privilegia Ecclesiis rite concessa, contemnere.

QUOT MALA ORIANTUR, EX EO QUOD STATUTA non serventur, juxta quæ tantùm obedientia exigi potest.

I. Epistola Paschalis II. ad L. Vivariensem Episcopum, ut constitutiones rectas de donatione Ecclesiæ beati Andeoli fratribus S. Ruffi ab ipso factas non infringat. *Ex Chartulario Eccles. S. Ruffi.*

II. Mandatum R. Albanensis Episcopi, Apostolicæ sedis Legati ad L. Vivariensem Episcopum directum: ut ipsius constitutio de donatione inconvulsa permaneat. *Ex eodem Chartulario.*

III. Epistola Cælestini III. ad decanum & Capitulum Carnotense: in qua significat nulli licere privilegia Ecclesiis rationabiliter concessa, id est, ritè, & juxta Canones, statuta ac libertates Ecclesiæ Gallicanæ, infringere. *Ex cod. Ms. de privilegiis Ecclesiæ Carnotensis.*

IV. Charta de Ecclesia de Righhago; in qua declaratur mandato Petri Ruthenensis Episcopi, rectam constitutionem de Donatione Ecclesiæ de Rignhago Monachis Conchensibus facta infringi non posse. *Ex Chartulario Monasterii Conchacensis.*

V. Epistola.... Domini Lexoviensis ad Ludovicum Regem Francorum: in qua declarat quot mala oriantur, ex eo quod Canones non serventur: formamque præscribit, qua Rex uti potest juxta statuta & jura Ecclesię Gallicanæ ad scribendum Paulo Secundo. *Ex schedis Viri cl. Antonii Vyon Domini d'Herouval.*

VI Henrici II. diplomata, in quibus ostenditur, Literas Apostolicas, Bullas, seu provisiones non probari neque recipi, nisi quæ cum Canonibus & decretis Sanctæ Sedis conveniant, nec non cum privilegiis, juribus, & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ. Ex *Apographo variorum diplomatum Henrici II. &c. cujus mihi copiam fecit vir rerum pulchrarum & antiquarum Inquisitor curiosissimus Carolus Cæsar Baudelot in Senatu Parisiensi Advocatus.*

ARTICVLVS QVARTVS.

EPISTOLÆ SVMMORVM PONTIFICVM,

In quibus declarant sua statuta, suas auctoritatis literas, privilegiaque ab ipsis concessa, contra Canonum decreta & jura Ecclesiarum nunquam opponi posse: Concilia in quibus hæ constitutiones, hæcque privilegia abrogantur.

I. Epistolæ Urbani II. unà cum Conciliis in quibus ipsius privilegia per subreptionem contra jura Ecclesiastica extorta rescinduntur, ipso quidem jubente, hoc ordine dispositæ ab Hugone Gratianopolitano Episcopo. Ex *Chartulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

II. Paschalis II. Mandatum, quo quæstio de pago Salmoracensi inter Guidonem Viennensem, & Hugonem Grannopolitanum Episcopos per multos annos & in multis Conciliis ventilata dirimitur, non obstantibus supradictis privilegiis. Ex *Chartulario Ecclesiæ Viennensis.*

III. Epistola Callisti Papę III. ad Archiepiscopum Turonensem: in qua ei significat statuta sua de citatione Procuratoris Generalis Caroli Francorum Regis, ut pote juribus & privilegiis Ecclesiæ Gallicanæ contraria, nullius momenti & roboris esse debere. *Ex Authentico V. cl. Antonii Vyon Domini d'Herouval.*

IV. Epistola Joannis Archiepiscopi Turonensis ad Guillermum Episcopum Nannetensem, de executione supradictæ Sententiæ, qua summus Pontifex suas constitutiones & ordinationes, ut pote privilegiis Ecclesiæ Gallicanæ contrarias, revocavit. Ex *Schedis Viri cl. Antonii Vyon Domini d'Herouval.*



ARTICVLVS QVINTVS.

SENTENTIÆ A SVMMIS PONTIFICIBVS, Episcopis, & Regibus, & à Curia Parlamenti Parisiensis, latæ adversus quoslibet statutorum Ecclesiasticorum violatores.

I.

Sententia ab Episcopis & summis Pontificibus prolatæ.

I. SEntentia ab Episcopis in Synodo Parisiensi lata, de Ecclesia de Orengi, quæ Monachis de longo ponte adjudicatur, contra usurpationem Monachorum de Gyvisi. *Ex Chartulario Monasteris S. Mariæ de longo ponte Diœcesis Parisiensis.*

II. Paschalis II. Sententia, in rerum Episcopi defuncti, seu juris Ecclesiastici sacrilegos pervasores. *Ex cod. Ms. Privileg. Ecclesiæ Carnotensis.*

III. Ivonis Carnotensis Sententia, in præpositos exactores. Ex *eodem codice.*

IV. Sententia Ivonis Carnotensis Episcopi, de Ecclesia Hienvilla de Parochia Puteacensi, & ejus Ecclesiæ juribus, contra Monachos majoris Monasterii, pro Monachis sancti Martini de Campis. Ex *chartulario sancti Martini de campis.*

V. Excommunicatio, in qua fuit S. Theudbaldus Viennensis Archiepiscopus, & Isarnus Gratianopolitanus Episcopus, facta ob injustam possessionem bonorum Ecclesiæ. Ex *chartulario* Eccles. *Gratianopolitanæ.*

VI. Excommunicatio à Mainardo Archiepiscopo Senonensi, & Imberto Parisiorum Episcopo propter contemptum auctoritatis Ecclesiasticæ facta, quæ non minùs terribilis videri debet, quàm absolutio insolita. Ex *chartulario* Eccles. *Parisiensis.*

VII. De causa inter Resbacenses, & sanctæ fidis Conchensis Ecclesiæ Monachos, pro Ecclesia Columbariensi, in pluribus Conciliis & apud Lugdunensem Archiepiscopum Romanæ sedis Legatum diu ventilata; tandemque in Synodo definita adversus Monachos Resbacenses, qui Ecclesiam Columbariensem contra Canones & statuta Ecclesiastica invaserant. Ex *Chartulario* Eccles. *Conchensis.*

VIII. Indulgentia Lucii III. contra Presbyteros concubinas habentes, qui remedio appellationis abutebantur contra Canonum decreta, & Statuta Ecclesiastica Ex *chartulis* Eccles. *Parisiensis.*

IX. Lucii III. Sententia, in sacrilegos juris Ecclesiastici pervasores, quibus omne auffertur appellationis remedium. Ex *cod. Ms. privileg. Eccles Carnotensis.*

X. Lucii III. & Urbani III. Judicia in raptores, qui remedio appellationis abutebantur contra statuta Ecclesiastica. *Ex codice Ms. privileg. eccles. carnotensis.*

XI. Indulgentia Clementis III. contra Senonensem Archiepiscopum, qui statuta Ecclesiastica violaverat. *Ex chartulis Eccles. Parisiensis.*

XII. Sententia excommunicationis à Cælestino III. lata adversus privilegiorum & libertatum Ecclesiæ Carnotensis violatores: cujus executionem mandat Archiepiscopo .... & Archidiacono Senonensi. *Ex cod. Ms. privileg. eccles. Carnotensis.*

XIII. Sententia Archiepiscopi Senonensis contra Comitissam Blesensem, à Cælestino III. confirmata, pro tuendis juribus & libertatibus Ecclesiæ Carnotensis. *Ex cod. ms. privileg. ecclesiæ Carnotensis.*

II.

Regum Diplomata, Præcepta, seu Sententiæ pro optima Ecclesiarum disciplina, adversus quoslibet statutorum Ecclesiasticorum violatores.

I. PRæceptum Ludovici Pii, de reformatione Monachorum Ecclesiæ S. Dionysii in Synodo facta. *Ex Chartulario S. Dionysii emendatum proferunt Scheda v. cl. Antonii Vyon Domini d'Herouval. v. tom. 7. conc. ult. edit. p. 1674.*

II. De præcepto seu sententia Ludovici Bosonis filii, pro confirmatione legitimæ & in synodo factæ S. Apollinari restitutionis Villæ-novæ, quæ contemptis omnibus Ecclesiarum statutis ac juribus, ablata fuerat. Hæc est chartula, in qua fuit laudator Alexander Viennensis Archiepiscopus, & Isaac Gratianopolitanus Episcopus. *Ex chartulario ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

III. Præceptum Ludovici VI. cognomento Crassi, de auctoritate sententiæ excommunicationis proferendæ in eos, qui servorum Ecclesiasticorum testimonium adversus homines liberos auctoritate Regiâ concessum nolunt admittere. *Ex Pastorali minore eccles. B. Mar. Parisiens.*

IV. Præceptum Ludovici VI. cognomento Crassi, ut transgressor Regalis decreti de testimonio servorum Ecclesiasticorum recipiendo excommunicationi subjaceat. *Ex chartulario S. Martini de campis.*

V. Præceptum Ludovici VII. cognomine Iunioris, quo confirmatur sententia ab Episcopo Parisiensi prolata, contra eos, qui libertatem domus Episcopi defuncti infringunt. *Ex Pastorali B. Mar. Paris.*

VI. Constitutiones Karoli VI. ex jussu Karoli VII. publicatæ adversus quosdam Clericos, qui literis Apostolicis abutentes jura Ecclesiæ Gallicanæ violabant. *Ex Authentico viri cl. Antonii Vyon Domini d'Herouval.*

VII. Plura judicia insignia Curiæ Parlamenti in Episcopum Constan-

tiensem Cardinalem, qui temerè quosdam excommunicando, lataque judicia contemnendo, statuta, jura & libertates Ecclesiæ Gallicanæ violaverat, à Ludovico XI. confirmata contra quaslibet appellationes. *Ex Autographo quod pertinet ad virum clarissim. Antonium Vyon Dominum d'Herouval.*

CAPUT TERTIUM.

DE AUCTORITATE EPISCOPORUM ET de Obedientia sive Clericorum sive Monachorum.

ARTICULUS PRIMUS.

PUBLICA MONUMENTA DE OBEDIENTIA & Reverentia, quam sive Clerici & Regulares, sive Monachi & Abbates debent reddere Episcopis, & quàm solemnem in synodis ipsi promiserunt.

I. CHarta S. Martini de obedientia, quam Canonici Regulares suo Episcopo promiserunt. *Ex Chartulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

II. Charta de obedient. & subjectione, quam Ivoni Episcopo Carnotensi, & ejus Successoribus debent reddere Monachi de Bello-loco: quibus sub hac tantùm conditione Ivo permisit Monasterium construere & consecrare. *Ex cod. MS. Privileg. ecclesiæ Carnotensis.*

III. Charta, quâ Radbodus Noviomensis Episcopus, Altare de Capi Ecclesiæ S. Petri Cluniacensis concedit, in qua declaratur Episcopi auctoritas in Monachos Ecclesiarum præpositos & in Abbates. *Ex Chartulario S. Martini de Campis.*

IV. Charta Sancti Donati de obedientia, quam Canonici Regulares S. Donati tenentur promittere Nantelmo Utcensis ecclesiæ Præposito, salvo privilegio Apostolicæ Sedis, & salva semper obedientia & reverentia, subjectione & potestate Gratianopolitani Episcopi tam in spiritualibus, quàm in temporalibus. *Ex Chartulario ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

V. Charta de Chignino de obedientia, quam qui sæculo abrenunciarunt, debent reddere Episcopis, tanquam Canonici proprio Episcopo. *Ex Chartulario ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

VI. Charta de obedientia & fidelitate, quam Theobaldus Canonicus S. Genovefæ præsentibus sacrosanctis Evangeliis, & in verbo Sacerdotis promisit Episcopo Parisiensi, cui præsentatus est ad curam animarum Parochiæ de Monte suscipiendam. *Ex Chartulis ecclesiæ Parisiensis.*

VII. De obedientia Canonica & debita, quam Abbatissa Farensis Monasterii promittit Episcopo Meldensi, à quo benedicitur juxta statutum

Conventus Sueſſionenſis. *Ex veteri Charta Farenſis Monaſterii, quam à viro erudito deſcribi fecit, & ad me miſit Ioanna de Plas huius florentiſſimi Monaſterii Abbatiſſa illuſtriſſima, cuius ſingularis eſt pietas, miraque charitas erga omnes circumjacentis regionis pauperes, adeo ut pauperum mater appellari ſoleat.*

VIII. De obedientia Canonica, & ſubjectione, quam Fratres ſanctæ Trinitatis, qui ſunt in Domo-Dei, Meld. Epiſcopo & Succeſſoribus tenentur repromittere. *Ex Chartulario eccleſiæ Meldenſis.*

IX. Charta maximè notanda de auctoritate & diligentia Archiepiſcopi Viennenſis Eccleſiæ ad reſtaurandam Eccleſiarum & Monaſteriorum diſciplinam: de privilegio a Patribus Concilii Viennenſis dato: de electione canonica præpoſiti: de quibuſdam monitis adverſus ſimoniam: & de ſtatutis Patrum ſervandis. *Ex Chartulario de honoribus S. Iuliano collatis in comitatu Brivatenſi.*

X. Charta, quâ Dalmatius Abbas commendat Monaſteria Stephano Epiſcopo, utpote Proviſori & Domino ipſorum, ut regulæ firmitas integra permaneat. *Ex eodem Chartulario.*

XI. Mandatum Alexandri Papæ III. Quod ſi Conventus non concordat in electione Abbatis, ad Epiſcopum pertineat in Abbatem confirmare illum, in quem major & ſanior pars conſenſerit. *Ex Chartulario eccleſiæ Meldenſis.*

XII. Quòd ſi Capitulum inter ſe diſcordat, Epiſcopus poteſt cognoſcere de cauſa. *Ex eodem Chartulario.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

PRIVILEGIA MONASTERIIS A SVMMIS Pontificibus conceſſa, ſalvâ ſemper, quæ Epiſcopo debetur, canonicâ reverentiâ.

I. PRivilegium ab Urbano II. Monaſterio S. Nicolai conceſſum, ſalvâ Epiſcopi Andegavenſis Canonicâ reverentiâ. *Ex Regeſto de Comitatu Andegavenſi.*

II. Privilegium ab Urbano II. Eccleſiæ S. Ruffi conceſſum, ſalvâ in omnibus Avenionenſis Epiſcopi canonicâ reverentiâ. *Ex Chartulario Eccleſiæ S. Ruffi.*

III. Privilegium Calixti Papæ II. de obedientia & reverentia, quam omnes Clerici & Abbates Epiſcopo tanquam membra capiti adhærentia exhibere tenentur. *Ex Chartulis Eccleſ. Pariſ. & ex Paſtorali minore.*

IV. Privilegium ab Innocentio III. Abbati S. Ruffi conceſſum, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſanorum Epiſcoporum ſervatâ canonicâ ratione. *Ex Chartulario Eccleſ. S. Ruffi.*

ARTICVLVS TERTIVS.

DONATIONES ECCLESIIS ET MONASTERIIS factæ, cum consilio & assensu Episcopi, & salvâ semper reverentiâ, quæ Episcopali Sedi debetur.

I. ALtare Villæ, quæ dicitur Orceacus, Ecclesiæ B. Marię longi Pontis donatum a Gaufrido Parisiorum Episcopo, salvâ in omnibus ecclesiasticę subjectionis ipsi debitâ reverentiâ, & salvis in omnibus ejus juribus. *Ex chartulario B. Mariæ Longi-Pontis.*

II. Altare situm in Villa, quæ dicitur Bonduflum, Ecclesf. B. Mariæ de Longo-Ponte donatum, salvis in omnibus juribus Episcopi, & obedientiâ, quæ ipsi debetur. *Ex eodem chartulario.*

III. Ecclesia de Bains cum consilio & auctoritate Pontii Episcopi donata Sancto Salvatori. *Ex chartulario monasterii conchens.*

IV. Ecclesiæ sanctæ Fidei de Castelleto & sancti Victoris ab Hugone Lugdunensi Archiepiscopo donatæ Ecclesiæ sanctæ Fidis de Conchis, salva semper obedientia, quæ Episcopo & Archi-presbyteris exhibenda est. *Ex eodem chartulario.*

V. Ecclesia B. Mariæ Virginis intra muros Bisulduni fundata Ecclesiæ S. Ruffi donatur cum consilio & assensu Domini Berengarii Præsulis Gerundensis. *Ex cartulario eccles. S. Ruffi.*

VI. Eadem ecclesia redditur & donatur præfatæ ecclesiæ S. Ruffi cum favore Pontificali & Canonicali Gerundensis Sedis. *Ex eodem chartulario.*

VII. Eadem donatio à Raymundo Episcopo Gerundensi confirmatur, salva reverentia & obedientia, quæ Episcopali Sedi debetur. *Ex chartulario S. Ruffi.*

VIII. Ecclesia S. Andeoli ecclesiæ S. Ruffi in plenaria Synodo donata, hac scilicet conditione, ut prior non mutetur, nisi cum consilio Episcopi Vivariensis: & si quæ orta fuerit controversia, ipsius Episcopi communisque Capituli canonicâ terminetur sententiâ. *Ex eodem chartulario.*

IX. Confirmatio donationis ecclesiarum S. Martini Viennensis, S. Nicetii, &c. Ecclesiæ S. Ruffi cum quolibet jure ab Archiepiscopo Viennensi facta, salvâ obedientiâ & reverentiâ, quæ debetur sacro-sanctæ Matri Ecclesiæ Episcopali. *Ex chartulario eccles. Viennensis.*

X. Confirmatio Ecclesiæ de Tauliniaco Ecclesiæ S. Ruffi donatæ, salvâ reverentiâ & obedientiâ, quæ Ecclesiæ Episcopali debetur. *Ex chartulario eccles. S. Ruffi.*

XI. Confirmatio ejusdem donationis, salvo jure Episcopali & censu. *Ex eodem chartulario.*

XII. Ecclesia Ordinatensis cum permissu & concessione Episcopi Bellicensis donata Ecclesiæ S. Ruffi; ita tamen ut Prior Episcopo canonicam spondeat reverentiam & obedientiam. *Ex eodem chartulario.*

XIII. Authenticum super transactione facta cum Priore S. Martini de Terra, quæ dicitur Alnetum; in quo declaratur donum nullâ stare ratione, nisi Parisiensis Episcopi auctoritate firmetur. *ex chartulis Eccles. Paris.*

XIV. Indulgentia Lucii III. ne feoda Parisiensis Episcopi sine consensu ipsius obligari possint, vel vendi. *ex iisdem chartulis.*

XV. Authenticum Vuillelmi Senonensis Archiepiscopi super redditibus decanatus Parisiensis dum vacat. Ex quo patet Episcopum præcipuum esse bonorum Ecclesiæ dispensatorem. *ex iisdem chartulis.*

XVI. Confirmatio Clementis III. super jure Episcopi in redditibus decanatus. *ex iisdem chartulis.*

XVII. Litera, quæ significat Magistrum & Fratres Mormenti non posse de manu sua amovere aliquam domum, nisi de voluntate Episcopi, qui est secundum Canones primus bonorum Ecclesiarum dispensator. *ex chartulario eccles. Lingonens.*

ARTICULUS QUARTUS.

LITERÆ DE NON ELIGENDO ABBATE absque licentia Episcopi, cujus est quoque electum confirmare & benedicere.

I. Litera Abbatiæ resignatæ ab Abbate Molismensi in manu Domini Episcopi, sicut moris est: & quòd ab eodem Episcopo postulanda sit licentia eligendi alterum Abbatem. *ex chartulario ecclesiæ Lingonensis.*

II. Supplicatio Episcopo facta de eligendo Abbate in Monasterio S. Petri Melugdunensis. *ex eodem Chartulario.*

III. Supplicatio Episcopo facta, ut electus in Abbatem S. Michaelis Tornodorensis ab ipso confirmetur. *ex eodem Chartulario.*

IV. Supplicatio Episcopo facta de Abbate Monasterii Molismensis. *ex eodem Chartulario.*

V. Supplicatio Episcopo facta de Abbate S. Stephani Divionensis. *ex eodem Chartulario.*

VI. Supplicatió Cagiensium, pro confirmando & benedicendo electo. *ex Chartulario eccles. Meldensis.*

VII. Qualiter commiserint se Cagienses voluntati Episcopi, super provisione Abbatis in eorum Monasterio facienda. *ex eodem Chartulario.*

VIII. Supplicatio Monachorum de benedictione Abbatis de Cagia

per Episcopum Meldensem, cui debitam obedientiam & subjectionem declarant. *Ex eodem Chartulario.*

IX. De benedictione Abbatis S. Faronis per Episcopum Meldensem. *Ex eodem Chartulario.*

X. De Abbate S. Faronis post alterius resignationem. *Ex eodem Chartulario.*

XI. Supplicatio Episcopo facta de eligendo Abbate Monasterii Reomensis. *Ex Chartulario Eccles. Lingonensis.*

XII. Supplicatio Episcopo facta, ut electio Prioris Vallis Caulum ab ipso confirmetur. *Ex eodem chartulario.*

XIII. Supplicatio Episcopo facta de Abbate Monasterii S. Petri Melugdunensis. *Ex eodem chartulario.*

XIV. Supplicatio Capituli S. Machuti de Barro Episcopo facta; ut ipsi parcat, quod Decanum elegerit absque illius Licentia. *Ex eodem chartulario.*

XV. Qualiter Conventus de Nealpha veteri nunciaverit Capitulo mortem sui Abbatis, & licentiam petiit eligendi alium. *Ex chartulario Eccles. carnotensis.*

XVI. Procuratio de Nealpha veteri ad presentandum Capitulo electum dicti loci, ut confirmetur, & accipiat munus benedictionis ab Episcopo. *Ex eodem chartulario.*

XVII. Electio Abbatis de Nealpha veteri, prius petita eligendi licentia, ut moris est: & quod confirmetur per Capitulum Carnotense, & accipiat munus benedictionis ab Episcopo. *Ex eodem chartulario.*

XVIII. Concessio à Guillelmo Episcopo Lingonensi facta magno Priori Claustrali, & omnibus ac singulis Prioribus & cæteris Monachis Monasterii Molisinensis, eligendi Abbatem secundum Canonicas sanctiones. *Ex chartulario eccles. Lingonensis.*

ARTICVLVS QVINTVS.

DE IVRE INSTITVTIONIS, DESTITVTIONIS, Correctionis, Reformationis, Visitationis, & Procurationis, quod Episcopi habent in Monasteria, non obstante quolibet privilegio, sive impetrato sive impretrando.

I. VNio hospitalis de Brochone facta Ecclesiæ sive Monasterio S. Stephani Divionensis: & Jus institutionis, destitutionis, correctionis, reformationis, visitationis, & procurationis, quod Episcopus habet super eadem domo, quæ renuntiare debet sub voto religionis cuilibet privilegio sive impetrato, sive impetrando. *Ex chartulario eccles. Lingonensis.*

II. Charta de jure institutionis, destitutionis, procurationis, cor-

rectionis &c. Quod Episcopus Abrincarum plenè retinuit in Monasterium S. Michaelis, Abbatem, & XII. Canonicos. *Ex libro Pontificali eccles. Abrincarum, qui servatur in Bibliotheca S. Victoris.*

III. Charta compositionis inter Episcopum Eduensem sive Augustodunensem, & Monachos Cluniacenses, in qua declaratur Jurisdictio Episcopi Augustodunensis in Presbyteros Ecclesiarum Cluniacensium. *Ex Tabulario Prioratus S. Petri de Paredo.*

IV. Charta, qua Galo Parisiorum Episcopus Monasterium S. Eligii Monachis propter vitæ infamis turpitudinem ejectis, Ecclesiæ beati Petri Fossatensis concedit. Unde patet jus destitutionis, correctionis, reformationis, &c. quod Episcopus habet in Monasteria. *Ex Pastorali Minor: eccles. B. Mariæ Parisiensis.*

V. Stephanus Episcopus Parisiensis idem Monasterium, ex petitione Innocentii Papæ, &c. Ecclesiæ S. Petri Fossatensis concedit, salvo in omnibus jure suo &c. *Ex eodem Pastorali.*

VI. Compositio ab Hugone Autissiodorensi Episcopo & Gaufrido Cathalaunensi facta ex præcepto Innocentii II. inter Ecclesiam Meldensem & Farense Monasterium; in qua observantur jura Episcopi in Sacerdotem Farensis Monasterii, & aliquot Abbatissæ privilegia. *Ex Chartis authenticis Farensis Monasterii describi fecit Ioanna de Plas illustrissima Abbatissa.*

VII. Compositio supradicta à Manasse Meldensi Episcopo comprobatur. *Ex iisdem Chartis authenticis.*

VIII. Eadem compositio ab Innocentio II. & Lucio II. confirmatur. *Ex iisdem Chartis authenticis.*

IX. Prima institutio Succentoris, in qua fit mentio de jure institutionis & destitutionis, quod Episcopus habet in Succentorem perinde ac in Cantorem. *Ex chartulario Ecclesiæ Meldensis.*

X. Authenticum super transactione facta inter Episcopum Mauritium & Abbatem Columbensem super Ecclesia S. Germani in Leia: in quo plura notantur de jure Episcopi in Abbatem & Monasterium. *Ex Chartulis Ecclesiæ Parisiensis.*

XI. De jure procurationis, quod Episcopus habet in domum sanctæ Celiniæ, juxta tamen illud Evangelicum: qui non laborat non manducet. *Ex Chartulario Eccles. Meldensis.*

XII. De procuratione Episcopi in Ecclesia S. Exuperii de Corboilo. *Ex Chartulis Eccles. Parisiensis.*

XIII. Authenticum Capituli Parisiensis super eadem procuratione.

XIV. Privilegium de procuratione Archidiaconi, & jurisdictione Episcopi in Scalensem Ecclesiam. *Ex iisdem Chartulis.*

XV. Epistola Innocentii III. de jure procurationis Episcopi, quod præscribi non potest. *Ex iisdem Chartulis.*

XVI. Littera Capituli Tornodorensis, quod tenetur jurare Episcopis Lingon. Canonicè intrantibus subjectionem & obedientiam: & nulla

posse privilegia impetrare, nec uti impetratis. *Ex Chartulario Eccles. Lingonensis.*

XVII. Confirmatio statuti totius Capituli, quod Prior Fratrum Prædicatorum tenetur facere juramentum Capitulo Carnotensi, quod nec per se nec per alium possit privilegium vel indulgentias contra jura & libertates Ecclesiæ impetrare, neque impetratis vel impetrandis uti. *Ex Chartulario Eccles. Carnotens.*

XVIII. Quod quicumque est Prior Fratrum Prædicatorum debet jurare in Capitulo, se servaturum interdicta Ecclesiæ, neque uti posse contra dictam Ecclesiam privilegiis.

XIX. Litera Prioris Fratrum Prædicatorum in Francia: quod Prior & Fratres Conventus Prædicatorum Carnot. tenentur servare interdictum: & quod factum erat per eos, confirmatur per eumdem. *Ex eodem chartulario.*

XX. Litera jurisdictionis, quam habet Dominus Episcopus Lingonensis in hospitali de Mormento, in capite, membris, & in personis ibidem commorantibus: & quod non possit hospitalis domus aliquas indulgentias vel privilegia impetrare, vel uti aliquatenus impetratis. *Ex chartulario Ecclesiæ Lingonensis.*

XXI. Litera jurisdictionis & correctionis, quam habet Dominus Episcopus in Monasterium de Pelungero. *Ex eodem chartulario.*

XXII. Litera subjectionis & reverentiæ hospitalis de Norges erga Episcopum Lingonensem: & quod non liceat ullam impetrare exemptionem, neque impetrata uti. *Ex eodem chartulario.*

XXIII. Quod Prior domus sancti Lazari Meldensis ipsi Episcopo & successoribus tenetur Canonicam obedientiam repromittere: & de jure correctionis, visitationis &c. quod Episcopus habet in eamdem domum. *Ex chartulario Ecclesia Meldensis.*

XXIV. Unio hospitalis Chilicasti facta Ecclesiæ seu Monasterio S. Stephani Divionensis: & jus institutionis, destitutionis & correctionis, quod habet in eodem Episcopus, propter curam animarum, pro quibus redditurus est Deo rationem. Unde domus hospitalis, sicut Monasterium, tenetur renunciare sub voto religionis cuilibet privilegio sive impetrato sive impetrando. *ex Chartulario eccles. Lingonensis.*

XXV. Litera jurisdictionis Episcopi Lingonensis: ad quem pertinet institutio, destitutio, & correctio Prioris Monasterii de Mormento; ita ut Monasterium supradictum renuntiare debeat quibuslibet privilegiis sive indultis, sive indulgendis. *Ex eodem Chartulario.*

ARTICVLVS SEXTVS.

LITERÆ QVIBVS DECLARATVR, PRO NEGOTIIS correctionis expensas ab Episcopis de bonis Monasterii fieri debere; & nemini licere Monachos contra auctoritatem Episcoporum defendere.

I. Litera: quod Episcopus pro negotiis correctionis Monasterii Besuensis promovendis, expensas de bonis ipsius Monasterii faciat & administret. *Ex chartulario Eccles. Lingonensis.*

II. Litera Regia, qua mandatur Duci Burgundiæ, ne Abbatem & Conventum Besuensem manu teneat, vel defendat contra Episcopum. *Ex eodem chartulario.*

III. Charta de Nojaretó, qua Monachi tenentur Episcopo reddere decimam, quæ eis injuste fuerat data: & in qua Guilisius de Veraçen pollicetur se nunquam fore adjutorem Monachis contra Episcopum. *Ex chartulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

LITERÆ, QVÆ DOCENT, QVOMODO IRRITA sit Abbatis appellatio ad sedem Apostolicam contra auctoritatem Episcopi.

I. Litera regia directa summo Pontifici de justitia & jurisdictione temporali Monasterii & Villæ Besuensis, quæ pertinet immediatè ad Episcopum Lingonensem: Unde prorsus irrita fit Abbatis appellatio ad Sedem Apostolicam. *Ex chartulario Eccles. Lingonensis.*

II. Litera Abbatis & Conventus, in qua inter cetera declarant se ad aliam non posse appellare quàm ad Episcopi curiam. *Ex eodem chartulario.*

III. Litera Regia super prædictis. *Ex eodem Chartulario.*

ARTICVLVS OCTAVVS.

IVDICIA LATA PRO AVCTORITATE EPISCOPI: & Epistolæ, quæ executionem declarant.

I. Sententia ab Innocentio II. lata pro Episcopo Meldensi, in Clericos, & Laïcos Villæ Resbacensis, sublato appellationis diffu-

gio. *Ex Chartular.o Eccles. Meldensis.*

II. Epistola Hugonis Senonensis Archiepiscopi: de obedientia & subjectione, quam Abbas Monasterii Resbacensis Episcopo Meldensi promisit, post sententiam ab Alexandro III. Latam. *Ex eodem Chartulario.*

III. Epistola Baldovini Noviomensis Episcopi. *De eodem.*

IV. Epistola Petri episcopi, & Hugonis Decani Parisiensis: De executione Sententiæ Innocentii III. pro auctoritate Episcopi in Abbatem & Monasterium Resbacense.

V. Sententia ab Innocentio II. lata contra Presbyterum de Jotro, qui audito episcopi mandato in vocem appellationis proruperat. *Ex chartulis Ecclesiæ Meldensis.*

VI. Sententia ab Innocentio II. lata pro auctoritate episcopi adversus Abbatissam, Clerum, & Populum Jotreum, sublato appellationis diffugio. *Ex eodem Chartulario.*

VII. Epistola Vuillelmi Remorum Archiepiscopi, de honore & reverentia, & de omni jure, quod Eustachia Abbatissa ecclesiæ Jotrensis promisit semper se exhibituram episcopo Meldensi. *Ex eodem Chartulario.*

VIII. Privilegium Eugenii III. contra Archidiaconos Parisienses, pro auctoritate episcopi. *Ex Chartulis Eccles. Parisiensis.*

IX. Privilegium Adriani IV. contra Archidiaconos nihil aliud continens, quàm quod in præcedenti Privilegio Eugenii continetur.

X. Privilegium Alexandri III. in eundem modum contra Archidiaconos: & ne Archidiaconi Presbyteros sibi subditos nimia frequentia hospitiorum gravent. *Ex iisdem Chartulis.*

XI. Privilegium Clementis III. contra Archidiaconos, idem continens quod Privilegium Alexandri. *Ex iisdem Chartulis.*

XII. Privilegium Clementis III. contra Archidiaconos ordinationes ecclesiarum impedientes, & pro auctoritate episcopi. *Ex iisdem Chartulis.*

XIII. Executio Sententiæ Innocentii III. pro auctoritate episcopi Meldensis latæ contra Decanum & Archidiaconos: & compositio juxta hanc Sententiam facta. *Ex Chartulario Eccles. Meldensis.*

XIV. Diffinitiva Sententia data contra ecclesiam de Cala ab Ambianensi, & Tornacensi episcopis, & aliis judicibus, pro auctoritate episcopi. *Ex isdem Chartulis.*

XV. Sententia à Cælestino III. lata pro auctoritate episcopi in ecclesiam Calensem, & quidem contra privilegium ab ipso antea concessum. Ex *chartulis Eccles. Parisiensis.*

XVI. Sententia à Vuillelmo Canonico Meldensi & Petro Canonico Jotrensi lata pro auctoritate episcopi contra Abbatissam & Conventum de Jotro. *Ex chartulario eccles. Meldensis.*

XVII. Sententia à Petro Morinensi episcopo S. Audomari Decano lata de observandis Sententiis episcopi à Capitulo. *Ex eodem chartulario.*

XVIII. Epistola Rainaudi sancti Faronis Alberti Beatæ Mariæ in Ca-

giâ, & Joannis Cameræ fontis Abbatum. *De eodem.*

xix. Epistola Guillelmi Senonensis Archiepiscopi. *De eodem.*

xx. Sententia à Petro Meldensi Episcopo lata adversus Capitulum de sua jurisdictione in Presbyterum de Gievres. *Ex chartulario Ecclesiæ Meldensis.*

xxi. Sententia à Gregorio ix. lata adversus Magistratum & fratres domus Leprosorum S. Lazari Meldens. qui obedientiam & reverentiam suo Episcopo exhibere denegabant. *Ex eodem chartulario.*

xxii. *De eodem.*

xxiii. Sententia pro juribus Episcopalibus lata adversus Abbatissam, & Conventum Monasterii Fare-monasterii ordinis sancti Benedicti, ac Clerum & populum loci ejusdem Meldensis Diœcesis. *Ex chartulario Ecclesiæ Meldensis.*

xxiv. Epistolæ Innocentii iv. pro eadem Sententia confirmanda. *Ex eodem Chartulario.*

xxv. Sententia lata de electione Magistri domus S. Lazari prope Parisius, quæ ad Episcopum pertinet sicut & confirmatio. *Ex Chartulis Ecclesiæ Parisiensis.*

xxvi. Sententia excommunicationis ab Episcopo Meldensi lata in Ministrum magnæ Domus Dei Meldensis, & sorores quæ Visitationem Episcopi recusabant, quam demum Juramento prius præstituto recepe-runt. *Ex Chartulario Eccles. Meldensis.*

xxvii. Jurisdictio Episcopi Meldensis in Archidiaconos Philippi Senonensis Archiepiscopi auctoritate Metropolitana comprobata : literisque Philippi & Joannis Regum Francorum confirmata. *Ex regesto cameræ Computorum, in quo continentur Literæ Ioannis Regis Francorum per annos* 1351. 1352. 1353.

xxviii. Sentence de Requeste contre l'Abbé de S. Michel de Tonnere, & les Prieurs dependans d'icelle touchant la Visitation. *Ex Chartulario Eccles. Lingonensis.* *Sic legitur in Chartulario.*

ARTICVLVS NONVS.

Conclusio adversus privilegia, quæ monachos non tantum ab Episcoporum vigilantia, sed etiam à Regia potestate eximunt.

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

LUDOVICUS XIV. Dei gratia Gallorum & Navarræ Rex Christianissimus singulari Privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die perfectæ primæ Editionis computandos, imprimat, aut alibi excusum venalem habeat Librum qui inscribitur *Pœnitentiale Theodori, Archiepiscopi Cantuariensis, unà cum veteri Canonum Collectione ac pluribus antiquissimis monumentis ad Concilia pertinentibus*, præter Joannem Du Puis Bibliopolam Parisiensem: Qui secus fecerit, librorum confiscatione, & pœnis quæ latius in Diplomate Regio continentur, multabitur. Datum Versaliis die 22. Septembris 1675.

In publicas Bibliopolarum Parisiensium Societatis Tabulas relatum die 27. mensis Octobris 1676.

Hæc prima Editio absoluta fuit die 18. Novembris, 1676.

Errata & addenda in Tomo. I.

PAge 7. lin. 4. *lege.* oeque p 45. lin. 19. *lege* Christom p. 49. lin. 13. *lege* conservantur p. 56. lin. 3. *lege* aut pecus per lamem. p. 56. lin. 26 *lege* annis. p. 63. lin. 27. *lege* habet p. 83. lin. 21. *lege* temperantia p 92. lin. 28. *lege* alteram p. 98. lin. 38 *lege* interpolationibus p. 101. lin. 10. *lege* Paschasius p. 110. lin. 7. *lege* DXXXV. lin. 28. *lege* exhibet p. 127. lin. 16. *lege* antiquom p. 130. lin. 2. *adde* oportet. p. 155. lin. 19. *adde* paululum p. 167. lin. 27 *lege* DLXVII. p. 174. lin. 8. *lege* quassentur p. 201. lin. 12. *lege* idem p. 237. lin. 20. *lege* quinquenoii p. 246. lin. 15. *lege* cum & c. baptizatum. p. 319. lin. 32. *adde* peccata p. 320. lin. 20. *lege* grabato p. 351. lin. 27. *lege* superbibe-rint p. 354. lin. 30. *lege* in numero p. 356. lin 18. *lege* committiat.

In Tomo. II.

PAge 378. l. 15. *adde* in p. 385. l. 9. *lege* catasicis p. 440. l. 15. *adde* de voluorate Meldensis p. 444. l. 16. *lege* earumdem p. 530 l. 30. *lege* contemtum p. 575. l 3. *lege* domicilio p. 594. l. 3. *lege* hæsitantes p. 599. l. 17. *lege* Canonicos p. 603. l. 34. *lege* Abbatissa pertexis p. 606. l. 4. *lege* Ecclesiarum p. 608. l. 30. *lege* vos. p. 615. l. 20. *lege* nec non p. 723. l. 4. *lege* ab ipso p. 744. l. 21. *lege* nostri.

In Dissertationibus & Notis.

PAge 9. Calasis, *rectius*, Catalis juxta Socratem lib. 5. cap. 5. ΚΑΘΑΛΙΣ *V. Gregor. lib. 3. ep.* 16 p. 25. Hipponiensis *lege* Hipponensis *qui am Codd. MSS. habent*: Ypponiensis p. 49. Calchedonensis *Secundum antiqua monumenta Latina* Chalcedonensis juxta Græcum p. 133. *adde* Quoad p. 154. l. 36. *lege* Nicena. p. 169. l. 3. *lege* DLXXXIII. 64. *lege* positus l. 13. *lege* Ταύτῃ

POENITENTIALE

POENITENTIALE THEODORI SANCTISSIMI AC DOCTISSIMI ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

CAPUT PRIMUM.

De Ecclesia, vel de iis quæ intus geruntur.

a N Ecclesia, ubi mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, * sacrificare non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsa, & rasis vel lotis lignis ejus reædificetur. Si hæc consecrata prius fuit, Missas in ea celebrare licet, si religiosi ibi sepulti sunt. *b* Si verò Paganus, sic mundare, & jactare foras melius est. Gradus non debemus fa-

* *Al.* Sanctificare.

a Theod. capit. 68. ex tom. 9 Spicileg. R. & Cl. D. Lucæ Acherii. C. M. capit. lib 5. c. 49. Burch. l. 3. c. 38. Ivo p. 3. c. 43. Grat. de consecratione distinct. 1. c. Ecclesiam ex Concilio Agrippinensi.

b Burch. lib. 3. cap. 13. Ivo p. 3. c. 15. De Consecrat. dist. 1. c. 27. ex Concilio Aurelianensi c. 3.

Alt. add. fieri.
Al. in cap. Theod. 17.
Al incensum aspergit Ecclesiam.

cere ante altare, ubi *c* reliquiæ sanctorum venerandæ sunt. Si potest *, candela ardeat ibi per singulas noctes: si autem paupertas loci non sinit, non nocet eis. * Incensum Domini incendatur in natali sanctorum pro reverentia diei, quia ipsi sicut lilia dederunt odorem suavitatis, & asperserunt Ecclesiam Domini, sicut* incenso aspergitur primitus juxta altare. *d* Laicus non debet in Ecclesiis lectionem recitare, nec Alleluia dicere: Sed psalmos tantùm, aut responsoria sine Alleluia. Aquam benedictam aspergant, quoties voluerint, qui habitant in eis. *e* Et quando quis consecrat aquam, primùm orationem faciat.

c Hic incipit capit. 25. in capp. Theodori editis tom. 9 Spicileg.
d C. M. Capit. l. 5. c. 49. cap. 136. Heraldi Turonensis. Burch. lib. 8. c 87. Ivo p. 7. c. 109. ex Concilio Moguntino c. 9. & 18.
e Conc. Nannet. c. 4. Regin. lib. 1. de Eccl. discip. cap. 105. Burch. lib. 18. in argumento.

CAPUT II.

De Tribus gradibus Ecclesiæ principalibus.

Al. add. vel &c.
Alt. Sceleratum.

Episcopo *a* licet in campo confirmare, si necesse sit; similiter & presbytero agere, si Diaconus vel Presbyter * ipse calicem & oblationem manibus tenuerit. *b* Episcopus non debet Abbatem cogere ad Synodum ire, nisi etiam aliqua rationabilis causa sit. Episcopus dispenset causas pauperum usque ad quinquaginta solidos: Rex verò, si plus est. *c* Episcopus & Abbas hominem * Scelerati servum possunt habere, si pretium redimendi non habet. Episcopo licet votum solvere, si vult. *d* Presbytero soli liceat Missas facere, & populum benedicere in parasceve, & crucem sanctificare. *e* Presbyter decimas dare non cogitur. *f* Presbytero non licet

a Burch. l. 4. c. 68. ex Conc. Remensi c. 10.
b Burch. l. 8. c. 73. ex Conc. Turonensi c. 2.
c Conc. Aurel. 3. c. 13. Aurel. 4. c. 30.
d Theodor. cap. 49. t. 9. Spicil.
e Cap. 24.
f Cap. 120. C. M. capitul. l. 5. c. 51.

peccatum Epiſcopi prodere, quia ſuper eum eſt. *g* Sacrificium non eſt accipiendum de manu ſacerdotis, qui oblationes, vel lectiones ſecundùm ritum implere non poteſt. Preſbyter ſi reſponſoria cantat in miſſa, vel quæcunque, * cappam ſuam non tollat, ſed evangelium legens ſuper humeros ponat. Preſbyter fornicans, ſi poſtquam compertum fuerit, baptizaverit, iterum baptizentur illi quos baptizavit. *h* Si quis preſbyter ordinatus deprehendit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos prius baptizavit. *i* Diacones cum Græcis non frangant panem ſanctum, nec collectionem dicant, vel Dominus vobiſcum, vel completam. *k* Non licet Diacono, Laïco pœnitentiam dare; ſed Epiſcopi, aut Preſbyteri dare debent. Diaconi poſſunt baptizare, & cibum & potum benedicere, non panem dare. Similiter Monachi & Clerici poſſunt benedicere cibum. *Al. cap. Theod. 110.*

g Ivo p. 2. cap. 44. ex decretis Fabiani Papæ c. 10.
h K. M. Capitul. l. 6. c. 93. Burch. l. 4. c. 100. ex dictis S. Iſidori Epiſcopi. Ivo p. 1. c. 268. ex conc. apud Compendium cap. 5.
i Theod. cap. 5. t. 9. Spicileg.
k Theod. cap. 43. Regino l. 1. de Eccleſ. diſcipl. c. 295. ex pœnit. Romano. Burch. lib. 19. c. 110.

CAPUT III.

De Ordinatione Diverſorum.

a IN ordinatione Epiſcopi debet miſſa cantari ab ipſo Epiſcopo ordinante. In ordinatione preſbyteri ſive Diaconi oportet Epiſcopum Miſſas celebrare, ſicut Græci ſolent in electione Abbatis agere, vel Abbatiſſæ. In monachi verò ordinatione Abbas debet miſſas agere, & tres orationes ſuper caput ejus complere: & ſeptem dies velet caput ſuum cucullâ ſuâ, & ſeptimâ die Abbas tollat velamen ſuum. Sicut in baptiſmo preſbyter ſolet infantibus auferre, ita & Abbas debet monacho, quia ſecundum baptiſma eſt juxta judicium pa-

a Theod. cap. 1. tom. 9. Spicileg. Burchard. l. 1. c. 225. Ivo p. 5. c. 338. ex dictis Thodori Arch.

trum, in quo omnia peccata dimittuntur. Presbyter potest Abbatissam consecrare cum missæ celebratione. *b* In Abbatis verò ordinatione Episcopus debet missam agere, & eum benedicere inclinato capite, cum duobus vel tribus testibus de fratribus suis, & donet ei baculum & pedules. Sanctæ moniales verò basilicas sibi commissas semper debent consecrare. Græci simul benedicunt viduam, & virginem; & utramque semper habent consecrare. Abbatem eligunt. Romani non velant viduam. *c* Secundùm Græcos Presbytero licet virginem sacro velamine consecrare, & reconciliare pœnitentem, & facere oleum exorcizatum, & infirmis chrisma, si necesse est. Secundùm Romanos non licet, nisi Episcopo soli.

b Theod cap. 3. t. 9. Spicileg. Ordo Roman. ex Theodoro *tit.* Ordinatio Abbatis.

c Theod. capit. 20. t. 9. Spicileg.

CAPUT IV.

De Baptismatis Confirmatione.

IN Baptismate dimittuntur non conjunctiones mulierum, quia filii qui ante baptismum, sic & posteriorum fiunt. Si verò non putatur esse uxor, * nec filii ante generati pro filiis habentur, nec inter se fratres vocare, vel hæreditatis consortes fieri possunt. Si quis gentilis eleemosynam fecerit, * & alia bona, quæ enumerare non possumus, numquid ea in baptismo perdidit? Non bonum aliquod perdit, sed malum abluit. Hoc *a* Innocentius Papa de Catechumeno gesta pro exemplo ponens adfirmavit. *b* Gregorius Nazianzenus dicit secundum baptismum esse lacrymarum. Nullum perfectum credimus in baptismo. Confirmationem Episcopi non disputamus; *c* tamen in Nicæna synodo fuit chrisma constitu-

Al. add. Ergo.

Al. add. & abstinentiam habeant &c.

a Innocent Papa I. in epist. 2. cap. 6. epist. 4. cap. 2. epist. 22. cap. 2. ep. 23. cap. 6.

b Greg. Naz. in orat. 39.

c Theod. cap. 4.

tùm. *d* Pannos chrismatos iterum super alium baptizatum imponi non est absurdum. *e* In Catechumenæ & baptismate & confirmatione unus potest esse pater, si necesse sit: non est tamen consuetudo. Per singula singuli suscipiunt. *f* Non licet alium suscipere, qui non est baptizatus. Viro autem licet feminam suscipere in baptismo, similiter & feminæ virum suscipere. *g* Non licet baptizatis cum catechumenis manducare, * quanto magis gentilibus.

*Al. add. neque osculum eis dare.

d Burch. l. 4. cap. 94. ex Concil. Beluac. c. 8.

e Burch. l. 4. c. 26. ex Concil. Mogunt. c. 2. Ivo p. 1. c. 218. ex decretis Hygini Papæ cap. 10. De consecrat. dist. 4. in catechismo.

f Burch. l. 4. c. 26. ex Conc. Mogunt. c. 2. Ivo p. 1. c. 220. De consecrat. dist. 4. c. in baptismo.

g Theod. cap. 86. t. 9. Spicileg. K. M. capitul. l. 6. c. 92. Burch. l. 4. c. 95.

CAPUT V.

De Missa Defunctorum & mortuorum.

a SEcundùm Romanam Ecclesiam mos est monachos, vel religiosos defunctos in Ecclesiam portare, & cum chrismate ungere pectora, ibique pro eis missas celebrare; deinde cum cantatione portare ad sepulturas: & cùm positi fuerint in sepulchris, funditur pro eis oratio. Denique humo vel petrâ operiuntur. Primâ & tertiâ & nonâ, nec non trigesimâ die pro eis missa agatur. Exinde post annum, si voluerint, servetur. *b* Missæ verò secularium mortuorum tres in anno, tertia die, & nona, & trigesima; quia surrexit Dominus tertia die, & nona hora spiritum emisit, & triginta diebus Moysem planxerunt filii Israël. In missa quoque monachorum per singulas septimanas nomina recitare mos est. Pro defuncto monacho missa agatur die sepulturæ ejus, & tertia die: postea, quantum voluerit Abbas: pro laico bono tertia die vel septima; * & propinquos ejus oportet jejunare septem diebus, & oblationem offerre ad altare, sicut in Jesu filii Si-

*Al. add. Post jejunium: pro pœnitente trigesima die.

a Theod. cap. 90. t. 9. Spicileg.

b Cap. 19. Theod. t. 9. Spicileg.

rach legitur: *& pro Saul filii Israël jejunaverunt*, postea; quamdiu voluerint Presbyteri. *c* Multi dicunt non licere pro infantibus missas facere ante septem annos. Sed licet *d* Dionysius Areopagita dicat blasphemiam Deo facere, qui missas offert pro malo homine: *e* Augustinus tamen dicit, pro omnibus Christianis hoc esse faciendum, quia hoc vel eis proficit aut offerentibus, aut petentibus. Et non est licitum missas celebrare Presbytero, vel Diacono, cui non licet, vel qui non vult communionem accipere.

c Theod. cap. 69. t. 9. Spicileg.

d Hierarch. Eccle. cap. 7. Theod. cap. 56. t. 9. Spicileg. Resp. 3. Greg. III. ep. 1. ad Bonifacium: Burch. l. 3. c. 65. Ivo p. 3. c. 67. ex dictis Dionysii Areopagitæ.

e S. Aug. Enchirid. cap. 10. & libr. de cura pro mortuis gerenda cap. 4. Amularius lib. 4. c. 42. De consecratione dist. 1. visum ex Conc. Cabilon. 2. c. 39.

CAPUT VI.

De Abbatibus, & Monachis, vel Monasteriis.

a Abbas potest pro humilitate cum permissione Episcopi locum suum derelinquere; tamen fratres eligant sibi Abbatem de ipsis, si habent: sin autem, de extraneis. *b* Nec Episcopus debet violenter retinere Abbatem in loco suo. Congregatio debet sibi eligere Abbatem post ejus mortem, aut eo vivente, si discesserit vel peccaverit. Ipse non potest aliquem ordinare de suis propinquis, neque alienis, nec alium Abbatem dare sine voluntate fratrum. *c* Si verò peccaverit Abbas, Episcopo non licet tollere possessionem monasterii, quamvis peccaverit Abbas: sed mittat eum in aliud monasterium in potestate alterius Abbatis. Non licet Abbati, neque Episcopo terram Ecclesiæ convertere ad aliam, quamvis

a Burch. l. 8. c. 86. ex Conc. Mogunt. cap. 18.

b Theod. cap. 46. t. 9. Spicileg. *v. pœnit. cum cap. collatum.*

c V. epist. Agathonis pp. ad Ethelredum Regem Merciorum & Theodorum Arch. cap. Theod. 47. t. 9 Spicileg. Burch. l. 8. c. 87. ex Conc. Mogunt. c. 10.

ambæ in potestate ejus sint. *d* Si mutare vult terram Ecclesiæ, faciat 1.* cum consilio Episcopi, & fratrum suorũ, 2.* & dimittat in priorem locum Presbyterum ad ministeria Ecclesiæ. Non licet viris feminas habere monachas, neque feminis viros; tamen non destruamus illud, quod consuetudo est in hac terra. *e* Monacho non licet votũ vovere sine consensu Abbatis: Sin minus, frangendum est. Abbas si habuerit Monachum, 3.* quem elegit congregatio, ut ordinet eum in gradu Presbyterii, non debet dimittere priorem conversationem suam. Si autem postea inventus fuerit ut superbus, vel 4.* otiosus, & in meliori gradu priorem vitam quærat; deponatur: & in ultimum locum constitutus satisfactione emendet. In potestate & libertate monasterii est susceptio infirmorum in monasterio. In libertate quoque monasterii est *f* lavandi pedes laicorum; nisi in cœna Domini non coguntur. *g* Nec libertas monasterii est pœnitentiam secularibus *h* judicare, quia propriè Clericorum est.

1. *Al.* cum consensu amborum. 2. *Al. add.* Si quis vult monasterium suum in alium locum ponere. 3. *Al. add.* dignum debet dare, si necesse est. Puero non licet etiam nubere, prolato ante monachi voto. Si quis monachus, quem elegerit. &c. 4. *Alt.* vitiosus.

d Theod. cap. 48. *V. pænit. cum capp. Theod. in Spicil. ed. collatum* Burch. l. 3. c. 28.

e Burch. l. 8. c. 42. Ivo p. 7. c. 32. causa 20. q. 4. ex dictis Basilii. Monacho.

f Theod. cap. 38. t. 9. Spicileg.

g Conc. Tolet. 17. c. 3. Conventus Aquisgranensis sub Ludovico IV. c. 23.

h V. Theod. cap. 43. t. 9. Spicileg.

CAPUT VII.

De Ritu mulierum in Ecclesia, vel monasterio.

a MUlieres non velent altare de corporali: Nec oblationes super altare, neque calicem ponant: neque stent inter ordinatos in Ecclesia: neque in convivio sedeant inter sacerdotes. Mulieri non est licitum alicui pœnitentiam dare, quia in canone nulli licitum est, nisi solis sacerdotibus. Mulieres possunt sub nigro velamine * sacrificium accipere.

* *Als. add.* ut Basilius judicavit.

a Burch. l. 8. c. 84. ex Conc. Remensi præsente Ludovico Imper. cap. 5.

b Mulier poteſt oblationes facere ſecundùm Græcos, non ſecundum Romanos.

b Theod. cap. 28. t. 9. Spicileg.

CAPUT VIII.

De Moribus Græcorum & Romanorum.

IN dominica Græci & Romani non navigant, nec equitant: non panem faciunt, neque in curru pergunt, niſi ad Eccleſiam tantùm: nec balneant ſe. Græci non ſcribunt publicè; tamen pro neceſſitate ſeorſum in domo ſcribunt. Græci & Romani dant ſervis ſuis veſtimenta, *a* & laborant ſive dominico die. Græcorum monachi ſervos non habent: Monachi Romanorum habent. In illa die ante natale Domini horâ nonâ expletâ miſſâ, ideſt vigiliâ Domini manducant Romani: Græci verò dicta veſpere miſſa * 1. cœnant. De peſte mortalitatis Græci & Romani dicunt, ipſos infirmos viſitari debere, * 2. ſicut Dominus præcipit. Græci carnes morticinorum non dant porcis; pelles tamen * 3. ad calceamenta, & lanam, & cornua accipere licet, non ad aliquod ſanctum. Lavacrum capitis * 4. in dominica, & in *b* lixivia pedes lavare licet: Sed conſuetudo Romanorum non eſt hæc lavatio pedum.

1. *Al.* cap. Theod. 29. 2. *Alt. add.* & cæteros infirmos. Mat. xx v. 43. 3. *Alt.* vel coria & calceaménta licent, & lana & cornua accipi, non in aliquo ſancto. 4. *Alt. add.* Poteſt eſſe.

a Cap. 8. t. 9. Spicileg. lib. 1. capitul. c. 81. Regin. l. 1. de Eccl. diſciplin. c. 372. ex capp. Caroli Magni. Burch. lib. 2. cap. 82.
b Theod. cap. 23. t. 9. Spicileg.

CAPUT IX.

*De Communicatione Scottorum & Brittonum, qui in Paſcha & tonſura * Catholicæ non ſunt adunati Eccleſiæ.*

Alt. Catholici non ſũt.

a QUi ordinati ſunt Scottorum vel Brittonum Epiſcopi qui in Paſchâ vel tonſurâ Catholicæ non ſunt aduna-

a V. Bed. in notis, & capitula ſelecta canonum Hibernenſium ex lib. 1. collect. cap. VI. à R. & cl. D. Luca Acherio edit. in Spicileg. tom. 9.

ti

ti Ecclesiæ, iterùm à Catholico Episcopo manus impositione confirmentur. * Licentiam quoque non habemus eis poscentibus chrisma vel eucharistiam dare, nisi antè confessi fuerint velle nobiscum esse in unitate Ecclesiæ. Et qui ex eorum similiter gente, vel quicumque de baptismo suo dubitaverit, baptizetur.

Alt. add. Similiter & Ecclesiæ quæ ab ipsis Episcopis ordinantur, aquâ exorcizatâ aspergantur, & ad qua collectione confirmentur.

CAPUT X.

De Vexatis à diabolo, & de iis qui se occidunt.

SI homo vexatus est à Diabolo, & nescit aliquid nisi ubique discurrere, & occidit semetipsum quacumque causa, *a* prodest ut oretur pro eo, si ante religiosus erat: si pro desperatione, aut pro timore aliquo, aut pro causis ignotis, Deo relinquamus hoc judicium, & non ausi sumus orare pro illo. Qui se occiderit propria voluntate, *b* missas pro eo facere non licet, sed tantum orare & eleemosynas largiri. *c* Si quis subitâ tentatione mente suâ exciderit, vel per insaniam seipsum occiderit, quidam pro eo missas faciunt.

a Halitgar. l. 4. c. 6. Raban. pœnitent. l. 3. cap. 6. Regino l. 2. de Eccl. discipl. c. 92. ex Conc. Brach. c. 15. v. c. Brach. 1. c. 16. Burch. lib. 19. c. 130. l. 7. c. 384.

b Rab. pœnit. l. 3. cap. 6.

c Theod. cap. 64. t. 9. Spicileg.

CAPUT XI.

De Quæstionibus Conjugiorum.

a QUi in matrimonio sunt, tres noctes abstineant se à communione, antequam communicent. Vir abstineat se ab uxore sua quadraginta dies ante pascha, & usque in octavas Paschæ: Inde ait Apostolus, *b ut vacetis orationi.*

a Beda de remediis peccatorum cap. 10. Regino l. 1. c. 328. 329. Burch. l. 5. c. 22. ex Conc. Eliber. c. 3.

b 1. Cor. VII. 5.

B

c Mulier tribus mensibus abstineat se à viro suo quæ concepit, ante partum & post tempus purgationis, hoc est quadraginta diebus & noctibus, *d* sive masculum & feminam genuerit. Mulieri quoque licet per omnia ante communicare, quando debet parere. *e* Si cujus uxor fornicata fuerit, licet dimittere eam & aliam accipere; hoc est, si vir dimiserit uxorem suam propter fornicationem, si prima fuerit uxor, licitum est ut aliam accipiat uxorem: illa vero si voluerit pœnitere sua peccata post duos annos, alium accipiat virum. *f* Mulieri non licet virum dimittere, licet sit fornicator *: Basilius hoc judicavit. Legitimum conjugium non licet separare sine consensu amborum, *g* potest tamen alter alteri licentiam dare accedere ad servitutem Dei in monasterio, *h* & sibi nubere, si in primo conjugio erat secundùm Græcos; & tamen non est canonicum: sin tamen in secundo erat, non licet tertio *i* vivente viro vel uxore. Maritus si ipse seipsum in furto aut fornicatione servum facit, vel quocumque peccato, mulier si prius non habuit conjugium, habet potestatem post annum alterum accipere virum *. Diaconi autem relictæ non licet. Muliere mortua, licet viro k post mensem alteram accipere: mortuo viro post annum licet mulieri alterum tollere virum. Mulier si adultera est, & vir ejus non vult habitare cum ea, si vult illa monasterium intrare, quartam partem suæ hæreditatis obtineat: si non vult, nihil habeat. Quæcumque mulier adulteriũ perpetraverit, in potestate viri est, si velit reconciliari mulieri adulteræ. Si reconciliata in clero, non proficit vindicta illius, ad proprium virum pertinet. Vir & mulier in matrimonio si ille voluerit & illa nolue-

Alt. add. nisi forte pro monasterio.

Al. Bigamo autem non licet.

c Pœnitent. Egberti Eborac. Arch.

d Burch. l. 19. c. 141. ex Theodoro. Ivo p. 15. c. 150. 151.

e Theod. cap. 116. t. 9. Spicileg. Concil. Compend. c. 8. C. M. capitul. l. 5. c. 19. Concil. Triburiense tempore Formosi Papæ c. 41.

f Basilius in epist. ad Amphilochium c. 9. Concil. Comp. c. 16.

g Capitul. l. 6. c. 206. C. M.

h Theod. cap. 13. t. 9. Spicil. excerp. Ergberti Eborac. c. 118. ex can. African. Conc. Comp. c. 13. Regino l. 2. de Eccl. discipl. c. 107. ex dictis Hieronymi.

i Capitul. l. 6. c. 316. C. M.

k Excerpt. Egb. Ebor. c. 116. Synodus dixit.

rit, vel ille infirmatus *l* seu illa infirmata; tamen omnino cum consensu amborum separentur. Mulier *m* quæ vovit post mortem viri ejus, non accipiat alterum: Et mortuo illo, prævaricatrix si accipiat alium, *n* iterumque nupta cum eo pœnitentia mota si implere vult vota sua, in potestate viri ejus utrum impleat, an non. Ergo unam licentiam dedit *o* Theodorus, quæ confessa est votum post undecim annos nubere cum illo viro. Et si quis in seculari habitu votum voverit sine consensu Episcopi, *p* ipse Episcopus habet potestatem mutare sententiam ejus si vult. Legitimum conjugium æqualiter licet in die & nocte, sicut scriptum est: *tuus est dies, & tua est nox.* *q* Si quis dimiserit gentilem uxorem post baptismum, in potestate ejus erit eam habere vel non habere: simili modo si quis eorum baptizatus erit, alter gentilis, sicut Apostolus dicit *r*: *Infidelis autem si discedit, discedat.* Ergo cujus uxor infidelis & gentilis, & non potest converti, * demutetur. Si mulier discesserit à viro suo despiciens eum, & nolens reverti, & reconciliari viro, post quinque annos *ſ* cum consensu Episcopi aliam accipere liceat uxorem: Si in captivitate per vim ducta redimi non potest, post annum alteram accipere. Item si in captivitate ductus fuerit vir ejus, quinque annos expectet: similiter autem & mulier, si talia contigerint. Si igitur alteram duxerit uxorem, *t* priorem de captivitate reversam accipiat, posteriorem dimittat: similiter autem illa, sicut superius diximus, si talia contigerint, faciat. Si cujus uxorem hostis abstulerit, & ipse eam adipisci non potest, licet aliam tollere; melius est sic facere, quàm fornicari. Si iterum posthæc uxor illa venerit ad eum, non debet recipi, * si aliam habet: sed illa tollat alium virum, si unum ante ha-

Ps. LXXIII. 16.

Alr. Dimittatur.

Al. add. Abeo.

l Theod. cap. 76. t. 9. Spicileg. capitul. l. 6. c. 206.
m Pœnit. Rom. tit. 8.
n Distinct. 24. c. si vir.
o Theod. cap. 12. t. 9. Spicileg. *v. not.*
p C. M. Capitul. l. 5. c. 50.
q Theod. cap. 13. t. 9. Spicileg. Burch. l. 9. c. 59. ex decreto Eutych. pp.
r 1. Corinth. VII. 15. Theod. cap. 45. t. 9. Spicileg. Burchard. l. 9. c. 60.
ſ Excerpt. Egb. Ebor. c. 122. canon dicit. Regino l. 2. de Eccl. discipl. c. 124. Burch. l. 9. c. 54.
t Excerpt. Egb. Ebor. c. 125. canon dicit.

Al. add. Stat. buerit. Eadem sententia* de servis transmarinis. *u* In tertia propinquitate carnis licet nubere secundum Græcos, sicut in lege scriptum est: in quinta secundum Romanos, tamen in tertia non solvunt, * si post factum fuerit. Ergo in quinta generatione conjungantur. In quarta si inventi fuerint, non separantur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. *x* Æqualiter vir conjungitur in matrimonio his qui sibi consanguinei sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem uxoris. Duo quoque fratres duas sorores possint habere: *y* & pater filiusque, matrem & & filiam. Maritus qui cum uxore sua dormierit, lavet se antequam intret in Ecclesiam. *z* Maritus non debet uxorem suam nudam videre. Si quis nuptias habet vel matrimonia non licita, tamen licitum est escam, quam habent, manducare, quia propheta dixit: *Domini est terra & plenitudo ejus.* *aa* Si vir & mulier conjunxerint se in matrimonio, & postea dixerit mulier de viro suo non posse *; si quis poterit probare quòd verum sit, accipiat alium virum. *bb* Puellam desponsatam non licet parentibus dare alii viro, nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet ire, si voluerit. Illa autem desponsata si non vult habitare cum eo viro cui est desponsata, *cc* reddatur ei pecunia, quam dedit: & tertia pars addatur; sin autem illa noluerit, perdat pecuniam quam pro illa dedit. Puella autem tredecim annorum sui corporis potestatem habet. *dd* Puer usque ad quindecim annos sit in potestate patris sui. Tunc seipsum potest monachum

Al. Postquam.

Al. add. Nubere cum eo.

u Theod. cap. 84. t. 9. Spicileg. Rabanus in epist. ad Humbertum Episc. Regino l. 2. de Eccl. discipl. cap. cc. ex epistola Rabani.

x Rabanus in epist. ad Humbertum Episcopum. Regino l. 2. de Eccles. discipl. cap. cc. ex ep. Rabani Causa 35. q. 3. ex Fabiano.

y Theod. cap. 75. *V. pœnit. cum cap. & canon. collatum.*

z Theod. cap. t. 9. Spicileg.

aa Conc. Vermer. c. 17. Raban. ep. ad Heribald. c. 29. Regino l. 2. c. 32. 241. ex ep. Rabani lib. 6. cap. c. 55. Burch. l. 9. c. 40. 41. Ivo p. 8. c. 76.

bb Theod. cap. 102. l. 6. cap. 91. C. M. Burch. l. 9. c. 40. Ivo p. 7. c. 40.

cc Capitul. l. 6. c. xxv. C. M.

dd Theod. capit. 86. 116. 118. t. 9. Spicileg. Conc. Tolet. 10. c. 6. Excerpt. Egb. Eborac. c. 90. 91. l. 1. capit. c. 46. & c. 115. Regin. l. 2. c. 177. Burch. l. 8. c. 18.

facere. Puella verò sexdecim vel septemdecim annorum, in potestate parentum. Post autem hanc ætatem patri non licet filiam suam contra ejus voluntatem in matrimonium dare.

CAPUT XII.

De Servis, & Ancillis.

PAter filium necessitate coactus potestatem habet tradere in servitium septem annos: deinde sine voluntate filii licentiam tradendi non habet. Homo tredecim annorum seipsum potest facere servum. Non licet homini servo tollere pecuniam, quam ipse acquisivit. *a* Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxit, postea liberato servo vel ancillâ, si non potest redimi quæ in servitio est, libero licet ingenuam conjungere. *b* Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittere, si ante cum consensu amborum conjuncti sunt. Si prægnantem quis liberam comparat, * liber est ex ea generatus. Qui ancillam prægnantem mulierem liberat, quem generat est servus. *Al. Cap. Theod. 74. t. 9. Spicileg.*

a Theod. cap. 71. t. 9. Spicileg. Excerpt. Egb. Ebor. c. 124. canon dicit. Burch. l. 9. c. 19.
b Ex Conc. Matiscensi. capitul. l. 6. c. 94.

CAPUT XIII.

De Diversis Quæstionibus.

a JEjunia legitima tria sunt in anno *: præterea quadraginta ante natale Domini, & post Pentecosten quadraginta dies *. De promissione sua laici non debent facere moram, quia mors non tardat. *b* Servo Dei nullatenus licet pugnare, multorum licet sit consilio servorum Dei. *c* Infans pro *Al. Pro populo.* *add. noctes.*

a Theod. cap. 109. t. 9. Spicileg. l. 6. capitul. c. 184.
b Theod. cap. 39. t. 9. Spicileg.
c Cap. 42. *al. v. notas.*

infante potest dari ad monasterium Deo, quamvis alium vovisset: tamen melius est votum implere: similiter pecora *d* æquali pretio possunt mutari, si necesse sit. Rex si alterius regis terram habet, potest donare pro anima sua. Inventio in via tollenda est, *e* si inventus fuerit possessor, reddatur ei. Tributum Ecclesiæ sit sicut est consuetudo provinciæ, id est, ne tantum pauperes in decimis, aut in aliquibus rebus vim patiantur. Decimas non est legitimum dare nisi pauperibus & peregrinis. Pro reverentia regenerationis in albis Pentecostes orandum est, in quinquagesima oratur. Oratio potest sub velamine esse, cùm necessitas cogit. Qui pro homine mortuo jejunat, seipsum adjuvat. De mortuo autem Dei solius est notitia. *f* Infirmis licet omni hora cibum & potum sumere, quando desiderant vel possunt, si opportune possunt.


d Theod. cap. 22. t. 9. Spicileg. Burch. l. 8. c. 6.
e V. Aug. serm. de verbis Apost. c. 6.
f Burch. l. 18. c. 20. Ivo p. 15. c. 42. ex Cong. Mog. c. 20.

CAPUT XIV.

De Reconciliatione.

ROmani reconciliant hominem intra absidem: Græci nolunt. Reconciliatio pœnitentium in cœna Domini tantum est ab Episcopo, & consummata pœnitentia. *a* Si verò Episcopo difficile sit, Presbytero potest necessitatis causa præbere potestatem, ut impleat. Reconciliatio in hac provincia non est, quia & publica pœnitentia non est.

a Halitg. in præfat. pœnit. Rom. Regino l. 1. de Eccl. discipl. cap. 296. constitutiones Edmundi Arch. Cantuariensis c. 12.



CAPITULA THEODORI ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

CAPITULUM PRIMUM.

Pœnitentia illius anni unius, qui in pane & aqua jejunandus est, isto ordine observari debet.



Pœnitentia illius anni unius, qui in pane & aqua jejunandus est, talis esse debet in unaquaque hebdomada. Tres dies, id est, feriam quintam & sabbatum à vino, medone, mellita & cervisia, à carne & sagimine, à caseo & ovis, & ab omni pingui pisce se abstineat. Manducet autem minutos pisciculos, si habere potest. Si habere non potest, tantùm unius generis piscem, & legumina, & olera, & poma si vult comedat, & cervisiam bibat; Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illos quatuor dies: Et in Epiphania unum diem: Et in Pascha, usque ad octavum diem: Et in Ascensione Domini, & Pentecostes, quatuor dies: Et in festo sancti Joannis Bapti-

Antiquus liber pœnitent. Andegavensis. cap. de remedio pœnitentis.

Concilium Triburiense

sub Formoso Papa c. 56. 57. 58. stæ, & sanctæ Mariæ, & sanctorum duodecim Apostolorum, & sancti Michaëlis, & sancti Remigii, & omnium sanctorum, & sancti Martini, & in illius sancti festivitate, qui in illo Episcopatu celebris habetur.

In his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris Christianis, id est, utatur eodem cibo & potu quo illi, sed tamen ebrietatem, & ventris ingluviem semper in omnibus caveat.

Iste annus secundus est ab illo anno, qui pane & aqua jejunandus est: Et post illum jejunandus est, qui etiam dandus est illis, qui viros Ecclesiasticos occidunt, & in consuetudine habent sodomiticum scelus, & qui in consuetudine habent contra naturam peccare, & in Ecclesiis homicidia sponte committunt, & Ecclesias incendunt, & in Ecclesiis adulteria committunt, & qui alia hujusmodi perpetrarunt.

Pœnitentia istius anni talis esse debet: ut duos dies, id est, secundam feriam, & quartam in unaquaque hebdomada jejunet ad vesperam; Et tunc reficiatur sicco cibo, id est, de pane & leguminibus siccis sed coctis, aut pomis, aut oleribus crudis unũ eligat ex his tribus, & utatur, & cervisiam bibat sed sobriè; Et tertium diem, id est, sextam feriam in pane & aqua observet, & tres quadragesimas jejunet ante natale domini unam, secundam ante Pascha, tertiam ante missam sancti Joannis. Et in his tribus quadragesimis jejunet duos dies ad nonam in hebdomada, & de sicco cibo comedat, ut supra notatum est: Et sextam feriam jejunet & in pane & aqua, & in Dominicis diebus, & in natali Domini, & in Pentecoste quatuor illos dies: Et in Epiphania unum diem, & in Pascha usque ad septimum diem, & in Ascensione Domini, & in missa sancti Joannis Baptistæ, & sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, & sancti Michaëlis, & sancti Remigii, & omnium sanctorum, & sancti Martini, & in illius sancti festivitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. Et in his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris christianis, sed tamen ebrietatem & ventris distentionem semper in omnibus caveat.

CAPITUL.

CAPITUL. II.

De illis qui jejunare non possunt, & adimplere quod in pœnitentiali scriptum est.

QUi jejunare potest, & implere quod in pœnitentiali scriptum est; bonum est, & Deo gratias referat. Qui autem non potest, ei per misericordiam Dei consilium damus tale, ut nec sibi, nec alicui necesse sit desperare vel perire.

Bedæ canones ad remedia peccatorum cap. 14. de diversis caussis. Regino l. 2. c. 444.

CAPITUL. III.

De Redemptione illius anni, quem in pane & aqua jejunare debet.

PRimo die quem in pane & aqua jejunare debet, quinquaginta psalmos in Ecclesia, si fieri potest, decantet flexis genibus; sin autem, in loco convenienti eadem faciat, & unum pauperem pascat, & eo die excepto vino, carne & sagimine, sumat quicquid velit. Si autem talis est, qui tamdiu in genibus jacere non possit, faciat autem sic in Ecclesia, si fieri possit. Sic autem in uno loco stando intente septuaginta psalmos per ordinem decantet, & pauperem pascat, & eo die excepto vino carne & sagimine, sumat quicquid velit. Qui in Ecclesia genua centies flexerit, id est, si centies veniam petierit, si fieri potest, in Ecclesia fiat: hoc justissimum est. Si autem fieri non potest, secretè in loco convenienti hoc faciat. Si sic fecerit, eo die excepto vino, & carne & sagimine, sumat quod placet. Qui psalmos non novit, unum diem, quem in pane & aqua pœnitere debet, dives denariis tribus, pauper uno denario redimat. Et eo die excepto vino, carne & sagimine sumat quod placeat. Alio modo, quidam dicunt viginti palmatas valere pro uno die.

CAPITUL. IV.

De Redemptione unius hebdomadæ, quam in pane & aqua jejunare debet.

Regino l. 2. c. 440. Burch. l. 19. c. 18.

PRo una hebdomada, quam in pane & aqua jejunare debet, trecentos psalmos genibus flexis in Ecclesia decantet. Si autem hoc facere non potest, tria psalteria in Ecclesia vel in loco convenienti intente decantet; & postquam psallerit excepto vino, carne & sagimine, sumat quidquid velit.

Regino l. 2. c. 419. Burch. l. 19. c. 19. Feria.

Pro uno mense, quem in pane & aqua pœnitere debet, psalmos mille ducentos flexis genibus decantet: Et omni die si velit, & si abstinere non vult, reficiat se ad sextam horam, nisi * quarta, sexta jejunet ad nonam: Et à carne, & sagimine, & vino totum mensem se abstineat. Alium autem cibum, postquam psalmos supradictos decantaverit, sumat. Isto ordine totus ille annus redimendus est.

CAPITUL. V.

De illis qui jejunare non possunt, & nesciunt, quomodo pœnitentiam unius anni, quem jejunare debent, in pane & aqua redimere possint.

Regino l. 2. c. 441. Burch. l. 19. c. 20. Viginti &c.

QUi verò psalmos non novit, & jejunare non potest, pro uno anno quem in pane & aqua jejunare debet, det pauperibus in eleemosynam viginti * duos solidos, & omnes sextas ferias jejunet in pane & aqua, & tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pascha, quadraginta dies ante festivitatem sancti Joannis Baptistæ: & si ante festivitatem aliquid remanserit, postea adimpleat. Et quadraginta dies ante natale Domini. In istis tribus quadragesimis quidquid ori suo præparatur in cibo, vel in potu, vel cujuscumque generis sit, illud æstimet quanti pretii sit, vel esse possit; Et medietatem illius pretii distribuat in eleemosynam pauperibus, & assiduè oret,

& roget Dominum, ut oratio ejus & eleemosynæ ejus apud Deum acceptabiles sint.

CAPITUL. VI.

De Redemptione unius anni, quem pœnitere debet in pane & aqua.

ITem qui jejunare non potest, & observare quod in pœnitentiali scriptum est, faciat hoc quod sanctus Bonifacius Papa constituit pro uno die, quem in pane & aqua pœnitere debet. Roget presbyterum, ut missam cantet pro eo, nisi sint crimina capitalia, quæ confessa prius lavari cum lacrymis debent. Et tunc ipse adsit, & audiat: Et devote ipse offerat propriis manibus panem & vinum manibus sacerdotis: & intente respondeat quantum sapit, ad salutationes & exhortationes sacerdotis: Et humiliter Dominum deprecetur, ut oblatio quam ipse & Presbyter pro se & pro peccatis suis Deo obtulerat, Deus omnipotens misericorditer per Angelum suum suscipere dignetur: & eo die excepto vino, carne & sagimine, comedat quicquid vult; & sic redimat reliquos dies anni.

Pœnitent. Rom. tit. 9. c. 18. Buchard. lib 19. c. 21. Ivo p. 15. c. 201 ex Theodoro.

CAPITUL. VII.

De iis qui jejunare non possunt, & habent unde redimere possint.

SI quis forte non potest jejunare, & habuerit unde redimere possit, si dives fuerit, pro septem hebdomadibus det solidos viginti. Si non habuerit unde tantum dare possit, det decem solidos. Si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem conturbet, quod jussimus dare solidos viginti, aut minus, quia facilius est illi, si dives fuerit, dare solidos viginti, quàm pauperi tres. Sed attendat unusquisque cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum, sive super sanctum altare, seu Dei servis, aut pauperibus in eleemosynam.

Pœnit. Rom. tit. 9. c. 19. Halitgar. Regino. l. 2. c. 438. Burch. l. 19. c. 22. Ivo p. 15. c. 202.

CAPITUL. VIII.

De iis qui non possunt adimplere, quod in pœnitentiali scriptum est.

Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 30. Regino l. 2. cap. 445. Burch. l. 19. c. 23. Ivo p. 15. c. 203.

QUi non possunt sic agere pœnitentiam, ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos jejunare debet, & jejunare non potest, sic redimere potest. Primo anno eroget solidos viginti in eleemosynam. Secundo anno eroget solidos viginti, & tertio anno octodecim solidos, hoc est, solidos sexaginta quatuor. Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigetur; qui illicita committunt, etiam à licitis abstinere debent, & corpus debent affligere jejuniis, vigiliis, & crebris orationibus. Caro enim læta trahit ad culpam, afflicta autem reducit ad veniam.

CAPITUL. IX.

De iis qui jejunare non possunt, nec habent unde redimere possint.

QUi jejunare non potest, & non habet unde redimat, & psalmos novit, pro uno die, quem in pane & aqua jejunare debet, tribus vicibus *Beati immaculati* usque ad *Dominum contribularer* decantet: Et sexties *Miserere mei Deus*, & septuagies prosternat se in terram, & per singulas genuflexiones *Pater noster* decantet. Qui autem psalmos nescit, pro uno die quem in pane & aqua jejunare debet, centies prosternat se in terram, & per singulas genuflexiones *Pater noster* decantet.

CAPITUL. X.

De Redemptione septem annorum.

ITem alio modo duodecim triduanæ singulæ cum psalteriis tribus impletis, & cum palmatis trecentis per singula

psalteria excusant unius anni pœnitentiam. Et viginti quatuor biduanæ similiter cum psalteriis impletis, & cum palmatis trecentis per singula psalteria excusant duos annos. Septuaginta quinque psalmi cum palmatis trecentis excusant biduanam. Centum psalmi cum palmatis trecentis excusant triduanam. Centum viginti missæ speciales singulæ cum tribus psalteriis, & cum trecentis palmatis excusant annum. Centum solidi dati in eleemosynam annum excusant.

Ista à nullo antiquo auctore Ecclesiastico citantur ex di...ro.

CAPITUL. XI.

De Pœnitentibus.

UT in capite jejunii omnes publicè pœnitentes in civitate veniant ante fores Ecclesiæ nudis pedibus, & cilicio induti Episcopo suo se repræsentent. In capite quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo sacco induti, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent Archipresbyteri parochiarum, id est, Presbyteri pœnitentium qui eorum conversationem diligenter inspicere debent: & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus injungant. Post hæc in Ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentiales psalmos in terram prostratus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, juxta quòd canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat. Deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eis denuntiet: quòd sicut Adam projectus est de paradiso, ita & ipsi pro peccatis ab Ecclesia abjiciuntur. Post hæc jubeat ministris, ut eos extra januam Ecclesiæ expellant. Clerus vero prosequitur eos cum responsorio, *In sudore vultus tui &c.* Ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ab eorum Presbyteris Ecclesiæ luminibus repræsententur.

Regino l. 1. c. 291. ex Conc. Agathensi. Burch lib. 19. c. 36.



CAPITUL. XII.

De admonitione principalium vitiorum, & eorum speciebus.

Regino lib. 1. de Eccles. discip. cap. ccc. capitulare Theodulfi c. 31. Burchar. lib. 19. c. 6.

v. S. Greg. l. 31. Moral. cap. 17.

NUnc tibi octo principalia peccata explicabo. Si in illis te percussum, tactum, vulneratum sentis: Vide ne mihi celes, id est, superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam suscipe. Nam ex his omnia vitia oriuntur. * De superbia, quæ initium omnis peccati est & regina omnium malorum, nascitur inobedientia, præsumptio, & pertinacia; contentiones, hæreses, arrogantia. De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. De vana gloria, jactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupido & hypocrisis. De ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemiæ, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria. De tristitia nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis, sæpe etiam & præsentis vitæ maxima delectatio. De avaritia oriuntur invidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapinæ, inquietudo, violentiæ, injusta judicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis oblivio, obduratio cordis. De ventris ingluvie propagatur inepta lætitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus. De luxuria generatur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, oculorum vel totius corporis præcipitatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus præsentis seculi, horror & desperatio futuri.

CAPITUL. XIII.

De virtutibus, quibus eadem vitia superari possunt : & de conclusione pœnitentiæ.

ERgo si superbus fuisti usque modo, humilia teipsum in conspectu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita ne propter transitoriam laudem, æternam perdas mercedem. Si invidiæ rubigo te huc usque consumpsit, quod est peccatum maximum & super omnia detestabile, quia diabolo comparatur invidus, qui primo homini invidit datum, quod ipse per suam culpam perdiderat, age pœnitentiam ; & profectum aliorum, tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam & longanimitatem meditare. Si avaritię morbus te gravat, cogita quòd radix est omnium malorum, & idololatriæ comparatur : & ideo largum te esse oportet. Si ira te vexat, quæ in stultorum sinu requiescit dominari debes animo tuo, & hanc à te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluvies te ad devorandum protrahit, sobrietatem sectare. Si luxuria, castitatem vove.

Postquam de his factis confessus fuit, tunc dicat sacerdos : Recognoscis te esse culpabilem de omnibus peccatis tuis, quæ post baptismum sciendo vel nesciendo recordaris, in verbo aut in opere, aut cogitatione contra mandatum Dei egisse ? *Resp.* facio.

Interr. Promittis te de præteritis culpis emendare, & omnes adinventiones diaboli abrenuntiare. *Resp.* Promitto.

Interr. Habes fidem confessam & peccata confessa Deo & sacerdoti suo, ut remittantur tibi peccata tua ? credis hoc. *Resp.* Credo.

Interr. Habes in voluntate tua, quod egisti contra mandata Dei hoc emendare. *Resp.* Habeo.

Interr. Unde confessus fuisti, vis pœnitentiam suscipere, & illam bene custodire, & omnes adinventiones diaboli abrenuntiare, & sanctam trinitatem credere. *Resp.* Volo.

Tunc prosternat se pœnitens in terram, & cum lacrymis dicat : Et in his & in aliis vitiis quibuscumque humana fragi-

litas contra Dominum & Creatorem suum aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse & reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognosco & confiteor. Humiliter etiam te, sacerdos Dei, exposco ut intercedas pro me & peccatis meis ad Dominum & Creatorem nostrum, quatenus de his & de omnibus sceleribus meis veniam & indulgentiam consequi merear.

ORATIO.

Tunc sacerdos dicat: Misereatur tibi Christus filius Dei: donet tibi Deus veram pœnitentiam facere, fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, veram humilitatem & sapientiam, sobrietatem & tolerantiam, bonum finem & perseverantiam bonam. Indulgeat tibi Deus omnia peccata tua preterita, præsentia, & futura *. Illuminet te spiritus sanctus, sensum tuum dirigat, animam tuam salvet, cogitationes sanctas tibi inspiret, ad vitam æternam te perducat.

V. Regin. ibidem Burch. l. 19. c. 7.

Deinde sacerdos cum pœnitente se prosternat in terra, & decantet hos Psalmos: *Miserere mei Deus* usque ad *omnes iniquitates meas dele. Benedic anima mea Dominum* usque ad *renovabitur. Salvum fac servum tuum Domine. Mittat auxilium tibi de sancto. Custodiat Dominus te ab omni malo &c.*

ORATIO.

Christus filius Dei vivi perseverare te in bonis operibus faciat cunctis diebus vitæ tuæ, & perducat in vitam æternam. Amen.

ORATIO.

Deus cujus indulgentiâ nemo non indiget, memento famuli tui, qui lubricâ terreni corporis fragilitate nudatus est, quæsumus, da veniam confitenti, parce supplici, ut qui suis peccatis accusatur, tuâ miseratione salvetur.

ORATIO.

ORATIO.

Domine ſanctè Pater Omnipotens, æterne Deus, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum vulnera noſtra curare dignatus es, te ſupplices rogamus & petimus, ut precibus noſtris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, qui etiam remittis omnia crimina, & peccata univerſa condonas, deſque huic famulo tuo, Domine, pro peccatis veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam, & de tua miſericordia confidens pervenire mereatur ad vitam æternam.

ORATIO.

Omnipotens & miſericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confeſſione ſceleris poſuiſti, ſuccurre lapſo, miſerere confeſſi, ut quem delictorum catena conſtringit, magnitudo tuæ pietatis abſolvat.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus confitenti huic famulo tuo N. pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conſcientiæ reatus ad pœnam, quàm indulgentia tuæ pietatis ad veniam.

ORATIO.

Precor, Domine, clementiæ & miſericordiæ tuæ majeſtatem, ut famulo tuo N. peccata & facinora ſua confitenti debitam relaxationem & veniam præſtare digneris, & præteritorum criminum culpas indulgeas. Qui humeris tuis ovem perditam reduxiſti, qui publicani precibus & confeſſione placatus es, tu etiam, Domine, huic famulo tuo placatus eſſe digneris. Tu hujus precibus benignus aſpira, ut in confeſſione placabilis permaneat. Fletus ejus & petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exorent, ſanctiſque altaribus reſtitutus ſpei rurſus æternæ ac cœleſti gloriæ mancipetur. Qui vivis & regnas &c.

D

ORATIO.

Deus ompotens sit adjutor & protector tuus, & præstet indulgentiam de peccatis tuis præteritis, præsentibus, & *a* futuris.

a Regino l. 1. de Eccl. disc. cap. ccc. Burch. l. 19. c. 17.

CAPITUL. XIV.

Vt nullus Episcopus, vel Presbyter alterius pœnitentem sine literis sui Episcopi suscipiat.

CUrandum est verò maximè, & omni cautelâ providendum, ne quis fratrum, coepiscoporumque nostrorum, aut etiam Presbyterorum in alterius civitate vel diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se dixerit esse, sine Episcopi vel Presbyteri testimonio & literis, ad cujus pertinet parœchia, suscipiat.

CAPITUL. XV.

De illis qui animalia à bestiis dilacerata, & laqueis strangulata comedunt.

Greg. III judicia c. 29 Bedæ can. de diversis causis cap. 14. Antiquum pœnitent. Rom. ab Halitgario exscriptum c. 10. Burch. l. 19. c. 85. Ivo p. 15. c. 97. ex pœnitent. Theod.

ANimalia, quæ à lupis seu à canibus lacerantur, non sunt comedenda: nec corvus, nec capreus, si mortui inventi fuerint; nisi fortè ab homine adhuc viva occidantur prius, sed porcis & canibus dentur. Aves verò & animalia cetera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda; nec si oppresserit accipiter, & si sic mortua inveniuntur: quia in actibus Apostolorum præcipitur abstinere à fornicatione, à sanguine, & suffocato, & idololatria.

CAPITUL. XVI.

De apibus, si homines occiderint.

APes, si hominem occidunt, ipsæ quoque festinentur occidi, mel tamen manducetur.

Burch. l. 19. c. 86. Ivo p. 14. c. 98. ex pœnitent. Theod.

CAPITUL. XVII.

De porcis & gallinis, si sanguinem hominum comedunt.

SI porci vel gallinæ sanguinem hominis comedunt, mox occidantur & projiciantur, & cetera caro manducetur. Si autem tardatur occisio, non comedantur. Si autem cadavera laceraverint mortuorum, macerentur, & post anni circulum comedantur. Si autem porci occiderint hominem, statim interficiantur & sepeliantur.

Burch. l. 19. c. 88. Ivo p. 15. c. 99. ex pœnitent. Theod.

CAPITUL. XVIII.

De illis qui carnem morticinam, vel immundam comederint.

QVi manducat carnem immundam, aut morticinam, aut dilaceratam à bestiis, quadraginta dies pœniteat. Si autem necessitate famis contingat, multo levius est.

Theod. cap. 8. Bedæ can. de diversis causis cap. 14. Reg. l. 2. c. 399. Burch. l. 19. c. 88. Ivo p. 15. c. 100. ex penitent. Theod.

CAPITUL. XIX.

De illis, qui sanguine, vel alio immundo polluuntur.

QVi sanguine, vel quocumque immundo polluitur, si nescit qui manducat, leve est. Si autem scit, pœniteat juxta modum pollutionis.

Burch. l. 19. c. 90. Ivo p. 15. c. 102.

CAPITUL. XX.

De illis, qui comedunt, aut bibunt immundis animalibus tactum vel intinctum.

Bedæ canones ad remedia peccat. c. 14. de diversis causis.

QUi comedit, vel bibit intinctum à familiari bestiâ, id est, cane &c. & scit, centum psalmos cantet. Si nescit, duos dies jejunet, vel si redimere voluerit, quinquaginta psalmos cantet. Qui dederit liquorem, in quo mus vel mustella mortui inventi sunt, si laicus est, septem dies pœniteat. Si in cœnobiis contigit, trecentos psalmos cantet. Qui postea noverit, quòd talem potum biberit, centum quinquaginta cantet. Si quis comederit semicoctum inscius, tres dies pœniteat, vel psalterium cantet: Sciens autem septẽ dies pœniteat. Pro furto modico viginti dies pœniteat. Puer qui est annorum decem aliquod furtum faciens, septem dies pœniteat. Si quis tinxerit manum in aliquo cibo liquido & non idonea manu, centum palmatis emundetur. Si in farina, aut in aliquo sicco cibo, aut in pulte, aut in lacte coagulato mus vel mustela inveniuntur mortui, quod in circuitu ejus est, totum projicietur foras; quod relictum est, manducetur.

CAPITUL. XXI.

De illis, qui diu reticent peccata sua.

Regino l. 1. c. 156. Burch. l. 9. c. 68.

SCiendum verò est, quantùm quis opere moratur in peccatis, tanto magis agenda est pœnitentia.

CAPITUL. XXII.

De illis, qui aliquem in ira percusserunt.

Regino l. 2. c. 435.

SI quis aliquem per iram percusserit, & sanguinem effuderit, si laïcus est, viginti dies pœniteat: Clericus, triginta. Illi autem, qui gradum habent, amplius pati debent, Diaconus sex menses: Presbyter unum annum: Episcopus duos annos, & sex menses.

CAPITUL. XXIII.

De illis, qui truncationes membrorum fecerunt.

QUi per rixam ictu debilem, vel deformem hominem fecerit, reddat impensas medico, *a* & medium annum pœniteat. Si non habuerit unde reddat, annum unum pœniteat. Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantùm quantum nocuit. Et si non habet unde reddat, solvat in opere proximi sui, quamdiu ille infirmus. Et postea quadraginta dies in pane & aquâ pœniteat. Reginol. 1. c. 14. ex pœnitentiali.

a Impensas in medicos tribuat, & maculæ pretium & opus ejus, donec sanetur, restituat, & dimidium annum &c.

CAPITUL. XXIV.

De eodem.

QUi ictum proximo dederit, & non nocuerit, tres dies in pane & aquâ pœniteat. Si Clericus annum, vel dimidum. Si quis alicui quodlibet membrum voluntate suâ truncaverit, tres annos pœniteat in pane & aquâ. Parvuli se invicem percutientes, tres dies. Si verò adolescentes, viginti dies pœniteant.

CAPITUL. XXV.

De illis, qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, & non potuerunt.

QUi ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere, tres septimanas pœniteat. Si Clericus fuerit, sex menses. Quod si vulneraverit, quadraginta dies. Si Clericus Clericum, annum totum: sed & pecuniam pro modo vulneris, cui inflixit, tribuat.

CAPITUL. XXVI.

De illis qui sibiipsis mortem inferunt.

Conc. Bracharense II. c. 16. Halitgarius l. 4. c. 6. Regino ex Concilio Brachar. cap. 15. Burch. l. 19. c. 130.

PLacuit, ut qui sibi ipsis voluntariam per ferrum, aut venenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo inferunt mortem; nulla in oblatione pro illis commemoratio fiat: neque cum psalmis ad sepulturam deducantur eorum cadavera. Multi enim hoc sibi jus usurpant per ignorantiam; similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur. Quicumque se propriâ voluntate, aut in aqua jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariæ se morti tradiderit, istius oblatio non recipiatur.

CAPITUL. XXVII.

Ut feminæ menstruatæ non offerant.

Vide pœnit. cent Th. cap. de quæst. conjugiorum.

MUlieres menstruo tempore non offerant, nec sanctæ moniales, nec laicæ; si præsumpserint, tres hebdomadas pœniteant.

CAPITUL. XXVIII.

De illis feminis, quæ ante mundum sanguinem Ecclesiam intrant, & quæ nupserint his diebus.

Vide ad hoc caput notas.

MUlier, quæ intrat Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum: Si masculum genuerit, triginta tres dies: si feminam, quinquaginta sex. Si quæ autem præsumpserit ante tempus præfinitum Ecclesiam intrare, tot dies in pane & aquâ pœniteat, quot Ecclesia carere debuerat. Qui autem concubuerit cum ea ex his diebus, decem dies in pane & aquâ pœniteat.

CAPITUL. XXIX.

De illis, qui libidinose obtrectaverint puellam, aut mulierem.

SI quis obtrectaverit puellæ, aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum; si Clericus est, quinque dies: si Laicus, tres dies pœniteat. Monachus, vel Sacerdos à ministerio divino suspensi, si quid tale fecerint, viginti dies pœniteant. Scriptum est enim, *neque tetigeris, neque obtrectaveris turpitudinem feminarum.*

Regino l. 2. c. 251 Burch. l. 17. c. 42.

CAPITUL. XXX.

De illis, qui cum mulieribus in balneo se laverint.

SI quis in balneo se lavare præsumpserit cum mulieribus, tres dies pœniteat, & ulterius non præsumat.

Pœnit. Rom. tit. 3. c. 28. Burch. lib. 16. c. 138. Ivo p. 15. c. 148.

CAPITUL. XXXI.

Ut nullus alius præsumat pœnitentiam dare, vel confessionem audire, quàm Episcopus vel Presbyter.

SIcut enim sacrificium offerre non debent, nisi Episcopi, vel presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt: sic nec pœnitentium judicia alii usurpare debent. Si autem necessitas evenerit, ut Presbyter non fuerit præsens, Diaconus suscipiat pœnitentem ad communionem sanctam.

Halitgarius in præfat. pœnit. Regino l. 1. c. 296. Burch. l. 19. c. 153. 154.

CAPITUL. XXXII.

De temporibus, quibus se continere debent conjugati.

IN tribus quadragesimis anni, & in die Dominico, & quartâ feriâ & sextâ conjugati se continere debent: nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id est, à quo die filius in utero motum fecerit usque ad par-

Regino l. 2. c. 318. ex Concilio Hibernensi Burch. c. 19. c. 155. Vide cap.

Pœnit. Theo. de quæstionibus conjugiorum & notas.

tum, à partu post triginta tres dies, si filius; si autem filia, post quinquaginta sex.

CAPITUL. XXXIII.

De feminà, quæ sponte filium suum occiderit.

Regino l. 1. c. 300. l. 2. c. 66. 67. * Decem annos.

SI mater filium sponte occiderit, * quindecim annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi Dominica die. Mulier autem paupercula, si fecerit, pro difficultate nutriendi sex annos pœniteat.

CAPITUL. XXXIV.

De illis, qui parentum honorem non servant.

Pœnit. Rom. tit. 4. c. 11. 12.

SI quis inhonoraverit patrem, aut matrem, tres annos pœniteat. Quod si manum levaverit, aut ei percussionem intulerit, septem annos pœniteat.

CAPITUL. XXXV.

De illis, qui die dominico nupserint.

Concilium apud Theodonis villam can. 4.

SI quis die dominico nupserit, petat à Domino indulgentiam, & quatuor dies pœniteat. Si principibus * placuerit, aliisque suis fidelibus, rogemus ut collaudetur & subscribatur. Et collaudatum est, & subscriptum est tàm à principe, quàm à ceteris omnibus.

CAPITUL. XXXVI.

De illo, qui Presbyterum occiderit.

Conc. Mogunt. sub Rab. c. 24. Regino lib. 20. c. 41. Burch. l. 6. c. 7.

QUi Presbyterum occiderit, duodecim annorum ei pœnitentia secundùm canones imponatur, etiamsi negaverit. Si liber est, septuaginta dies jejunet. Si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se expurget. Convictus noxâ

noxâ ad ultimum vitæ tempus careat cingulo militiæ, & absque spe conjugii.

CAPITUL. XXXVII.

De eodem.

QUi sacerdotem voluntariè occiderit, carnem non comedat, & vinum non bibat, cunctis diebus vitæ suæ jejunet usque ad Vesperam exceptis diebus festis: atque arma non sumat, equum non ascendat: Ecclesiam per quinque annos ingrediatur, nondum verò communicet, sed inter audientes. Cum autem duodecimi anni cursus finitus erit, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purgari mereatur.

Conc. Vvormac. c. 26. Concil. Tributiense c. 5. Regino l. 2. c. 42. Burch. l. 6. c. 8.

CAPITUL. XXXVIII.

Ne Presbyteri sine consensu Episcoporum, per Ecclesias constituantur, vel ab eis recipiantur.

QUicumque Presbyter Ecclesiam per pretium adeptus fuerit, omnino deponatur: quum eam contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam habere dignoscitur. Qui alium Presbyterum legitimè ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi totaliter vendicaverit; quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicendum est Clericis sive Laicis, ne quis quamlibet Ecclesiam Prebytero dare præsumat sine licentia & consensu sui Episcopi.

Conc. Turon. 3. c. 15. Conc. Mogunt. sub Rhab. c. 12. Rhab. ep. ad Herib. c. 19. Regino l. 1. c. 338.

CAPITUL. XXXIX.

Quot testibus Clerici devinci debeant.

PResbyter non adversus Episcopum; non Diaconus adversus Presbyterum, non Subdiaconus adversus Diaconum, non Acolytus adversus Subdiaconum, non Exorcista ad-

V. Concil. Rom. vulgò dictum II. sub Silvestro cap. III.

Supposita videntur Hincmaro &c. istius Concilii capita, quæ Isidorus suæ collectioni inseruit. Citant. Egb. Eb. cap. 142. l. V. capitul. c. 139. C.M.

versus Acolytum, non Lector adversus Exorcistam, non Ostiarius adversus Lectorem det accusationem aliquam. Et non condemnabitur Præsul, nisi in triginta duo: neque summus judicabitur à quoquam, quoniam scriptum est, *non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem in cardine constitutus, nisi in quadraginta & quatuor testibus damnabitur. Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius, nisi sicut scriptum est, in septem testibus non condemnabitur. Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes.

CAPITUL. XL.

De fugitivis Clericis.

Ex decreti Leonis l. c 39. Regino l. 1. c. 421.

UT unusquisque Episcopus in sua parœchia diligenter Presbyteros, vel Clericos inquirat quinam sint. Et si aliquem fugitivum invenerit, ad suum Episcopum redire faciat.

CAPITUL. XLI.

De his qui suspenduntur in patibulo.

Conc. Mogunt. sub Rab. c 27. Regino l. 2 c 93. Burch. l. 11. c. 76.

QUæsitum est ab aliquibus fratribus, de his qui in patibulo suspenduntur pro suis sceleribus, post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad Ecclesiam deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & missæ celebrandæ, annon? Quibus respondemus: si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine secundum canonicum jussum danda est; cur non eis, qui pro peccatis suis pœnam extremam persolvunt, & confitentur, vel confiteri desiderant? Scriptum est enim: *non judicabit Dominus bis in idipsum.* Nam ipse Dominus ait: *In quacumque die conversus fuerit peccator, peccata ejus non reputabuntur ei.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* *a* Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore ei pœnitentiam denegavit.

a Cœlestinus in epist. 2. ad Episcopos provinciæ Viennensis & Narbonensis cap. 2.

CAPITUL. XLII.

De furibus & raptoribus.

DE furibus & raptoribus placet ut, si in ipsa præda occiduntur, pro eis minimè orandum sit. Si vulnerati in desperationem prolapsi fuerint, & de pravitatibus suis se pœnituerint, & si supervixerint, Deo & sacerdoti se emendaturos repromiserint, communionem eis impendere non negamus.

Concil. Triburiens. c. 31. Regino l. 1. c. 94. Burch. lib. 11. c. 59.

CAPITUL. XLIII.

De homicidiis non sponte commissis.

DE homicidiis non spontè commissis, quali pœnitentiæ submittantur ii qui fecerunt, in Episcopi sententia maneat. Postquam viderit illorum dignam pœnitentiam, clementius erga illos agat. Si quis filium suum non sponte occidit, juxta homicidia non sponte commissa pœniteat.

Th. c. 113. pœnit. R. t. 1. c. 1. ex pœnit. Th. Conc. Triburiense cap. LIII.

CAPITUL. XLIV.

De continentia sacerdotis.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto lapsus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim scriptura: *a Non vindicabit Dominus bis in idipsum.*

a Can. sub nomine Apost. c. 34. Basil. c. 3. epist. canon. ad Amphilochium. Burch. l. 17. c. 39.

CAPITUL. XLV.

De Episcopis vel Clericis.

LEx *a* continentiæ eadem est altaris ministris, quæ Episcopis, aut Presbyteris, qui cùm essent Laici, sive Lectores, licite & uxores ducere, & filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenerint gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. Unde & de carnali fit spiritale connubium. Oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant, sic habere: quo salva sit charitas connubiorum, & cesset operatio nuptiarum.

a Ex decretis Leonis I. cap. 17. Rabanus in epist. ad Heribaldum cap. 11. Regino l. 1. c. 96.

CAPITUL. XLVI.

De Crimine perpetrato in atrio Ecclesiæ.

SI in atrio Ecclesiæ quislibet injuriaverit aliquem Presbyterum, vel ibidem aliquod sacrilegium perpetraverit, altari & Domino *b* componatur.

b Concil. Triburiense c. 4. & 6. Regino l. 2. c. 37. Burch. l. 3. c. 195.

CAPITUL. XLVII.

De Ingenuo fideli accusato.

SCelere si quis ingenuus fidelis notatur, liceat ei cum juramento se expurgare. Quod si quilibet ingenuus gravi infamia publicetur, ut eum populus superjuraverit criminosum haberi, si se excusare voluerit, *c* ferro se examinet.

c Rab. pœnit. l. 3. cap. 6 ex pœnit. Theod. de hac probatione vide egregium exemplum apud Aimoinum l. 5. de gestis Francorum cap. 34. Regino lib. 11. c. 43. ex Concilio Moguntiacensi cap. 24. Burch. lib. 6. c. 7.

CAPITUL. XLVIII.

De conjugatis, qui nubere non possunt. [a]

QUod autem interrogasti de his qui matrimonio juncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit, quibus scriptum est: *Vir & mulier si se conjunxerint, & posteà mulier de viro dixerit, a quòd non possit coire cum eo, si potest probare per justu judicium, quod verum est, accipiat alium.* Item: *Si quis acceperit uxorem, & habeat ipsam aliquo tempore, & ipsa femina dicit quod non coïsset cum eo: & ille vir dicit quòd fecit invita; de viro constat, quia vir est caput mulieris.*

vide epist. Rabani ad Herib. c. 29. Reg lib. 2. c. 242. citat ex ep. Rabani.

a V. supra cap. XI. veteris cod. pœnit. de quæstionibus conjugiorum. Conc. Compend. c. 17.

CAPITUL. XLIX.

De ordinatis, si ante, vel post ordinationem in criminalibus peccatis deprehensi fuerint.

DE his ergo visum est nobis conscribi qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem contaminatos capitalibus criminibus se profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet, ut si deprehensi vel capti fuerint publicè in perjurio, furto, aut fornicatione, & ceteris hujusmodi criminibus, secundùm Canonum sacrorum instituta à gradu proprio deponantur, quòd scandalum sit populo Dei personas tales super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constat esse. Nempe inde detrahuntur homines à sacrificio, sicut quondam filius Heli peccantibus rebelles hinc inde contrarii existentes exemplis pravis quotidie pejores facti sunt. Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem peccata à se absconsè commissa coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur & semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per jejunia & eleemosynas, vigiliasque, atque

Pœnit. Rabani c. 1. Burch. lib. 19. c. 150. ex Concilio Ilerdensi, in quo tamen non legitur hic canon. Ivo p. 6. c. 400.

ſacras orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam *a* gradu ſervato, ſpes veniæ de miſericordia Dei promittenda eſt, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.

a V. ep. Iſidori Hiſpalenſis ad Maſſonem Epiſcopum.

CAPITUL. L.

De illo, qui per ebrietatem vel voracitatem Euchariſtiam evomuerit.

Regino lib. 1. de Eccl diſc. cap. 149. Burch lib. 5. c. 46.

SI quis per ebrietatem vel voracitatem euchariſtiam evomuerit, quadraginta dies pœniteat; ſi ſit Clericus, vel Monachus ſeu Diaconns. Preſbyter, ſeptuaginta dies: Epiſcopus nonaginta. Si pro infirmitatis cauſa evomuerit, ſeptem dies pœniteat.

CAPITUL. LI.

Si aliquid de calice ſacri ſanguinis ſtillaverit.

SI verò per negligentiam de calice aliquid ſtillaverit in terram, tabula radetur. Si non fuerit tabula ut non conculcetur, locus conradetur, & in igne conſumetur, & cinis intra altare recondetur, & ſacerdos quadraginta dies pœniteat. Si ſuper altare *a* ſtillaverit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tres dies pœniteat: ſi uſque ad tertiam, novem dies; ſi uſque ad quartam, quindecim dies. Et linteamina quæ tetigerunt ſtillam, tribus miniſter abluat vicibus calice ſubtus poſito, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta altare recondatur.

a V. Judicia Gregorii III. c. 28.

CAPITUL. LII.

De illo qui evomit sacrificium, & à canibus consumitur.

QUi evomuerit sacrificium, & à canibus consumitur, annum unum pœniteat. Sin autem, quadraginta dies pœniteat. Si in die quando communicaverit, sacrificium evomuerit, si ante mediam noctem, tres superpositiones faciat: Si post mediam noctem, duas: si post matutinas, unam.

Ivo p. 2. c. 57.

CAPITUL. LIII.

De eodem.

SI verò sacrificium evomuerit, quadraginta dies pœniteat. Si infirmitatis causa, septem dies. Si in ignem projecit, centum psalmos cantet. Si verò canes lambuerint talem vomitum, centum dies qui evomit pœniteat.

Pœnit. Rom. tit. 5. c. 8. Burch. lib. 5. c. 49. Ivo p. 2. c. 58.

CAPITUL. LIV.

De Eucharistia inveterata per quinquaginta dies.

OMne sacrificium sordidâ vetustate perditum, igne comburendum est, & cinis juxta altare sepeliendus.

Ivo 2. p. c. 59. ex concilio Arelatensi III. c. 5.

CAPITUL. LV.

De illis qui non bene custodierint corpus & sanguinem Domini.

QUi non bene custodierit sacrificium, & mus vel aliquod animal aliud comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, viginti dies pœniteat. Profundens aliquid super altare de calice, quando offertur, sex dies pœniteat; aut si abundantius, septem dies pœni-

Ivo p. 2. c. 60. de consecrat. dist. 2. c. qui bene non

teat. Qui autem perfundit calicem, dum solemnitas missæ celebratur, quadraginta dies pœniteat. Et qui acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, septem pœniteat. Diaconus obliviscens oblationem offerre, donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina pausantium, similiter pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, ut vermibus consumptum ad nihilum devenerit, * tres quadragesimas in pane & aquâ pœniteat. Si integrum inventum fuerit, in eo vermis comburatur, & cinis sub altari condatur.

Gregorii III. Judicia c. 28.

CAPITUL. LVI.

De eadem re.

Ivo p. 2. c. 60.

SI ceciderit sacrificium de manibus offerentis terratenus, & non inveniatur, omne quodcumque inventum fuerit in loco in quo ceciderit, comburatur: & cinis, ut suprà, abscondatur: & cui acciderat, ille medium annum pœniteat. Si verò sacrificium inventum fuerit, locus scopis mundetur, ut suprà, comburatur: & cinis, ut suprà, recondatur, & sacerdos viginti dies pœniteat.

CAPITUL. LVII.

De eadem re.

SI quis Eucharistiam negligentiæ causâ perdiderit, unum annum pœniteat, vel tres quadragesimas, seu quadraginta dies. Si sacrificium in terra perdiderit, negligentiæ causâ, quadraginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, & *a* colorem non habeat saporemque, viginti vel triginta vel quadraginta dies pœniteat.

a Gregorii III. Judicia c. 28.

CAPITUL.

CAPITUL. LVIII.

Vt nullus injustas mensuras, & pondera injusta, lucri causâ dare præsumat.

UT mensuræ & pondera justa fiant, sicut in divinis legibus sancitum est; ergo statuimus ab omnibus hoc observandum. Et si quis justas mensuras & justa pondera lucri causâ mutare præsumpserit, in pane & aqua viginti dies pœniteat.

Capitulare Aquisgranense c. 74. conc. Arelat. VI. c. 14. conc. Turon. III. c. 45.

CAPITUL. LIX.

De matre, quæ infantem suum juxta ignem posuerit, & sua negligentia mortuus est.

MAter, si juxta focum infantem suum posuerit, & homo aquam in caldarium miserit, & ebullita aqua infans superfusus mortuus fuerit, pro negligentia mater pœniteat; & ille homo securus sit.

Conc Triburiense tempore Formosi Papæ c. 37.

CAPITUL. LX.

De viris ordinatis, quorum peccata occulta sunt.

DE viris * ordinatis, quorum peccata occulta nec manifestè ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis confessionem Episcopo sive Presbytero occultè faciunt, bonum mihi videtur ut secundùm id quod decretum fuerit ab Episcopo vel Presbytero, pœnitentiam agant non tepidè, nec tardè, sed ferventer & sollicitè; ac sic se veniam peccatorum à Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.

Pœnit Rab. c. 1. V. Isidor. Hispal. ep. ad Massonem Episc.

F



CAPITULA


PATRIBUS CONCILII HERUDFORDIÆ

OBLATA A

THEODORO

PRÆSIDENTE.

Collata cum tribus codicibus Mss. Historiæ Anglorum V. Bedæ.



UIBUS, *inquit Theodorus*, statim protuli eumdem librum Canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram: quia maximè nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi, & ut hęc diligentiùs ab omnibus susciperentur, rogavi.

I. *De Pascha.*

a Ut sanctum diem Paschæ in commune omnes servemus dominicâ post decimam quartam lunam primi mensis.

a Conc. Arel. 1. c. 1. decretum conc. Nicœni. Apud Euseb. lib. 3. de vita Constantini cap. 18. Athanas. de Synodis. Theodoret. l. 1. h. c. 8. V. can. sub [illegible] Apost. 7.

II. De Episcopis.

Ut nullus Episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis. Conc. Antiochenum c. 3.

III. De Monasteriis.

Ut quæque monasteria Deo consecrata nulli Episcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus violenter abstrahere. Conc. Herdanse c. 3.

IV. De Monachis.

a Ut monachi non migrent de loco ad locum, hoc est, de monasterio ad monasterium, nisi per dimissionem proprii Abbatis, sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

Nota.

Hic vulgò legitur in editis ut Episcopi Monachi. *Quod rectiùs abest à duobus codicibus optimis Bibliothecæ Thuanæ, & ab altero antiquissimo quem vir doctissimus Chiffletius S. I. mecum communicavit, atque etiam ab excerptis Egberti Ebor. Arch. cap. lxvi. ubi Sic :* Theodorus dicit. Monachi non migrent de loco &c. *Etenim alioquin, hoc capitulum cum nullo canone cujusquam synodi præcedentis consentiret.*

a Concil. Calched. c. 4. conc. Andegavense c. 8. conc. Veneticum c. 6. conc. Agathense c. 27. 38. conc. Aurel. I. c. 19. conc. Turon. II. c. 15.

V. De Clericis.

a Ut nullus Clericorum relinquens proprium Episcopum, passim quolibet discurrat : neque alicubi veniens absque commendatitiis literis sui præsulis suscipiatur. Quòd si semel susceptus est, & noluit invitatus redire, & susceptor, & is qui susceptus est excommunicationi subjacebit.

a Conc. Arelat. I. c. 21. conc. Nicœnum c. 15. 16. conc. Antiochenum c. 3. conc. Laodic. c. 41. 42. can. sub nomine Apost. 14. conc. Carth. 4. c. 5. cod. Eccles. Afric. c. 71. conc. Toletanum 1. c. 12. conc. Andegavense c. 1. conc. Epaonense c. 6. conc. Valent. c. 5. conc. Tolet. II. c. 2.

VI. De Episcopis & Clericis peregrinis.

Synodus S. Parisien. c. 30. citat. capitul. l. 6. c. 86.

Ut Episcopi atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale absque permissu Episcopi, in cujus parœchia esse cognoscitur, agere.

VII. De Synodis.

Conc. Nicenum c. 5. & plures alii canones ex conc. Niceno.

Ut bis in anno synodus congregetur: sed quia diversæ causæ impediunt, placuit omnibus in commune, ut Kalendis Augusti in loco qui appellatur Clofeshooth semel in anno congregetur.

VIII. De Episcoporum primatu.

a Ut nullus Episcoporum se præferat alteri per ambitionem: omnes agnoscant tempus & ordinem consecrationis suæ.

a Concil. Milevit. II. c. 13. 14. in integro codice Ecclesiæ Africanæ c. 86. ex Conc. Afric. c. 53. Conc. Carth. II. 19. sub Aurelio Episcopo. Conc. Agathense c. 23.

IX. De Episcoporum numero.

Conc. Carth. II. c. 5.

In commune tractatum est, ut plures Episcopi crescente numero fidelium augerentur; sed de hac re ad præsens silemus.

X. De Conjugio.

Conc Milevit. c. 17. Innocent. I. ep. ad Exuperium Episcopum c. 6. Citat. lib. 6. capitul. c. 87.

Pro conjugiis, ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium. Nullus incestum faciat. Nullus conjugem propriam, nisi, ut sanctum evangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quòd si quisquam propriam expulerit conjugem legitimo sibi matrimonio conjunctam, si Christianus esse rectè voluerit, nulli alteri copuletur; sed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur uxori.

His itaque capitulis, *ut persequitur Theodorus*, in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deinceps ab aliquo nostrum oriatur contentionis scandalum, aut alia præ aliis divulgaren-

rentur; placuit, ut quæque diffinita sunt, unusquisque nostrûm manus propriæ subscriptione confirmaret. Quam sententiam diffinitionis Titillo notario scribendam dictavi. Actum in mense & indictione suprascriptis. Quisquis igitur contra hanc sententiam juxta decreta Canonum, nostra etiam consensione ac subscriptione manus nostræ confirmatam quoquo modo venire eamque infringere tentaverit, noverit se ab omni officio sacerdotali, & nostra societate separandum. Divina vos gratia in unitate sanctæ Ecclesiæ suæ viventes custodiat incolumes.



ALIA CAPITULA
COLLECTA EX FRAGMENTIS.

FRAGMENTA EX CAPITULIS A R. D. Lucâ Acherio editis in Spicileg. tom. IX.

Hic prætermittuntur, quæ suprà notata sunt ad margine Pœnit. Theod.

CAPUT VI.

Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pœnitentia, nisi quòd secundum canones non possunt ordinari, nisi pro magna necessitate. Qui verò non ignorant, quasi iterum Christi crucifixerunt, pœniteant septem annis, quarta feria & sexta feria, & tribus quadragesimis.

Burch. l. 4. c. 51. Ivo p. 1. c. 145. Gr. de Conf. dist. 4. c. quibus.

EX CAP. VII.

Qui operantur* in die dominico, Græci prima vice arguunt, secunda tollunt aliquid, tertia vice tertiam partem de

V. Notas ad Pœnit. Th. de opere quod inter digitum.

rebus, & vapulant, vel ſeptem diebus pœniteant.

EX CAP. IX.

Eccleſiam licet ponere in alio loco ſi neceſſe ſit, & tunc debet iterum ſacrificari, nec tantum ſancta aqua aſpergi.

CAP. XII.

Græci omni Dominica die communicant ſive Clerici ſive Laici, & qui tribus dominicis non communicaverint, excommunicentur. Romani ſimiliter communicant qui volunt, qui autem noluerint, non excommunicentur. Pœnitentes* verò ſecundum canones non debent communicare ante conſummationem pœnitentiæ. THEODORUS dicit: nos verò per miſericordiam poſt annum vel ſex menſes licentiam damus. Una pœnitentia eſt viduæ & puellæ; majorem meruit, quæ virum habet, ſi fornicationis crimen commiſerit.

V. excerpt. Egberti Ebor. c. 19.

CAP. XIV.

Digamus pœniteat primo anno, * quarta feria & ſexta feria; & in quadrageſimis tribus abſtineat ſe à carnibus, & ſeparetur.

V. Conc. Neocaeſ. c. 7. Conc. Laod. c. 1. S. Baſil. ep. ad Amphib. c. 4.

CAP. XVI.

In primo conjugio debet Presbyter miſſam agere, & benedicere ambos: Et poſtea abſtineant ſe ab Eccleſia triginta diebus; quibus peractis pœniteant XV. diebus, & vacent orationi, & poſtea communicent cum oblatione.

CAP. XVII.

Ingenuus cum ingenua conjungi debet.

CAP. XVIII.

Si quis maritus votum Domino habet virginitatis adjungitur uxori, poſtea non dimittat uxorem, ſed pœniteat tribus annis. Vota ſtulta frangenda ſunt & importabilia. Mulier non debet vovere ſine licentia viri ſui; ſed ſi voverit, dimitti poteſt.

Pœnit. Rom. t. 8. cap. 11. Grat. diſt. 27. c. Si vir.

CAP. XXXI.

Animalia coitu hominibus commixta occidantur, & carnes

Capitul. lib. 6. c. 206.

canibus projiciantur : & ubi dubium eſt, non comedenda.

CAP. XXXII.

In uno altari * duas facere miſſas conceditur : Et ille qui prius manducare probatur, ad oſculum non permittitur. Prior pars ex pœnit. Theod. cod. S. Germ.

CAP. XXXIV.

Infantes monaſterii quatuordecim annis carnem manducant.

CAP. XXXV.

Confeſſio Deo ſoli, ſi neceſſe eſt, agi licet. Ivo p. 15. c. 155. Burch. l. 19. c. 146.

CAP. XL.

Qui cum ſorore fornicatur, quatuordecim annis pœniteat. Pœnit. Rom. tit. 3. c. 30.

CAP. XLI.

Sacerdos tangendo mulierem coinquinatus, XL. diebus pœniteat. c. 22. & 27.

EX CAP. XLIV.

Maritus non debet uxorem ſuam nudam videre.

CAP. L.

Qui acceperit ſacrificium poſt cibum, ſeptem diebus in judicio Epiſcoporum. Ivo p. 2. c. 45. ex Eutychiano.

CAP. LI.

Qui occiderit Monachum vel Clericum arma relinquat, & Domino ſerviat, vel ſeptem annis pœniteat. Beda de remed. peccat. c. 15. C. M. capitul. lib. 6. c. 9. Grat. 17. q. 4. c. qui.

CAP. LII.

Qui Epiſcopum * vel Preſbyterum occiderit, Regi dimittendus eſt ad judicium. V. Gre. III. judicia c. 24.

CAP. LIII.

Si laïcus alterum odii meditatione occiderit, ſi non vult arma relinquere, pœniteat ſeptem annis ſine carne : ſi per iram Bed. de remed. peccat. c. 15.

subitam, tribus annis: si autem casu vel eventu, uno anno.

CAP. LIV.

Beda de rem. pecc. c. 4.

Pecuniâ Ecclesiæ furatâ sive raptâ, reddatur quadruplum; populari, dupliciter.

CAP. LV.

Si quis fornicaverit cum virgine, uno anno pœniteat: Si cum maritatâ, tribus annis; unum integrum, duos alios 40. dies pœniteat.

CAP. LVII.

a Mulier quæ se fornicationis amore ad alteram conjunxerit, septem annis pœniteat. Sic & alia quæ *b* semen viri sui miscens cibo, ut inde plus ejus amorem suscipiat.

a Pœnit. Rom. t. 3. c. 15. Bed. de remed. pecc. Burch. lib. 17. c. 27. Ivo p. 9. c. 85.
b Burch. lib. 19. c. 91.

CAP. LVIII.

Sacrata virgo fornicans, septem annis pœniteat.

CAP. LIX.

C. M. Capitul. lib. 5. c. 20.

Qui homicidium vel furtum commiserit, & non composuit illis quibus nocuit, quando confessus fuerit Episcopis vel Presbytero peccata sua, debet illis aut propria reddere, vel componere; si verò non habuerit substantiam unde componere potest, vel nescierit quibus nocuit, pœnitentia plus augetur.

CAP. LX.

Capitul. 68. lib. 5.

Qui cibum immolatum comederit, deinde confessus fuerit, sacerdos consideret personam, in qua ætate contigit; & ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur.

CAP. LXI.

Pœnit. Rom. tit. 1. c. 16.

Mulier quæ sobolem necaverit, septem annis pœniteat.

CAP.

CAP. LXII.

Laïcus si de monasterio monachorum furtim discesserit, aut intret monasterium Domino servire, aut humanum subeat : * *deest hic aliquid.*

* Suppleri potest ex capitul 61. lib. 4.

CAP. LXV.

Qui per jussionem Domini sui occiderit hominem, dies 40. jejunet. Pœnit. R[illegible] tit. 1. c. 15.

CAP. LXVI.

Ante natalem Domini nostri Jesu Christi, Græci serâ, & Latini nonâ horâ missas celebrant.

CAP. LXX.

Qui pecuniam in prædam duxerit, tertiam partem eroget, & 40. dies jejunet.

CAP. LXXIII.

Qui dimiserit uxorem suam alteri conjungens, septem annis pœniteat. Pœnitent. Rom. tit. 3. c. 10.

CAP. LXXV.

Patri & filio matrem & filiam licet in matrimonio habere.

CAP. LXXVII.

Mulier sponte perdens partum suum, si ante 40. dies conceptionis, annum unum pœniteat, si verò pòst, tres annos pœniteat. Beda de rem. pecc. c. 3.

EX CAP. LXX[illegible].

Similiter quæ ab ipsis supradictis consecratur, aqua exorcizata aspergantur, & aliqua collectione confirmentur.

CAP. LXXXVIII.

Presbyter si viam ambulaverit, & occurrens mulier ro-

gans cum filium ſuum infirmum baptizari, ipſe pro itineris ſui feſtinatione neglexerit; quicumque etiam præſumpſerit in provincia ſua propria, aut aliena, vel ubicumque inventa fuerit, qui commendatum ſibi infirmum non vult baptizare, & ſic ſine baptiſmo morietur, deponatur. Similiter autem ſi hominem occiderit, aut fornicationem fecerit, deponatur.

CAP. XCI.

Egb. ex. cerp. 31. Qui duxerit viduam in uxorem ſibi vel poſt baptiſmum, ſive ante baptiſmum, non poteſt eſſe presbyter.

CAP. XCII.

Summa eſt, ſi quis 32 q. 1. ex Theod. pœnit. Non communicet vir cum uxore ſua adultera, ſimiliter & uxor cum adultero viro non ineat pacem communicationis.

CAP. XCIV.

Can. ſub nomine Ap. 9. Si quis Epiſcopus vel Preſbyter fracta oblatione non communicaverit, dicat rationabilem cauſam; ſin aliud, deponatur.

CAP. XCV.

a Omnes fideles qui ingrediuntur Eccleſiam ac ſanctam oblationem non præſumunt, nec percipiunt ſacrificium, cùm convenit privari communione.

a Can. ſub nom. Apoſt. c. 14. concil. Antioch. c. 2. concil. Bracharenſe II. c. 83.

CAP. XCVI.

Epiſcopus non exeat ad aliam parochiam, & ſuam relinquat; niſi Epiſcopus multorum judicio & maxime ſupplicatione a perficiat.

a Proficiat. V. concil. Antioch. c. 3.

CAP. XCVII.

canon. ſub nomine Ap. c. 21. 22. 23. Eunuchus ſi per inſidias hominum factus eſt, vel ſi in perſecutione ejus amputata ſunt virilia, vel ſi ita factus eſt na-

tus, & eſt dignus, efficiatur Epiſcopus. Si quis amputaverit ſibimetipſis virilia, omnino non poteſt eſſe clericus. Si quis poſt gradum amputaverit virilia, omnino damnetur. Si quis ſemetipſum abſciderit, tribus annis communione privetur. 14. Concil. Nicæ 1. c. 1.

CAP. XCIX.

Nullus per pecuniam obtineat gradum: ſin verò, & ipſe, & ordinator ejus omnibus modis à communione projicientur. Can. ſub nomine Ap 30.

CAP. CI.

Qui carnes immundas manducaverint, & olera quæ cum carne coquuntur, ceſſare oportet à miniſterio.

CAP. CVI.

Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus confiteri debet peccatum ſuum. Confeſſio Deo ſoli, ſi neceſſe eſt agi licet. Gregorii III. judicia c. 30.

CAP. CVII.

Dæmonium ſuſtinenti *a* licet petras & olera habere ſine incantatione.

a Ivo p. 11. c. 75. *ex dictis Hieronymi.*

CAP. CVIII.

Perjures *b* tribus annis pœniteant. Sodomitæ ſeptem annis; molles uno anno.

b Pœnit Rom. tit. 2. c. 4

CAP. CXIV.

Stando *d* orandum pro reverentia Dei.

d V. Tert. de corona mil. c. 9. & lib. de orat.

EX CAP. ULTIMO.

a Baſilius judicavit pueris licentiam nubere ante ſexdecim annos, ſi abſtinere non potuerint, quamvis monachi fuiſſent.

a V. Reg. interrog. 7. & ad inter. 15. in regulis fuſiùs diſputatis.



FRAGMENTA
EX CANONIBUS.

I. *Ex Canonibus à Garsia Loaisa collectis sub titulo Conciliorum Toletanorum.*

CAP. XVII.

Regino l. 1. c. 351. Burch. lib. 18. c. 152.



E his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina, quæ menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo ut comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitandâ, quali pœnitentiâ sint plectendæ: ut nobis videtur, tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli, quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur, & auguria attendunt, & divinationes observant, THEODORI Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est.

Regino lib. 2. c. 360. 361. Burch. lib. 10. c. 13.

Qui immolat dæmoniis in minimis, unum annum pœniteat. Qui verò in magnis, decem annis pœniteat. *Rabanus eadem citat ex constitutionibus Theodori, sed quæ integra sic repræsentat in epistola ad Heribaldum.*

THEODORI Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis unum annum pœniteat. Qui verò in magnis, decem annos pœniteat. Mulier si qua ponit filiam suam supra tectum vel in fornacem pro sanitate febris, septem annos pœniteat. Qui ardere fecit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium & domus, quinque annos pœniteat. Si mulier in-

Bedæ can. ad remedia peccatorum c. 11.

cantationes vel divinationes fecerit, unum annum vel tres quadragesimas vel quadraginta dies juxta qualitatem culpæ pœniteat. *Vide quoque Rab. lib.* III. *de pœnitentium satisfactione cap.* 48. Regino l. 2. cap. 357. Burch. l. 10. c. 24.

II. EX EXCERPTIONIBUS EGBERTI EBORACENSIS Archiepiscopi.

Cap. LVI. Theodorus dicit.

STatutum ut sine auctoritate vel consensu Episcoporum Presbyteri in quibuslibet Ecclesiis non constituantur, nec inde expellantur, & si quis hoc facere tentaverit, synodali sententia feriatur.

Cap. LXVI. Theodorus dicit.

Monachi non migrent de loco ad locum; sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

III. EX V. BEDÆ CANONIBUS AD REMEDIA peccatorum.

Ex Cap. VIII. Theodorus dixit.

Monachus faciens * fornicationem, & non inveniens, annum unum pœniteat & dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos pœniteat. Quærent. *in pœnit antique Andeg. & in cod. ms. vede. Ant. D.* H...

IV. EX CAPITULIS SELECTIS CANONUM Hibernensium, quæ R. D. Lucas Acherius edidit in Spicileg. tom. ix.

Libr. LII cap. XIV. De morticinis suibus, & de animalibus sanguinem humanum sumentibus, & de carnibus comestis à lupis; De piscibus & strangulatis animalibus: De comestis ab accipitre, & de equo.

THEODORUS Episcopus dicit: Græci carnem morticinam non dant porcis suis. Pelles verò morticinorum ad calceamenta & lanam & cornua licent accipi; sed non in Ivo 14. p. c. 97. ex pœnit. Th.

ſanctum aliquid. Tamen ſi caſu porci comedant carnem morticinorum, aut ſanguinem hominis, non abjiciendos credimus: nec gallinas æquali modo. Animalia quæ à lupis, ſive canibus conſumuntur, non comedenda, niſi porcis projiciantur & canibus: nec cervus, nec aper, ſi mortui inventi fuerint: piſces autem licent, qui alterius naturæ ſunt. Aves & animalia cetera, ſi in retibus ſtrangulentur, non ſunt comedenda. Paulus enim ait: *abſtinete vos à ſuffocato ſanguine, & ab idololatriâ.* Similiter ab accipitre mortua. Equum non prohibent: tamen conſuetudo non eſt comedere.

Act. xxi. 25.



FRAGMENTA

EX LIBRIS POENITENTIALIBUS.

I. EX POENITENTIALI ROMANO.

TITUL. I. C. X. DE ILLIS, QUI PRO VINDICTA parentum homicidium committunt.

Ex Pœnitent. Theodori.

QUi pro vindicta fratris, aut aliorum parentum hominem occiderit, ita pœniteat ut homicidia ſponte commiſſa; cum ipſa veritas dicat, Mihi vindictam, & ego retribuam.

Regino l. 1. c. 25. Burch. lib. 6. c. 32. Ivo p. 10. c. 16.

TITUL. II. C. IV. DE ILLIS, QUI SE SCIENTER perjuraverint.

Ex Pœnitentiali Theodori.

a Si quis ſuſpicatur, quòd ad perjurium ducatur, & tamen ex conſenſu jurat; quadraginta dies pœniteat, & ſeptem ſequentes annos, & nunquam ſit ſine gravi pœnitentia.

a Rhab. in ep. ad Heribald. c. 18. Regino lib. 2. c. 326. Burch. l. 12. c. 31. Ivo p. 62. c. 68.

TITUL. III. C. XXIV. DE HIS QUI FORNICATI SUNT sicut Sodomitæ.

Ex Pœnitentiali Theodori:

Si quis fornicatus fuerit, sicut sodomitæ fecerunt, si Episcopus, viginti quinque annos pœniteat: Quinque ex his in pane & aqua, ex omni officio deponatur, peregrinando finiat dies vitæ suæ. Presbyter quindecim annos pœniteat, quinque ex his in pane & aqua, superiori sententiâ deponatur. Diaconus & monachus duodecim annos, tres in pane & aquâ, & deponatur. *Addit. Ansel.* Si autem senex, aut æger fuerit, carceribus tenebrosis reclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. Ansel. lib. 11. c. 97.

TITUL. III. CAP. XXV.

De eo qui fornicari vult, & non potest.

Si quis concupiscens fornicari, & non potuerit, aut mulier non susceperit eum, si Episcopus, septem annos pœniteat: Presbyter, quinque: Diaconus vel monachus, tres: Ex his unum in pane & aqua: Clerici vel laici, duos annos pœniteant. Ansel. l. 11. c. 129.

CAP. XXIX. QUALITER POENITERE DEBEAT, QUÆ lenocinium operatur.

Theodorus.

Exercuisti lenocinium, aut in teipsa, aut in aliis; ita dico, ut tuo meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum, & ad sordidandum, pro pretio tradidisti; seu quod crudelius aut periculosius, alienum corpus, filiæ dico vel neptis, & alicujus Christianæ amatoribus vendidisti, vel concessisti, vel internuntia fuisti, vel consiliata es, ut stuprum aliquod tali modo perpetraretur, duos annos pœniteas per legitimas ferias. Tamen in concilio Elibertano* præcipitur, ut illa quæ hæc perpetraverit, nisi in fine accipiat communionem. Burch. l. 19. c. 178. Conc. Eliberit. c. 12.



CAPITULA

PATRIBUS CONCILII HERUDFORDIÆ.

OBLATA A

THEODORO

PRÆSIDENTE.

Collata cum tribus codicibus Mss. Historiæ Anglorum V. Bedæ.



UIBUS, *inquit Theodorus*, statim protuli eumdem librum Canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram: quia maximè nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi, & ut hęc diligentiùs ab omnibus susciperentur, rogavi.

I. *De Pascha.*

a Ut sanctum diem Paschæ in commune omnes servemus dominicâ post decimam quartam lunam primi mensis.

a Conc. Arel. 1. c. 1. decretum conc. Nicœni. Apud Euseb. lib. 3. de vita Constantini cap. 18. Athanas. de Synodis. Theodoret. l. 1. h. c. 8. V. can. sub [illegible] Apost. 7.

II. De Episcopis.

Ut nullus Episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.

Conc. Antiochenum c. 3.

III. De Monasteriis.

Ut quæque monasteria Deo consecrata nulli Episcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus violenter abstrahere.

Conc. Herdnse c. 3.

IV. De Monachis.

a Ut monachi non migrent de loco ad locum, hoc est, de monasterio ad monasterium, nisi per dimissionem proprii Abbatis, sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

Nota.

Hic vulgò legitur in editis ut Episcopi Monachi. *Quod rectiùs abest à duobus codicibus optimis Bibliothecæ Thuanæ, & ab altero antiquissimo quem vir doctissimus Chiffletius S. I. mecum communicavit, atque etiam ab excerptis Egberti Ebor. Arch. cap. lxvi. ubi Sic :* Theodorus dicit. Monachi non migrent de loco &c. *Etenim alioquin, hoc capitulum cum nullo canone cujusquam synodi præcedentis consentiret.*

a Concil. Calched. c. 4. conc. Andegavense c. 8. conc. Veneticum c. 6. conc. Agathense c. 27. 38. conc. Aurel. I. c. 19. conc. Turon. II. c. 15.

V. De Clericis.

a Ut nullus Clericorum relinquens proprium Episcopum, passim quolibet discurrat : neque alicubi veniens absque commendatitiis literis sui præsulis suscipiatur. Quòd si semel susceptus est, & noluit invitatus redire, & susceptor, & is qui susceptus est excommunicationi subjacebit.

a Conc. Arelat. I. c. 21. conc. Nicœnum c. 15. 16. conc. Antiochenum c. 3. conc. Laodic. c. 41. 42. can. sub nomine Apost. 14. conc. Carth. 4. c. 5. cod. Eccles. Afric. c. 71. conc. Toletanum 1. c. 12. conc. Andegavense c. 1. conc. Epaonense c. 6. conc. Valent. c. 5. conc. Tolet. II. c. 2.

VI. De Episcopis & Clericis peregrinis.

Synodus S. Patricii c. 30. *citat. capitul. l. 6. c. 86.*

Ut Episcopi atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale absque permissu Episcopi, in cujus parœchia esse cognoscitur, agere.

VII. De Synodis.

Conc. Nicenum c. 5. & plures alii canones ex conc. Niceno.

Ut bis in anno synodus congregetur: sed quia diversæ causæ impediunt, placuit omnibus in commune, ut Kalendis Augusti in loco qui appellatur Clofeshooth semel in anno congregetur.

VIII. De Episcoporum primatu.

a Ut nullus Episcoporum se præferat alteri per ambitionem: omnes agnoscant tempus & ordinem consecrationis suæ.

a Concil. Milevit. II. c. 13. 14. in integro codice Ecclesiæ Africanæ c. 86. ex Conc. Afric. c. 53. Conc. Carth. n. 19. sub Aurelio Episcopo. Conc. Agathense c. 23.

IX. De Episcoporum numero.

Conc. Carth. II. c. 5.

In commune tractatum est, ut plures Episcopi crescente numero fidelium augerentur; sed de hac re ad præsens silemus.

X. De Conjugio.

Conc Milevit. c. 17. Innocent. I. ep. ad Exuperium Episcopum c. 6. *Citat. lib. 6. capitul. c. 87.*

Pro conjugiis, ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium. Nullus incestum faciat. Nullus conjugem propriam, nisi, ut sanctum evangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quòd si quisquam propriam expulerit conjugem legitimo sibi matrimonio conjunctam, si Christianus esse rectè voluerit, nulli alteri copuletur; sed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur uxori.

His itaque capitulis, *ut persequitur Theodorus*, in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deinceps ab aliquo nostrum oriatur contentionis scandalum, aut alia præ aliis divulgaren-

rentur; placuit, ut quæque diffinita sunt, unusquisque nostrûm manus propriæ subscriptione confirmaret. Quam sententiam diffinitionis Titillo notario scribendam dictavi. Actum in mense & indictione suprascriptis. Quisquis igitur contra hanc sententiam juxta decreta Canonum, nostra etiam consensione ac subscriptione manus nostræ confirmatam quoquo modo venire eamque infringere tentaverit, noverit se ab omni officio sacerdotali, & nostra societate separandum. Divina vos gratia in unitate sanctæ Ecclesiæ suæ viventes custodiat incolumes.



ALIA CAPITULA
COLLECTA EX FRAGMENTIS.

FRAGMENTA EX CAPITULIS A R. D. Lucâ Acherio editis in Spicileg. tom. IX.

Hic prætermittuntur, quæ suprà notata sunt ad marginē Pœnit. Theod.

CAPUT VI.

Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pœnitentia, nisi quòd secundum canones non possunt ordinari, nisi pro magna necessitate. Qui verò non ignorant, quasi iterum Christi crucifixerunt, pœniteant septem annis, quarta feria & sexta feria, & tribus quadragesimis.

Burch. l. 4. c. 51. Ivo p. 1. c. 145. Gr. de Consec. dist. 4. c. quibus.

EX CAP. VII.

Qui operantur * in die dominico, Græci prima vice arguunt, secunda tollunt aliquid, tertia vice tertiam partem de

* *V. Notas ad Pœnit. Th. de opere quod interdicitur.*

rebus, & vapulant, vel septem diebus pœniteant.

EX CAP. IX.

Ecclesiam licet ponere in alio loco si necesse sit, & tunc debet iterum sacrificari, nec tantum sancta aqua aspergi.

CAP. XII.

Græci omni Dominica die communicant sive Clerici sive Laici, & qui tribus dominicis non communicaverint, excommunicentur. Romani similiter communicant qui volunt, qui autem noluerint, non excommunicentur. Pœnitentes* verò secundum canones non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ. THEODORUS dicit: nos verò per misericordiam post annum vel sex menses licentiam damus. Una pœnitentia est viduæ & puellæ; majorem meruit, quæ virum habet, si fornicationis crimen commiserit.

V. excerpt. Egberti Ebor. c. 39.

CAP. XIV.

Digamus pœniteat primo anno, * quarta feria & sexta feria; & in quadragesimis tribus abstineat se à carnibus, & separetur.

V. Conc. Neocæs. c. 7. Conc. Laod. c. 1. S. Basil. ep. ad Amphil. c. 4.

CAP. XVI.

In primo conjugio debet Presbyter missam agere, & benedicere ambos: Et postea abstineant se ab Ecclesia triginta diebus; quibus peractis pœniteant xv. diebus, & vacent orationi, & postea communicent cum oblatione.

CAP. XVII.

Ingenuus cum ingenua conjungi debet.

CAP. XVIII.

Si quis maritus votum Domino habet virginitatis adjungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed pœniteat tribus annis. Vota stulta frangenda sunt & importabilia. Mulier non debet vovere sine licentia viri sui; sed si voverit, dimitti potest.

Pœnit. Rom. t. 8. cap. 11. Grat. dist. 27. c. Si vir.

CAP. XXXI.

Animalia coitu hominibus commixta occidantur, & carnes

Capitul. lib. 6. c. 206.

canibus projiciantur : & ubi dubium est, non comedenda.

CAP. XXXII.

In uno altari * duas facere missas conceditur : Et ille qui prius manducare probatur, ad osculum non permittitur. Prior pars ex pœnit. Theod. cod. S. Germ.

CAP. XXXIV.

Infantes monasterii quatuordecim annis carnem manducant.

CAP. XXXV.

Confessio Deo soli, si necesse est, agi licet. Ivo p. 15. c. 155. Burch. l. 19. c. 146.

CAP. XL.

Qui cum sorore fornicatur, quatuordecim annis pœniteat. Pœnit. Rom. tit. 3. c. 30.

CAP. XLI.

Sacerdos tangendo mulierem coinquinatus, XL. diebus pœniteat. c. 22. & 27.

EX CAP. XLIV.

Maritus non debet uxorem suam nudam videre.

CAP. L.

Qui acceperit sacrificium post cibum, septem diebus in judicio Episcoporum. Ivo p. 2. c. 45. ex Eutychiano.

CAP. LI.

Qui occiderit Monachum vel Clericum arma relinquat, & Domino serviat, vel septem annis pœniteat. Beda de remed. peccat. c. 15. C. M. capitul. lib. 6. c. 9. Grat. 17. q. 4. c. qui.

CAP. LII.

Qui Episcopum * vel Presbyterum occiderit, Regi dimittendus est ad judicium. V. Gre. III. judicia c. 1.

CAP. LIII.

Si laïcus alterum odii meditatione occiderit, si non vult arma relinquere, pœniteat septem annis sine carne : si per iram Bed. de remed. peccat. c. 15.

subitam, tribus annis: si autem casu vel eventu, uno anno.

CAP. LIV.

Beda de rem. pecc. c. 4. Pecuniâ Ecclesiæ furatâ sive raptâ, reddatur quadruplum; populari, dupliciter.

CAP. LV.

Si quis fornicaverit cum virgine, uno anno pœniteat: Si cum maritatâ, tribus annis; unum integrum, duos alios 40. dies pœniteat.

CAP. LVII.

a Mulier quæ se fornicationis amore ad alteram conjunxerit, septem annis pœniteat. Sic & alia quæ b semen viri sui miscens cibo, ut inde plus ejus amorem suscipiat.

a Pœnit. Rom. t. 3. c. 15. Bed. de remed. pecc. Burch. lib. 17. c. 27. Ivo p. 9. c. 85.
b Burch. lib. 19. c. 91.

CAP. LVIII.

Sacrata virgo fornicans, septem annis pœniteat.

CAP. LIX.

C. M. Capitul. lib. 5. c. 20. Qui homicidium vel furtum commiserit, & non composuit illis quibus nocuit, quando confessus fuerit Episcopis vel Presbytero peccata sua, debet illis aut propria reddere, vel componere; si verò non habuerit substantiam unde componere potest, vel nescierit quibus nocuit, pœnitentia plus augetur.

CAP. LX.

Capitul. 68. lib. 5. Qui cibum immolatum comederit, deinde confessus fuerit, sacerdos consideret personam, in qua ætate contigit; & ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur.

CAP. LXI.

Pœnit. Rom. tit. 1. c. 10. Mulier quæ sobolem necaverit, septem annis pœniteat.

CAP.

CAP. LXII.

Laïcus si de monasterio monachorum furtim discesserit, aut intret monasterium Domino servire, aut humanum subeat : * *deest hic aliquid.*

* Suppleri potest ex capitul 61. lib. 4.

CAP. LXV.

Qui per jussionem Domini sui occiderit hominem, dies 40. jejunet. Pœnit. R . tit. 1. c. 19.

CAP. LXVI.

Ante natalem Domini nostri Jesu CHRISTI, Græci serâ, & Latini nonâ horâ missas celebrant.

CAP. LXX.

Qui pecuniam in prædam duxerit, tertiam partem eroget, & 40. dies jejunet.

CAP. LXXIII.

Qui dimiserit uxorem suam alteri conjungens, septem annis pœniteat. Pœnitent. Rom. tit. 3. c. 10.

CAP. LXXV.

Patri & filio matrem & filiam licet in matrimonio habere.

CAP. LXXVII.

Mulier sponte perdens partum suum, si ante 40. dies conceptionis, annum unum pœniteat, si verò pòst, tres annos pœniteat. Beda de rem. pecc. c. 3.

EX CAP. LXXX.

Similiter quæ ab ipsis supradictis consecratur, aqua exorcizata aspergantur, & aliqua collectione confirmentur.

CAP. LXXXVIII.

Presbyter si viam ambulaverit, & occurrens mulier ro-

gans eum filium suum infirmum baptizari, ipse pro itineris sui festinatione neglexerit; quicumque etiam præsumpserit in provincia sua propria, aut aliena, vel ubicumque inventa fuerit, qui commendatum sibi infirmum non vult baptizare, & sic sine baptismo morietur, deponatur. Similiter autem si hominem occiderit, aut fornicationem fecerit, deponatur.

CAP. XCI.

Egb. excerp. 32.

Qui duxerit viduam in uxorem sibi vel post baptismum, sive ante baptismum, non potest esse presbyter.

CAP. XCII.

Summa est, si quis 32 q. 1. ex Theod. pœnit.

Non communicet vir cum uxore sua adultera, similiter & uxor cum adultero viro non ineat pacem communicationis.

CAP. XCIV.

Can. sub nomine Ap. 9.

Si quis Episcopus vel Presbyter fracta oblatione non communicaverit, dicat rationabilem causam; sin aliud, deponatur.

CAP. XCV.

a Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam ac sanctam oblationem non præsumunt, nec percipiunt sacrificium, cùm convenit privari communione.

a Can. sub nom. Apost. c. 14. concil. Antiochi c. 2. concil. Bracharense II. c. 83.

CAP. XCVI.

Episcopus non exeat ad aliam parochiam, & suam relinquat; nisi Episcopus multorum judicio & maxime supplicatione a perficiat.

a Proficiat. V. concil. Antioch. c. 5.

CAP. XCVII.

Canon. sub nomine Ap. c. 21. 22. 23.

Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus amputata sunt virilia, vel si ita factus est na-

tus, & eſt dignus, efficiatur Epiſcopus. Si quis amputaverit ſibimetipſis virilia, omnino non poteſt eſſe clericus. Si quis poſt gradum amputaverit virilia, omnino damnetur. Si quis ſemetipſum abſciderit, tribus annis communione privetur. 21. Concil. Nicæ 1. c. 1.

CAP. XCIX.

Nullus per pecuniam obtineat gradum: ſin verò, & ipſe, & ordinator ejus omnibus modis à communione projicientur. Can. ſub nomine Ap. 30.

CAP. CI.

Qui carnes immundas manducaverint, & olera quæ cum carne coquuntur, ceſſare oportet à miniſterio.

CAP. CVI.

Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus confiteri debet peccatum ſuum. Confeſſio Deo ſoli, ſi neceſſe eſt agi licet. Gregorii III. judicia c. 30.

CAP. CVII.

Dæmonium ſuſtinenti *a* licet petras & olera habere ſine incantatione.

a Ivo p. 11. c. 75. *ex dictis Hieronymi.*

CAP. CVIII.

Perjures *b* tribus annis pœniteant. Sodomitæ ſeptem annis; molles uno anno.

b Pœnit. Rom. tit. 2. c. 4.

CAP. CXIV.

Stando *d* orandum pro reverentia Dei.

d V. Tert. de corona mil. c. 9. & lib. de orat.

EX CAP. ULTIMO.

a Baſilius judicavit pueris licentiam nubere ante ſexdecim annos, ſi abſtinere non potuerint, quamvis monachi fuiſſent.

a V. Reg. interrog. 7. & ad inter. 15. in regulis fuſiùs diſputatis.



FRAGMENTA EX CANONIBUS.

I. *Ex Canonibus à Garsia Loaisa collectis sub titulo Conciliorum Toletanorum.*

CAP. XVII.

Regino l. 1. c. 362. Burch. lib. 12. c. 152.



E his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina, quæ menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo ut comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitandâ, quali pœnitentiâ sint plectendæ: ut nobis videtur, tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli; quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur, & auguria attendunt, & divinationes observant, THEODORI Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est. Qui immolat dæmoniis in minimis, unum annum pœniteat. Qui verò in magnis, decem annis pœniteat. *Rabanus eadem citat ex constitutionibus Theodori, sed quæ integra sic repræsentat in epistola ad Heribaldum.*

Regino lib. 2 c. 360. 361. Burch. lib. 10. c.13.

THEODORI Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis unum annum pœniteat. Qui verò in magnis, decem annos pœniteat. Mulier si qua ponit filiam suam supra tectum vel in fornacem pro sanitate febris, septem annos pœniteat. Qui ardere fecit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium & domus, quinque annos pœniteat. Si mulier in-

Bedæ can. ad remedia peccatorum c. 11.

cantationes vel divinationes fecerit, unum annum vel tres quadragesimas vel quadraginta dies juxta qualitatem culpæ pœniteat. *Vide quoque Rab. lib.* III. *de pœnitentium satisfactione cap.* 48. Regino l. 2. cap. 357. Burch. l. 10. c. 24.

II. EX EXCERPTIONIBUS EGBERTI EBORACENSIS Archiepiscopi.

Cap. LVI. Theodorus dicit.

Statutum ut sine auctoritate vel consensu Episcoporum Presbyteri in quibuslibet Ecclesiis non constituantur, nec inde expellantur, & si quis hoc facere tentaverit, synodali sententia feriatur.

Cap. LXVI. Theodorus dicit.

Monachi non migrent de loco ad locum; sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

III. EX V. BEDÆ CANONIBUS AD REMEDIA peccatorum.

Ex Cap. VIII. Theodorus dixit.

Monachus faciens * fornicationem, & non inveniens, annum unum pœniteat & dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos pœniteat. *Quærens. in pœnit. antiquo And. & in cod. ms. v.d. Ant. D. Herou.*

IV. EX CAPITULIS SELECTIS CANONUM Hibernensium, quæ R. D. Lucas Acherius edidit in Spicileg. tom. IX.

Libr. LII cap. XIV. De morticinis suibus, & de animalibus sanguinem humanum sumentibus, & de carnibus comestis à lupis; De piscibus & strangulatis animalibus: De comestis ab accipitre, & de equo.

Theodorus Episcopus dicit: Græci carnem morticinam non dant porcis suis. Pelles verò morticinorum ad calceamenta & lanam & cornua licent accipi; sed non in Ivo 14. p. c. 97. ex pœnit. Th.

TITUL. III. C. XXIV. DE HIS QUI FORNICATI SUNT ſicut Sodomitæ.

Ex Pœnitentiali Theodori.

Si quis fornicatus fuerit, ſicut ſodomitæ fecerunt, ſi Epiſcopus, viginti quinque annos pœniteat: Quinque ex his in pane & aqua, ex omni officio deponatur, peregrinando finiat dies vitæ ſuæ. Preſbyter quindecim annos pœniteat, quinque ex his in pane & aqua, ſuperiori ſententiâ deponatur. Diaconus & monachus duodecim annos, tres in pane & aquâ, & deponatur. *Addit. Anſel.* Si autem ſenex, aut æger fuerit, carceribus tenebroſis recluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ. Anſel. lib. 11. c. 97.

TITUL. III. CAP. XXV.

De eo qui fornicari vult, & non poteſt.

Si quis concupiſcens fornicari, & non potuerit, aut mulier non ſuſceperit eum, ſi Epiſcopus, ſeptem annos pœniteat: Preſbyter, quinque: Diaconus vel monachus, tres: Ex his unum in pane & aqua: Clerici vel laici, duos annos pœniteant. Anſel. l. 11. c. 119.

CAP. XXIX. QUALITER POENITERE DEBEAT, QUÆ lenocinium operatur.

Theodorus.

Exercuiſti lenocinium, aut in teipſa, aut in aliis; ita dico, ut tuo meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum, & ad ſordidandum, pro pretio tradidiſti; ſeu quod crudelius aut periculoſius, alienum corpus, filiæ dico vel neptis, & alicujus Chriſtianæ amatoribus vendidiſti, vel conceſſiſti, vel internuntia fuiſti, vel conſiliata es, ut ſtuprum aliquod tali modo perpetraretur, duos annos pœniteas per legitimas ferias. Tamen in concilio Elibertano* præcipitur, ut illa quæ hæc perpetraverit, niſi in fine accipiat communionem. Burch. l. 19. c. 158. Conc. Eliberit. c. 12.

TITUL. IV. C. IV. DE FURTO PER NECESSITATEM perpetrato.

Theodorus.

Burch l. 11. c. 58. Ivo p. 11 c. 4. Ansel. 11. c. 109.

Si quis per necessitatem furatus fuerit cibaria vel vestem ad pecus per famen, aut per nuditatem, pœniteat hebdomadas tres. Si reddiderit, non cogatur jejunare.

CAP. V.

De Furto capitali.

Pœnit. Rom. ab Halitg. exscriptum è Scrinio Ecclesiæ Rom. Regino l. 2. cap. 258. Burch lib. 11. c. 59.

Si quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit vel casas effregerit, septem annos pœniteat, & quod furatum est, reddat. Si quis autem de minoribus semel, aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, & anno uno pœniteat. *Addunt Regino & Burch.* vel si quis sepulcrum violaverit, septem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua.

CAP. XI. QUOD UT SACRILEGUS JUDICANDUS EST, qui patrem vel matrem expulerit.

Theodorus.

Ansel. lib. 11. c. 112.

Si quis patrem vel matrem expulerit, impius & sacrilegus judicandus est. Pœniteat autem æquali tempore, quamdiu in impietate illa extiterit.

CAP. XII. DE EADEM RE.

Theodorus.

Burch. l. 19. c. 170.

Maledixisti patri vel matri tuæ, vel flagellasti eos, vel in aliquo dehonestasti, quadraginta dies in pane & aqua cum septem sequentibus anni pœniteas, quia Dominus dixit: Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.

TITUL. V. CAP. III. DE CRAPULA ET EBRIETATE.

Theodorus.

Burch. l. 14. cap 8.

Sacerdos quislibet, si inebriatur per ignorantiam, septem dies

dies pœniteat in pane & aqua. Si per negligentiam, quindecim dies: si per contemptum, quadraginta dies: Diaconus, vel Monachus secundùm ordinem, ut scriptum est, seu & reliqui Clerici ut ministri juxta ordinem judicio sacerdotis pœniteant. Laici velut vota non habentes, si inebriantur, arguantur à sacerdote, quòd ebriosi regnum Dei non possidebunt, & interitus sit ebrietas, & compellat eos pœnitere. Qui cogit hominem, ut inebrietur, humanitatis gratia acerrime corripiatur, & septem dies pœniteat. Si per contemptum, triginta dies. Nullus Christianus alium plus bibere cogat, quàm naturæ sufficiat. Quod si fecerit, juxta id quod in POENITENTIALI habetur, pœniteat. Ivo p. 13. c. 76.

TITUL. VII. CAP. XXX. DE ILLIS, QUI CHRISTIANA mancipia captivaverint.

Ex pœnitentiali Theodori.

Si quis quemcunque hominem quolibet ingenio captivaverit, aut transmiserit, tres annos pœniteat. Burch l. 5. c. 45. Ivo p. 13. c. 149.

CAP. XXXI. DE ADMINISTRATIONE XENODOCHII.

Ex pœnitentiali Theodori.

Si quis Xenodochia pauperum administrat, vel decimas populi susceperit, & exinde vel suis secularibus lucris sectandum aliquid subtraxerit; quasi rerum invasor reus damnum restituat, & sub canonico judicio reformetur, & agat pœnitentiam tres annos. Scriptum est enim: Talem Dominus dispensatorem quærit, qui sibi de suis nihil usurpet. Burch. l. 5. c. 119. Ivo p. 13. c. 149.

TITUL. VIII. CAP. XI. NUBENTES POST VOTUM non sunt ab invicem separandi.

Theodorus.

Si vir* votum virginitatis habens adjungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis pœniteat. *Apud Grat. additur.* Simplex votum, *Sed abest vox ista ab omnibus cod. mss. & infrà 27. q. 1. c.* Si quis votum. *etiam ab impressis, ut animadvertunt correct. Grat.* Grat. decreti 1. p. Dist. 27. c. 3.

EX POENITENTIALI RABANI MAURI Archiepiscopi Moguntinensis.

LIB. III. De Pœnitentiis Laicorum. CAP. VI.

ITem in pœnitentia, quam Theodorus Archiepiscopus Britanniæ cum ceteris Episcopis constituit, ita continetur: Si homo vexatus est à Diabolo, & nescit aliquid nisi ubique discurrere, & occidit semetipsum quacumque causa, prodest ut oretur pro eo, si ante religiosus erat: si pro desperatione, aut pro timore aliquo, aut pro causis incognitis, Deo relinquimus hoc judicium, & non ausi sumus pro eo orare, qui semetipsum occiderit propriâ suâ voluntate. Missas pro eo facere non licet, sed tantum orare, & eleemosynas largiri, si quis Christianus subitâ tentatione mente sua exciderit, vel per insaniam semetipsum occiderit, quidam pro eo missas faciunt. Item in eodem libro: si quis pro ultione propinqui hominem occiderit, pœniteat sicut homicida septem vel decem annos, si tamen reddere vult propinquis pecuniam æstimationis levior erit pœnitentia ejus, id est, dimidio spatio. Qui occiderit hominem pro vindicta fratris, tribus annis pœniteat. In alio loco decem annos dicitur: pœniteat; homicida autem decem vel septem annos. Si laicus alterum occiderit odii meditatione, si non vult arma relinquere, pœnitentiam septem annorum, sine carne & vino tres annos. Si quis occiderit monachum vel clericum, artem relinquat, & Deo serviat, & septem annos pœniteat, quod in judicio Episcopi est. Qui Presbyterum occiderit, duodecim annorum ei pœnitentia secundùm Canones imponatur; aut si negaverit, si liber est, cum duodecim juret. Si autem servus per duodecim vomeres ferventes se purget: convictus noxa usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & uxorem amittat. Qui per jussionem Domini sui occiderit hominem, quadraginta dies pœniteat, & qui occiderit hominem, quadraginta diebus se abstineat ab Ecclesia, & qui occiderit hominem in publico bello, quadraginta diebus pœniteat: si per iram, tres annos: si casu, uno anno: si per populum vel per artem aliquam, septem annos, aut plus: si per rixam, decem

annos pœniteat. Si quis maleficio suo aliquem perdiderit, quinque annos pœniteat, duos ex his in pane & aqua. Si quis per amorem veneficus sit, & neminem perdiderit, si Clericus est, unum annum pœniteat in pane & aqua: si sacerdos quinque, duo ex his in pane & aqua. Si Diaconus tres annos, unum ex his in pane & aqua, & Laicus dimidium annum pœniteat: maxime si per hoc mulieris partum quisque deceperit, tres annos unusquisque superaugeat in pane & aqua, ne homicidii reus sit.



FRAGMENTA
EX COLLECTORIBUS
CANONVM.

I. EX DVOBVS LIBRIS REGINONIS de Ecclesiasticis Disciplinis, quos vir eruditissimus Stephanus Baluzius ad fidem vetustissimi codicis accuratè emendavit.

DE SUSCIPIENDA CONFESSIONE.

Ex Theodori Archiepiscopi vel Bedæ Presbyteri Pœnitentiali.

LIB. I. cap. CCXCVI. Episcopi vel Presbyteri, quando fidelium recipiunt confessiones, humiliare se debent, & cum tristitiæ gemitu lacrymisque orare, non solum pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Ait enim Apostolus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Halitg. in præf. l. 6. Burch. l. 19. c. 2. 2. Cor. 11.

Vnde suprà.

CCXCVIII. Cùm ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua, mandet ei sacerdos ut exspectet modicum, donec intret Ecclesiam, aut cubiculum suum ad orationem; Halitg. ibid. Burch. l. 19. c. 2.

Si autem non est locus aptus ad hoc, dicat hanc orationem in corde suo.

ORATIO.

Halitgar. ibid. Burch. ibid. c. 3.

CCXCIX. Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condignè tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii sacerdotalis, & me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad orandum & intercedendum ad Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum pro peccantibus & ad pœnitentiam revertentibus. Ideoque dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur & vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiæ tuæ pro famulis & famulabus tuis qui ad pœnitentiam venerunt, ut des illis spiritum compunctionis, ut resipiscant à Diaboli laqueis, à quo adstricti tenentur, & ad te per condignam satisfactionem revertantur per eundem Dominum.

Videns autem ille qui ad pœnitentiam venit sacerdotem tristem & lacrymantem pro suis facinoribus, magis ipse timore Dei perculsus amplius tristetur & exhorrescat peccata sua.

Hic locus sic habet in veteri codice Ms. monasterii Rivipullensis. Videns autem ille frater, qui ad pœnitentiam venit, hanc sacerdotis humilitatem, magis peccata sua exhorrescit, magis scelera sua pertimescit. Post hæc charitativè sacerdos eum suscipiat, humiliter eum sedere faciat secum, blande eum hujusmodi sermonibus attrahat. Frater, non erubescas confiteri peccata tua.

ORDO AD DANDAM POENITENTIAM.

Unde suprà.

Burch. ibid. *Vide librum antiquum pœnitentialem Andegavensem editum à I. Morino in*

CCC. Post hæc interroga eum blandè leniterque. Credis in Deum patrem & filium & spiritum sanctum? *Resp.* Credo. Credis, quòd istæ tres personæ unus Deus sit. *Resp.* Credo. Credis quòd in ipsa ista carne, in qua nunc es, in ipsa resurgere habes in die judicii & recipere sive bonum sive malum

quod gessisti? Credo. Vis dimittere illis peccata qui in te peccaverunt, Domino dicente: *Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Resp.* Volo. Et require ab eo diligenter si est incestuosus, aut suo seniori infidelis. Et si non vult incestum dimittere, non potes ei dare pœnitentiam. Si autem vult, potes. His præmissis, pœnitentem alloqui affectuose debet sacerdos his verbis. appendice 1. de pœnit. Matth. 6.

Frater, noli erubescere peccata tua confiteri. Nam & ego peccator sum, & fortassis pejora quàm tu feceris habeo facta. Hæc idcirco admoneo, quia usitatum generis humani vitium est, ut beatus Gregorius dicit, & labendo peccatum committere, & commissum confitendo non prodere, sed negando defendere, atque convictum defendendo multiplicare. Et qui diabolo instigante nefanda crimina perpetrare non metuimus, hæc eadem quæ opere absque illa verecundia perfecimus, eodem suadente saltem verbis confiteri erubescimus, & coram homine, qui similis nostri est, eisdem fortasse passionibus subjacet, confunditur dicere, quod coram Domino, qui omnia inspicit, absque ullo mentis rubore committere formidavimus detestanda actione. Sponte ergo fateamur quod nullo cogente commisimus. Si verò nos nostra scelera celaverimus, ab illo manifestabuntur qui & * accusator est peccati & incentor. Ipse enim hic nos ut peccemus instigat; ipse cùm peccaverimus, accusat. Si ergo in hac vita præveniamus eum & ipsi sceleris nostri accusatores simus, nequitias diaboli inimici nostri & accusatoris effugiemus, Paulo teste, qui ait: *Si nosmetipsos judicaremus, non utique dijudicaremur.* S. Gregor. lib. 22. Moral. c. 9. Codex Rivipull. auctor. Vide Rutic. lib. 2. ep. 12. 1. Cor. 11.

Videns autem eum sacerdos verecundantem, rursus prosequatur: fortasse, charissime, non omnia quæ gessisti ad memoriam modo veniunt. Ego te interrogabo. Tu cave ne Diabolo suadente aliquid celare præsumas. Et tunc eum per ordinem interroget.

Fecisti homicidium aut casu aut volens, aut pro vindicta parentum, aut jubente Domino tuo, aut in publico bello. Si voluntariè fecisti, septem annos pœnitere debes, si nolens aut casu, quinque annos. Si pro vindicta parentis, unum annum, & sequentibus duobus annis tres quadragesimas & legitimas ferias. Si in bello, quadraginta dies. Si liber es, & jubente

Domino servum occidisti, annum unum, in duobus aliis annis tres quadragesimas & legitimas ferias. Si servus dignus est morte, quadraginta dies pœniteat.

Fecisti truncationes manuum aut pedum, aut oculos hominis eruisti, aut vulnerasti hominem. Pro truncatione annum unum pœnitere debes, pro vulnere, quadraginta dies pœniteas.

Fecisti perjurium aut pro cupiditate seculi, aut coactus & pro necessitate aut pervicaciâ, aut parentum, aut nesciens, aut alios in perjurium induxisti scienter. Si sciens pejerasti, & alios in perjurium induxisti, septem annos pœnitere debes. Si nesciens, annum & tres quadragesimas.

Fecisti furtum aut sacrilegium aut infracturas vel rapinam, tollens quod tuum non erat. Si domos per noctem infregisti & quadrupedia tulisti vel fortiorem causam valentem solidis quadraginta, annum unum pœnitere debes & pretium reddere. Si non reddis, annos duos pœniteas. Si * majorem fecisti furtum, tres annos pœnitere debes. Et si sæpe fecisti, annos septem. Pro modico furto viginti dies, pueri decem dies.

* Majus.

Fecisti adulterium cum uxore aliena vel desponsata, vel virginem corrupisti, sive cum sanctimoniali vel Deo dicata, vel cum absoluta femina, id est, sine marito, vel cum ancilla propria. Si moechatus es cum alterius uxore aut cum sanctimoniali, septem annos pœniteas. Si cum virgine, duos annos. Si cum vidua annum unum. Si tuam uxorem dimisisti. Et * alterius junxisti, septem annos pœniteas. Si cum vacante femina, tres quadragesimas & legitimas ferias. Si cum propria ancilla, quadraginta dies pœnitere debes.

Nupsisti cum uxore tua vel ancilla retro. Si fecisti, quadraginta dies debes pœnitere.

Nupsisti cum uxore tua quadraginta dies ante partum; quadraginta dies debes pœnitere.

Nupsisti in die Dominico, tres dies pœnitere debes.

Fecisti raptum de virgine vel vidua, tres annos pœnitere debes.

Fecisti fornicationem, sicut sodomitæ fecerunt, cum pecoribus aut cum matre vel sorore, quindecim annos vel duodecim pœnitere debes.

Coinquinatus es cum uxore tua in quadragesima. Si hoc fecisti, annum unum pœnitere debes, aut viginti sex solidos in eleemosynam dare. Si per ebrietatem evenit, quadraginta dies pœniteas.

Hoc etiam caveri debet, ut viginti dies ante natale Domini, & Pentecostem & omni die Dominicâ & post conceptionem manifestatam vir contineat se ab uxore.

Dixisti falsum testimonium pro cupiditate aut nesciens, annum unum pœniteas.

Truncasti ullum membrum, tres annos pœniteas.

Odisti fratrem tuum. Quandiu in ipso odio fuisti, tamdiu pœniteas in pane & aqua.

Detraxisti ullum hominem ad seniorem vel ad pares propter invidiam, quadraginta dies pœniteas.

Violasti in furto sepulchrum, annos duos pœniteas.

Contigit tibi ulla negligentia de sacrificio Domini, centum quadraginta dies pœniteas.

Consuluisti magos aut aruspices aut incantores aut sortilegos, vel vota quæ ad arbores vel ad fontes fiunt vovisti, annos tres pœniteas.

Tulisti aliquid pecuniæ de Ecclesia. Aut in quadruplum restitue, aut tres annos pœniteas.

Perdidisti aliquem per injustam delaturam, tres annos pœniteas.

Duxisti aut transmisisti aliquem in captivitatem, tres annos pœniteas.

Editio Helmæstadiensis ita habent: Duxisti aut transmisisti ullum hominem Christianum in captivitatem, tres annos. *Burchardus in libro XIX. paulò fusiùs, & cum aliquo discrimine.* Duxisti aut transmisisti vel vendidisti aliquem hominem in captivitatem, nisi pro pace communi. Si fecisti, reduc eum, si poteris. Sin autem, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

Cremasti domum aut aream alterius, tres annos pœniteas.

Fecisti vomitum per ebrietatem, quindecim dies pœniteas. Si per contentionem, quadraginta. Si nesciens, sex dies pœniteas.

Editio Helmæstadiensis : fecisti vomitum per ebrietatem, 15. dies pœniteas. Si per contentionem, 40. Si nesciens, 7. dies pœniteas. Similiter si sanguinem comederis.

Manducasti morticina aut dilacerata à bestiis, quadraginta dies pœniteas. Similiter si sanguinem comederis.

Bibisti de liquore in quo mus vel mustela mortua inventa fuerit, quadraginta dies pœniteas.

Contempsisti indictum jejunium in Ecclesia vel decreta seniorum, quadraginta dies pœniteas. Si in quadragesima unum annum.

Oppressisti infantem tuum, quinque annos aut tres pœnitere debes.

Bibisti ullum maleficium, id est, herbas, vel alias causas, ut non potuisses infantes habere, aut alio donasti, aut hominem per mortiferam potionem occidere voluisti, aut alium hoc facere docuisti; aut de semine viri gustasti ut in amorem tuum exardesceret, aut chrisma bibisti aut ad subvertendum Dei judicium alteri dedisti. &c. Si quid hujusmodi operatus es, septem annos pœniteas.

Necasti voluntarie partus tuos, decem annos pœniteas. Et si filium vel filiam occidisti, duodecim. Et si utero ante conceptum, unum annum. Si post conceptum, tres annos. Si tuus infans per tuam negligentiam sine baptismo mortuus est, annum unum pœniteas, & nusquam sis sine aliqua pœnitentia.

Fecisti aliquid vel dixisti in quocumque opere quod inchoas per sortilegam vel magicam artem, annum unum pœniteas.

Misisti filium tuum super tectum aut super fornacem pro aliqua sanitate, vel incendisti grana ubi mortuus homo fuerat, quinque annos pœniteas.

Cantasti carmina diabolica super mortuos, viginti dies pœniteas.

Junxisti te mulieri tempore menstruo, quadraginta dies pœniteas.

Nupsisti cum uxore tua, postquam peperit, antequam quadraginta dies adimplerentur, triginta dies pœniteas.

Communicasti de sacrificio Domini, & non prius abstinuisti

fuisti ab uxoris amplexu quinque aut septem diebus, dies viginti pœniteas.

Operatus es aliquid in Dominica die, septem dies pœniteas.

Detraxisti vel maledixisti aliquem causa invidiæ, septem dies pœniteas. *Vide suprà quæ sequuntur.*

De temporibus quibus se continere debent conjugati ab uxoribus.

Ex pœnitentiali eodem.

CCCXXIX. Uxoratus contineat se quadraginta dies ante Pascha & Pentecostem, seu ante Natale Domini, & omnem Dominicam noctem, & quartam & sextam feriam, & à conceptione manifestata usque post natam sobolem. Uxor post natam sobolem abstineat se ab Ecclesia, si filius est, dies triginta; si filia, dies quadraginta. Mulier se abstineat à viro tres menses ante partum, & post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus, viginti dies pœniteat.

De eadem re.

CCCXXX. Qui in quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam & noluerit abstinere ab ea *, uno anno pœniteat, aut pretium suum, videlicet viginti sex solidos ad Ecclesiam tribuat, aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem & sine consuetudine acciderit, quadraginta dies pœniteat. Burch l. 19. c. 76. *Edit. Helmast.* annos 15. pœniteat.

Quòd ante communionem abstinere debet à conjuge.

CCCXXXI. Omnis homo ante sacram communionem à propria uxore abstinere debet 7. aut 5. aut 3. dies. Burch. l. 19 c. 22.

Ex lib. II. Reginonis de Ecclesiasticis Disciplinis. Qui per faidam hominem occiderit.

Ex pœnitentiali quo suprà.

XXIII. Qui pro vindicta fratris aut aliorum parentum occiderit hominem, annum unum pœniteat, *a* & sequentibus duobus tres quadragesimas observet & legitimas ferias, id est, secundam, quartam & sextam feriam. Burch. l. 6 c. 32.

a Ita pœniteat, ut homicidia sponte commissa, cùm ipsa veri-

tas dicat: mihi vindictam, & ego retribuam. *Idem habet pœnitentiale Romanum ex Theodoro* V. suprà.

De eadem re.

Ex eodem.

XXIV. Qui per iram & rixam & ebrietatem subito hominem occiderit, quatuor annos pœniteat.

De eadem re.

Ex eodem.

XXV. Si quis liber jubente Domino suo servum occiderit, quadraginta dies pœniteat. Et si quis liber jubente Domino suo hominem innocentem occiderit, annum unum pœniteat, & in duobus aliis annis tres quadragesimas observet & legitimas ferias.

Si aliquis ordinatus homicidium fecerit.

Ex pœnitentiali quo suprà.

Halitgar. lib. 6. c. 1. XLVI. Si quis Episcopus aut aliquis ordinatus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua.

Si quis consenserit vel consiliatus fuerit ut homo interficiatur.

Ex eodem.

Halitg. ibid. XLVII. Si quis ad homicidium faciendum consenserit & consilium dederit, & factum fuerit, septem annos pœniteat. Si verò non fuerit factum, tres annos pœniteat.

Si quis consanguineum suum occiderit aut seniorem.

Ex eodem.

XLVIII. Si quis proximum & consanguineum suum occiderit, decem annos pœniteat. Similiter si quis seniorem & Dominum suum dolo trucidaverit.

De his qui pro nihilo ducunt homicidium in bello perpetratum.

Ex pœnitentiali quo suprà

LI. Si quis hominem in bello publico occiderit quadraginta dies pœniteat.

De Clerico qui proximum suum occidit.

Ex eodem.

LII. Si Clericus homicidium fecerit & proximum suum occiderit odii meditatione, exul septem annis pœniteat.

De parricidis.

Ex eodem.

LIII. Si quis hoc crimen perpetraverit, quidam judicaverunt ut septem annis pœniteat, vel quatuordecim pœnitentiam egisset; quidam usque ad finem vitæ, sicut Cain, qui similia perpetraverit.

De femina cujus filius per negligentiam obierit non baptizatus.

Ex pœnitentiali quo suprà cap. XVII.

LXII. Pariens femina, cujus filius per negligentiam non baptizatus obierit, annum unum pœniteat, & nunquam sit sine aliqua pœnitentia. Si autem per negligentiam sacerdotis, require in primo libello cap. CXXIX.

Si qua mulier partum suum excusserit

Ex pœnitentiali eodem.

LXVI. Si qua mulier partum suum ante quadraginta dies in utero sponte perdiderit, annum unum pœniteat. Si verò post quadraginta dies eum occiderit, tres annos pœniteat. Si verò postquam animatus fuerit, eum perdiderit, quasi homicida pœniteat. Sed distat multum utrum paupercula pro difficultate nutriendi, aut fornicaria causa sit, & pro sui sceleris celandi faciat causâ.

De femina quæ virum per maleficium interficit.

Ex eodem pœnitentiali cap. xv.

LXXXII. Mulier, si aliquos interimit arte malefica, id est per poculum aut per aliquam artem, septem annis pœniteat. Si paupercula fuerit, quatuor annis pœniteat.

Quid si unus absolutus & alter copulatus adulterati fuerint.

Ex pœnitentiali unde suprà.

CXXXIV. Si quis vacans uxore, polluit se cum alterius uxore, annis duobus pœniteat. Similiter de feminis observandum.

Si uxoratus ancillam propriam tenuerit.

CXXXV. Si uxoratus ancillam propriam tenuerit, annum unum pœniteat, vel in alio anno tres quadragesimas & legitimas ferias, & tribus mensibus prius se à sua contineat conjuge. Ancilla verò, si vim passa est, quadraginta dies; si consentiens fuerit, tres in anno quadragesimas & legitimas ferias pœniteat.

Si Laicus cum laica femina fornicatus fuerit.

Ex eodem.

Burch. l. 5. c. 68.

CXXXVI. Si laicus cum laica femina, id est, uterque absolutus à lege conjugii, tres annos pœniteat; & quanto sæpius & negligentius ea peccata commiserunt, tanto magis & tempus addatur & modus pœnitentiæ.

De fornicatione diversarum personarum.

Ex pœnitentiali Romano *, Theodori Episcopi, & Bedæ Presbyteri.

Idem est quod suprà habet inquisitio 65. his verbis Pœnitential: Romanum, vel à Theodoro Episco.

CCXLVI. Adolescens si cum virgine peccaverit, annum pœniteat. Si semel & fortuito casu, levigetur ei pœnitentia, & tantùm usque ad annum plenum pœniteat. Si infra triginta annos adolescens fornicationem faciat, tres qua-

dragesimas & legitimas ferias. Si propter hoc peccatum servitio humano addicti sunt, quadraginta dies pœniteant. Si uxoratus cum virgine fornicatus fuerit, duos annos pœniteat, ita primùm omnium, ut à sua se contineat. Si ei consenserit, uxori etiam addatur modus pœnitentiæ. Si laicus cum laica fornicatus fuerit, tres annos pœniteat; & quanto sæpius, tanto magis tempus addatur. Laicus maculans se cum ancilla Dei, duos annos pœniteat. Si genuerit ex ea filium, annos tres pœniteat. Si sine conjugio est, tres quadragesimas & legitimas ferias. Si canonici sunt & fornicantur, annum unum; si frequenter duos. Qui in gradu est, annos tres pœniteat. Monachus sine gradu, vel canonicus gradum habens, si cum puella laica fornicati sunt, annos tres pœniteant. Si cum sanctimoniali, annos septem pœniteant. Monachi cum gradu fornicationem facientes, septem annos pœniteant. Si monachus laicam duxerit, tres annos pœniteat, illa duos & legitimas ferias. Si usque ad generationem filii, quatuor annos pœniteat. Si occiderit, septem annos pœniteat. Si Episcopus fornicatus fuerit, octo annos pœniteat. Alii judicaverunt duodecim annorum pœnitentiam. Post annum tertium leviùs pœniteat. Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor & tres quadragesimas in anno, & ferias quartam & sextam in pane & aqua. Si cum ancilla Dei fornicatus fuerit, septem annos pœniteat., Episcopus, Presbyter, & Diaconus, si in fornicatione, perjurio &c. *a*

po, aut à venerabili Presbytero Beda editum.

Burch. l. 17. c. 39.

a Ut suprà in prima collectione capitulorum Theodori.

Item de incestis.

CCXLVII. Si adolescens sororem suam duxerit, quinque annos pœniteat. Si matrem, septem annos. Et quandiu vixerit, nunquam sit sine * continentia.

* Pœnitentia.

Item alii.

Qui cum matre fornicatus fuerit, quindecim annos pœniteat. Qui cum filia vel sorore fornicatus fuerit, ab omni carne se abstineat, & quindecim annos pœniteat. Si mater cum filio suo parvulo fornicata fuerit, tres annos abstineat se

H iij

à carne, & diem unum in unaquaque hebdomada jejunet usque ad vesperam.

Item.

Qui habet matrem & filiam, duas sorores, uxorem patris & fratris, patruelis aut avunculi, neptem aut consobrinam, aut qui in prima, secunda, vel tertia generatione juncti sunt, istis volumus indicare ut separentur. Et propter novellam plantationem Ecclesiæ, ut septem annos agant pœnitentiam, tres primos annos tres dies in hebdomada, id est, feria secunda, & quarta, & sexta, quadraginta dies ante pascha, viginti ante missam sancti Johannis, viginti ante Natale Domini. Quatuor verò reliquos annos, feria quarta & sexta, & quatuordecim noctes ante missam sancti Iohannis & alias ante Natale Domini. Si se redimere vult, donet unum denarium aut pretium unius denarii pro uno die. Si pauper est, donet dimidium denarium.

De sordidatione puerorum.

CCXLVIII. Pueri se manibus invicem coinquinantes, quadraginta dies pœniteant, majores verò centum dies. Pueri se inter femora sordidantes, centum dies pœniteant, majores tres quadragesimas & legitimas ferias. Parvulus à majore oppressus, septem dies pœniteat. Si consenserit, viginti dies. Puer voluntarie se polluens, triginta dies, juvenis verò quadraginta dies pœniteat.

De menstruis abstinendis, &c.

CCXLIX. Qui cum muliere menstruata nupserit, quadraginta dies pœniteat. Si quis cum uxore sua retrò nupserit, quadraginta dies pœniteat. Si in terga nupserit, tres annos: quia sodomiticum scelus est. Viri inter femora fornicantes, annum unum pœniteant. Si in terga, tres annos. Si pueri sunt, duos annos pœniteant.

De mulierum fornicatione.

Burch. l. 17. c. 27. ex

CCL. Mulier quocunque molimine aut in seipsa aut cum

altera fornicans, tres annos pœniteat. Pœnitentia. li Theodori sanctum.

Unde suprà.

Si sanctimonialis cum alia sanctimoniali per aliquod machinamentum fornicatur, septem annos pœniteat. Burch. lib. 17. c. 28. ex pœnit. Theod.

De illecebroso amplexu.

CCLI. Qui per inlecebrosos amplexus feminæ vel per osculum polluitur, triginta dies pœniteat. Qui tetigerit inverecunde carnem ejusdem feminæ, tres menses pœniteat. Qui per turpiloquium polluitur, septem dies pœniteat. Presbyter si osculatus fuerit feminam per immundum desiderium, viginti dies pœniteat. Si inquinatus fuerit, quadraginta dies pœniteat. Qui in Ecclesia per somnum polluitur, tres dies pœniteat. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat, & cantet septem psalmos pœnitentiales, & dies triginta. Qui peccare voluerit in somnis, & non fuerit pollutus, triginta quatuor psalmos cantet. Burch. l. 7. c. 42.

De fundendo semen.

CCLII. Clericus si semen fuderit non tangendo, septem dies pœniteat. Si tangit cum manu, viginti dies. Si Diaconus, triginta dies. Si presbyter, hebdomadas quatuor. Presbyter, si semen fuderit per cogitationem, septem dies pœniteat. Monachus similiter. Qui voluntarie semen fudit in Ecclesia, si Clericus est, quatuordecim, si Monachus aut Diaconus triginta dies, si Presbyter, quadraginta, si Episcopus, quinquaginta dies pœniteat. Burch. l. 17. c. 41.

De quadrupedum fornicatione.

CCLIII. Qui cum pecude peccat, annum unum. Quidam judicant annos decem, quidam septem, quidam quatuor, quidam centum dies. Si quis Clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, subdiaconus tres, Diaconus & monachus quinque, Presbyter septem, Episcopus decem pœniteat. Burch. l. 17. c. 32.

De Sodomitis.

Burch. l. 17. c. 34. CCLIV. Qui fornicaverit, ſicut Sodomitæ, quidam judicaverunt decem annos, quidam ſeptem, alii unum. Pueri centum dies. Alii judicaverunt, ſi in conſuetudine eſt, laicus annos quinque, Clericus ſeptem, ſubdiaconus & monachus octo, Diaconus decem, Preſbyter duodecim, Epiſcopus tredecim pœniteat.

ABHINC DE FURTO ET RAPINA.

Ex Pœnitentiali unde ſuprà.

CCLXV. Qui cupiditate captus furtum fecerit, quod abſtulerit reddat, & annos quinque pœniteat.

De eadem re.

Ex eodem.

CCLXVII. Qui ſæpe furtum fecerit, ſeptem annos pœniteat.

Unde ſuprà.

CCLXVIII. Si quis ſepulcrum violaverit, ſeptem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua.

De eadem re.

Ex eodem pœnitentiali.

CCLXXV. Si aliquis de miniſterio Eccleſiæ quolibet modo aliquid furatus fuerit, ſeptem annos pœniteat.

De perjurio.

Ex eodem pœnitentiali.

Burch. l. 12. c. 8. CCCXXIV. Quicumque ſciens perjuraverit, ſeptem annos pœniteat, & poſt hæc communionem accipiat.

Ex

Ex pœnitentiali ut suprà.

CCCXXV. Si quis perjuraverit, ultrà ad sacramentum non admittatur.

De eadem re.

Ex eodem.

CCCXXVI. Si quis suspicatur quòd ad perjurium inducitur, & tamen ex consensu jurat, duos *a* annos pœniteat. Burch. l. 12. c. 8

a IX. dies pœniteat, & VII. sequentes annos, & nunquam sit sine gravi pœnitentia.

Vnde suprà.

CCCXXVII. Si quis perjuraverit per cupiditatem, omnes res suas vendat, & pauperibus distribuat, & monasterium ingressus jugi pœnitentiæ se subdat. Burch. l. 12. c. 3.

Vnde suprà.

CCCXXVIII. Si quis perjurium fecerit, laici annos tres, Clerici quinque, Subdiaconi sex, Diaconi octo, Presbyteri decem, Episcopi duodecim annos pœniteant.

De incantatoribus, maleficis, & sortilegis.

Ex pœnitentiali quo suprà.

CCCLV. Qui nocturna sacrificia dæmonum celebraverint, vel incantationibus dæmones invocaverint, capite puniantur. Burch. l. 10. c. 32.

CCCLVI. Qui auguriis vel divinationibus inserviunt, quinque annos pœniteant. Immissores tempestatum septem annos pœniteant.

CCCLVII. Mulier si divinationes vel incantationes diabolicas fecerit, annum unum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies secundum qualitatem delicti.

CCCLVIII. Auguria, vel sortes quæ dicuntur falsè sanctorum, vel divinationes, qui eas observaverit, vel quarumcunque Scripturarum, vel vota voverit vel persolverit ad arborem, vel ad lapidem, vel ad quamlibet rem excepto ad Ec- Burch. l. 10. c. 9.

clesiam omnes excommunicentur. Si ad pœnitentiam venerint, Clerici annos tres, Laici unum & dimidium pœniteant.

De morticinis.

Ex pœnitentiali quo suprà.

Burch. l. 19. c. 88. CCCLXIX. Qui manducat carnem immundam, aut morticinum, aut dilaceratum à bestia, quadraginta dies pœniteat. Si quis necessitate famis cogente manducavit, multo levius pœniteat.

CCCLXX. Qui fraudatum, raptum, vel furatum sciens manducat, si pauper est, septem dies, si potens, quadraginta dies pœniteat. Infirmi verò, si sciunt, quindecim dies pœniteant.

Burch. l. 19. c. 106. CCCLXXI. Qui comedit & bibit contaminatum à bestia domestica, id est, à cane vel cato, duos dies pœniteat.

De liquore.

Ex eodem.

Burch. l. 19. c. 106. CCCLXXII. Si quis dederit alicui liquorem aliquem in quo mus vel mustela mortui sunt, si laicus est, septem dies pœniteat. Si autem in cœnobio sunt, ducentos psalmos cantent. Qui postea noverit quòd talem potum bibit, unum psalterium cantet.

De sanguine.

Ex eodem.

CCCLXXIII. Si quis sanguinem alicujus animalis manducaverit, quadraginta dies pœniteat.

Item ut nullus sanguinem comedat.

CCCLXXIV. Admonendi sunt fideles, ut nullus præsumat sanguinem manducare. Nam in principio, quando homini licentia data est à Deo carnem manducandi, sanguinem interdictum legimus. Ait enim Dominus ad Noë & filios ejus:

Genes. 9. *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum, excepto quòd*

carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum & de manu hominis. Quod non solùm in lege veteri sæpissime inhibetur, verum etiam in novo testamento Apostoli primitivæ Ecclesiæ ex gentibus sub magna deliberatione scribunt ut abstineant se à contaminationibus simulacrorum & fornicatione & suffocatis & sanguine. Quod exponens Hieronymus dicit: *Iuxta litteram*, a inquit, *hæc præcepta conveniunt omni Christiano, ut morticinum non comedat, tam de avibus quàm de pecoribus, quorum nequaquam sanguis effusus est. Quæ necessario observanda Apostolorum de Ierusalem missa epistola monet. Et captum à bestia, quia & ipsum similiter suffocatum est.* Et sanguine, id est, non manducando cum sanguine. Si ergo de gentili vita venientibus pro ipsis fidei rudimentis & inveterata consuetudine gentilitatis hæc, quasi sibi ad salutem sufficerent, scripta sunt, quis transgressor hæc parvipendat. Simul & hoc considerandum, quòd idololatriæ & fornicationi suffocatũ & sanguis æquiparantur. Unde omnibus adnuntietur quantum piaculum sit sanguinem comedere; quod idolis & fornicationi comparatur. Si quis hæc Dominica & Apostolica præcepta violaverit, à communione Ecclesiastica suspendatur, usque digne pœniteat.

Hieronymus in Ezechielem cap. 45.

a Et juxta literam, omni generi electo, regali & sacerdotali, quod propriè ad Christianos refertur, qui uncti sunt oleo spiritali, de quo scriptum est: *Unxit te Deus tuus oleo exultationis pra participibus tuis*: hæc præcepta &c.

De liquore in quo mus ceciderit.

Ex pœnitentiali quo suprà.

CCCCXXXIV. Mus si ceciderit in liquorem, tollatur inde, & aspergatur aqua benedicta, & sumatur. Si verò mortua fuerit inventa, abjiciatur totus ille liquor. Quòd si multum est de liquore, purgetur ille liquor, & aspergatur aqua sancta, & sumatur, si necesse est. Si in farina aut in lacte coagulato aut in melle mus mortua invenitur, quod in circuitu ejus est foras projiciatur, reliquum sumatur.

Si quis sepulcrum violaverit, & cetera.

Unde suprà.

ccccxxxv. Si quis sepulcrum violaverit, septem annos pœniteat, tres in pane & aqua. Si quis ligaturas fecerit, quod detestabile est, tres annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua. Si quis manducaverit morticinum aut idolis immolatum, jejunet hebdomadas duodecim. Si quis quodlibet membrum sibi voluntarie truncaverit, tres annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua. Si quis usuras undecunque exegerit, similiter pœniteat. Si quis per violentiam aut quolibet ingenio malo ordine res alienas invaserit aut tulerit, similiter pœniteat. Si quis aliquem hominem malo ordine vendiderit, similiter pœniteat. Si quis aream aut domum alterius voluntarie igne cremaverit, similiter pœniteat. Si quis per iram aliquem percusserit, & sanguinem fuderit, aut debilem fecerit, quadraginta dies pœniteat in pane & aqua.

Si aliquis excommunicatus mortuus fuerit.

Unde suprà.

ccccxxxvi. Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus; qui jam sit confessus, & non occurrit venire ad sacerdotem, sed præoccupavit eum mors in domo aut in via, faciant pro eo parentes ejus oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captivis. *Cetera quæ sequuntur de eo qui furatus fuerit per necessitatem, & de redemptionis pretio, suprà relata sunt in prima collectione capitulorum Theodori.*

Burch. l. 11. c. 52.

II. EX BURCHARDO

Capitulis omissis quæ suprà relata sunt.

DE ILLIS QUI IN CODICIBUS FUTURA REQUIRUNT.

Ex pœnitentiali Theodori.

Ivo p. 11. c. 32.

LIB. x. cap. xxvi. In tabulis vel codicibus sorte futura non sunt requirenda. Et ut nullus in psalterio, vel in

Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus observare. Quod si fecerit, quadraginta dies pœniteat.

De illis qui in lingua lascivi fuerint.

Ex pœnitentiali Theodori.

Cap. LVI. Si quis lascivus in lingua fuerit, triduana pœnitentia expietur.

De illis qui pejerant se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, aut non consecrata.

Ex pœnitentiali Theodori.

Lib. XII. cap. V. Qui pejerat se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata 3. annos pœniteat. Si verô in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Qui autem seductus fuerit & ignorans se pejeraverit, & posteà cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

De Episcopo qui secundum naturam fornicatus fuerit, & de aliis.

Ex pœnitentiali Theodori.

Lib. XVII. cap. XXXIX. Si quis pontifex fornicationem fecerit naturalem, synodus judicavit ut X. annos pœniteat, & multis lacrymis & eleemosynis veniam à Domino petat. Presbyter non prælato monachi voto cum puella vel meretrice peccans, annos III. & in tribus quadragesimis secundam, & quartam, & sextam feriam, & sabbato semper de sicco cibo pœniteat. Si cum ancilla Dei aut masculo, plus addatur jejunium, id est septem annos, si in consuetudine est. Similiter Diaconi, si monachi non sunt, duos annos, sicut etiam monachi qui sine gradu sunt. Si Diaconi monachi sunt, septem annos: monachi cum gradu, septem annos pœniteant. Item Episcopus, si sine voto monachi cum puella vel meretrice peccaverit X. annos pœniteat. Clericus cum tali puella sine voto monachi, si fornicatus fuerit, unum annum pœniteat; si frequenter, duos annos. Si cum canonica, duos annos; si fre-

quenter, tres annos. Si genuerit ex ea filium, quatuor annos; Alii dicunt, septem. Theodorus dixit: Monachus fornicationem faciens, septem annos pœniteat.

Vt quotiescunque aliquis ad pœnitentiam accesserit, jejuniis, & orationibus cum eo communicare debeat.

Ex pœnitentiali Theodori.

Ivo p. 15. c. 36. Lib. XIX. cap. XXXIII. Quotiescunque Christiani ad pœnitentiam accedunt, jejunia injungimus; Et nos communicare cum eis debemus in jejunio, unam aut duas septimanas, aut quantùm possumus; ut non dicatur nobis, quod sacerdotibus Judæorum dictum est à Domino: *Væ vobis legisperitis, qui aggravatis homines, & imponitis super humeros eorum onera gravia & importabilia; ipsi autem uno digito vestro non tangitis sarcinas ipsas.* Nemo enim potest sublevare cadentem sub pondere, nisi inclinaverit ut porrigat ei manum: neque ullus medicorum vulnera infirmantium potest curare, nisi fœtoribus particeps fuerit; ita quoque nullus sacerdotum vel pontifex peccatorum vulnera curare potest, aut animabus peccata auferre, nisi præstante sollicitudine, & oratione lacrymarum. Necesse est ergo, fratres charissimi, vos sollicitos esse pro peccantibus, qui sumus alterutrum membra. Ideoque & nos si viderimus aliquem in peccatis jacentem, festinemus eum ad pœnitentiam per nostram doctrinam vocare. Et quoties dederis consilium peccanti, simul quoque da illi pœnitentiam statim, quantùm debeat jejunare aut eleemosynis redimere peccata: ne forte obliviscaris quæ tibi jam dixit, & iterum necesse sit tibi interrogare; & forsitan erubescet iterum peccata sua confiteri, & invenietur jam amplius judicari.

De illis qui cibum immunda manu tactum comederint, vel si canis aut aliquod animal immundum cibum tetigerit.

Ex pœnitentiali Theodori.

Cap. LXXXIX. Quod si casu quis immunda manu cibum tangit; vel si canis, musve, aut animal immundum sanguinem hominis edit, non nocet: Et qui pro necessitate fa-

mis manducat animal quod immundum videtur, vel avem vel bestiam, misericorditer poeniteat.

De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est ad mortem.

Ex pœnitentiali Theodori.

Qui reticuerit delictum fratris quod est usque ad mortem, neque eum corripuerit juxta regulam Evangelicam, primo inter se & ipsum solum, deinde inter alios, deinde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit, & quanto tempore fuit tanto pœniteat.

De illis qui ad confessionem veniunt, necesse est ut primum de livore invidiæ & avaritiæ interrogentur.

Cap. CXLIV. Sane quia de livore invidiæ, & de ira, necnon & de avaritia ut superius digestum est, oriuntur homicidia, recte ut arbitror censuimus de ipso vitio primum qualiter sacerdotali judicio canonice penitus sit corrigendum ostendere: ac deinde secundum ordinem vitiorum ita remedium subsequatur, quo facilius undecunque pœnitens purgari voluerit, sine dilatione in singulis capitulis inveniatur.

III. EX IVONE.

De illis qui per amorem venefici fiunt.

Ex pœnitentiali Theodori.

XV. P. cap. CXVI. Si quis per amorem veneficus fit, & neminem perdiderit. Si Clericus est, unum annum pœniteat in pane & aqua. Si Subdiaconus, duo. Si Diaconus tres, unum ex his in pane & aqua. Si laicus & dimidium annum pœniteat, maximè si per hoc mulieris partum deceperit quisque tres annos unusquisque superaugeat in pane & aqua, ne homicidii reus sit. *Cetera suprà notata sunt.*

IV. EX GRATIANO.

Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus perjurat.

Ex pœnitentiali Theodori.

Causa XXII. q. 5. c. 3. Si quis coactus pro vita redimenda,

vel pro qualibet causa, vel necessitate perjurat: quia plus corpus, quàm animam dilexit, tres quadragesimas pœniteat. Alii verò judicant tres annos, unum ex his in pane & aqua.

Qui adulteræ debitum reddit, tribus annis pœniteat.

Ex pœnitentiali Theodori.

Causa XXXII. q. I. c. 7. Si quis uxorem suam scit adulteram, & non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat, & quandiu *a* pœnitet, abstineat se ab illa.

a In plerisque vetustis est, & quandiu illa pœnitet, *ut notant corr. Grat.*

Sufficit illa confessio quæ primùm Deo, deinde sacerdoti offertur.


Unde Theodorus Cantuariensis ait in pœnitentiali suo.

Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, * ut Græci. Quidam verò sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota fere sancta Ecclesia. Quod utrumque non sine magno fructu fit intra sanctam Ecclesiam: ita dumtaxat, ut Deo qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum est, ut cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci & injustitiam meam non abscondi. Dixi, confiteor adversum me injustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Sed tamen Apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quæ soli Deo fit, quod est justorum purgat peccata. Ea verò quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgantur peccata. Deus namque salutis & sanctitatis auctor & largitor plerumque hanc præbet suæ pœnitentiæ medicinam invisibili administratione, plerumque medicorum operatione. *Cetera suprà relata sunt.*

Nota Correct. Grat.

Burch. etiam, & Ivo caput hoc citant ex Theodoro. Ut Græci. *Hæc verba itemque illa:* Ut tota ferè sancta Ecclesia. *Et illa*

illa : Et hoc perfectorum est. *Et illa :* Quod est justorum, *absunt, quemadmodum à capitularibus adjectis can.* LVIII. *ita etiam à Concilio Cabilonensi* II. *can.* XXXIII. *Quænam verò fuerit disciplina in Ecclesia Theodori satis superque declarant hæc ultima verba veteris codicis de pœnitentiali :* Reconciliatio ideo in hac provincia non est, quia & publica pœnitentia non est. *Unde licet judicare quid sentiendum sit de pluribus capitulis quæ Theodoro tribuuntur.*



FRAGMENTA EX QUIBUSDAM CODICIBUS MSS.

I. EX POENITENTIALI MAGISTRI Bartholomei Oxoniensis Episcopi, cujus apographum mecum communicavit D. Tonelerius Bibliothecæ S. Victoris moderator vigilantissimus.

DE INFIRMIS IN PERICULO MORTIS CONTITUTIS

Ex Pœnitentiali Theodori.

CAp. XLVIII. Ab infirmis in periculo mortis positis per Presbyteros pura inquirenda est peccatorum confessio, non tamen imponenda est illis pœnitentiæ quantitas, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus & eleemosynarum studiis pondus sublevandum ; si fortè migraverint, ne obligati à communione alieni vel consortio veniæ fiant. A quo periculo si divinitus erepti convaluerint, pœnitentiæ modum à suo confessore impositum diligenter observent. Et ideo secundùm canonicam auctoritatem, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus Ecclesiasticis sacra cum unctione olei animati, secundùm statuta

Hucusque Burch. lib. 18. c. 14. sanctorum Patrum communione viatici reficiantur. * Si autem peccatum mortale fuerit sed occultum, innotescenda eis pœnitentia, quæ imponeretur, si peccatum publicum esset; sed nulla sunt imponenda quæ observari absque peccati publicatione non possunt, quale est extra Ecclesiam pœnitere, & similia quæ nonnisi laicis & publicè peccantibus sunt injungenda. Ex hoc verò intelligant ad quid teneantur ex merito, vel quantùm eis parcatur, eo quòd per secretam confessionem facti sunt ipsorum primi accusatores: & ut pro erubescentia quam sustinerent in publica pœnitentia, abundantiorem cordis contritionem & devotionem, cum charitatis operibus recompensent.

II. EX INTERROGATIONIB. AD CONFESSIONEM DANDAM, quæ subjiciuntur antiquissimæ canonum collectioni codicis V. Cl. Antonii Vionis Domini Herovallii.

Theodorus dixit.

MOnachus *a* fornicationem faciens cum puella, tribus annis pœniteat. Si cum sanctimoniali, septem annis pœniteat. Laicus maculans se cum ancilla Dei, duobus. Si genuerit ex ea filium, tribus annis: Si sine concubitu tribus quadragesimis. Quidam quadraginta dies judicant.

a V. Canones Bedæ ad remedia peccatorum. Lib. pœnit. 1. Andeg. edit. J. Morino in appendice l. de Pœnit.

III. EX COLLECTIONE CANONUM, *Quæ servatur in Bibliotheca S. Victoris.*

CAP. CONTRA SIMONIAM. Ex Theodoro.

Ut nullus ordinatus de ministeriis Ecclesiæ aliquid vendere præsumat.

SI quis Presbyter, aut Diaconus inventus fuerit de ministeriis Ecclesiæ aliquid venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione Ecclesiæ non haberi. Judicio tamen Episcopi dimittendum est, sive sit dignus, sive indignus, in suo recipi gradu.



TITULI CAPITUM LIBRI POENITENTIALIS THEODORI

Quos Henricus Spelman edidit in Concil. Anglican. tom. 1.

HAbetur, *inquit*, in celebri Bibliotheca S. Benedicti Cantabrigensis, liber iste pœnitentialis Theodori Archiepiscopi Doroberniæ : sed cùm prolixior sit, quàm ut commode hîc inseratur, nec facile concedatur venia transcribendi totum codicem, nos capitula solummodo vel potius capitulorum fastigia annectemus.

I. De initio creaturæ.

II. Præcepta Legalia.

III. Dogmata Evangelica secundùm Matthæum.

IV. Secundùm Marcum.

V. Secundùm Lucam.

VI. Secundùm Joannem.

VII. Qualiter apud Orientales provincias Germaniæ atque Saxoniæ pro diversis criminibus pœnitentiæ observatur modus.

VIII. De temperatia pœnitentium.


IX. De diversis homicidiis.

X. Item de Pœnitentia.

XI. De pœnitentibus ut à Presbyteris non reconcilientur, nisi præcipiente Episcopo ex Concilio Africano.

XII. Item ex Concilio Carthaginensi de eadem re.

XIII. De capitalibus criminibus.



QUÆDAM CAPITULA

A R. AC DOCTISSIMO D. LUCA DACHERIO

EDITA SPICIL. TOM. IX.

Cum Pœnitentiali Theodori collata & emendata.

IN *capitulis Theodori legitur cap. VIII.* Laborant excepto Dominico die. *In pœnitentiali :* Et laborant sive dominico die. *Vide notas.*

In cap. xiii. In tertia provicinitate provinciæ carnis, secundum Græcos licet nubere. *In Pœnit.* In tertia propinquitate carnis.

In eodem capitulo : In tertia provincia non licet uxorem alterius post obitum ejus habere. *In pœnit.* In tertia tamen propinquitate non licet.

In cap. xix. Et propinquis ejus oportet jejunare quinta die. *In pœnit.* Et propinquos ejus oportet jejunare septem diebus.

In cap. xxiii. Similiter & pecora, si necesse est, pro eo æquali. *In pœnit.* Similiter pecora æquali pretio possunt mutari, si necesse sit.

In cap. xxv. In cœna verò Domini incenditur in natale sanctorum pro reverentia diei. *In pœnit.* Incensum Domini incendatur in natali sanctorum pro reverentia diei.

In cap. xxix. In illa die ante natale Domini &c. man-

ducant Romani; Græci dicto vespere missam cantant. *In pœnit.* manducant Romani; Græci verò dicta vespere missa cœnant.

In cap. xlii. Clericis nullatenus pugnare licet, nisi in multitudine aut consilio servorum Dei. *In pœnit.* multorum licet sit consilio servorum Dei. *Vide notas.*

In cap. xlvi. Nec Episcopus debet violenter in loco.. *In pœnit.* Nec Epscopus debet violenter retinere Abbatem in loco suo.

In cap. xlviii. Et dimittat in priore loco Presbyterum: *In pœnit.* Et dimittat in priorem locum.

In cap. lxxiv. Si prægnantem mulierem comparat aliquis prius liberam, liber est; qui generatus est, servus: *In pœnit.* Si prægnantem mulierem quis comparat, liber est ex ea generatus. *Vide notas.*

In cap. lxxvi. Ille infirmatus, si illa infirmata, omnino consensu amborum separentur. *In pœnit.* Vel ille infirmatus, seu illa infirmata, tamen nisi cum consensu amborum non separentur.

In cap. lxxxix. Episcopus & Abbas hominem sceleratum servum possunt habere. *In pœnit.* hominem scelerati servum possunt habere.

In cap. xc. Ibique missas pro eis celebrare; deinde cum cantatione ad sepulturas. *In pœnit.* Deinde cum cantatione portare ad sepulturas.

In cap. cii. Desponsatam puellam non licet parentibus tradere alicui, nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet. *In pœnit.* Puellam desponsatam non licet parentibus dare alii viro, nisi illa omnino resistat: tamen ad monasterium licet ire, si voluerit.

In cap. cx. Qui evangelium tantum legit, CULPAM super humerum ponit, non sic in ceteris lectionibus. *In pœnit.* Presbyter si responsoria cantat in missa, CAPPAM suam non tollat, sed evangelium legens super humeros ponat.

Sic capitula quæ vix intelligi poterant, ope veterum codicum pœnit. ita emendantur; ut ex eis verus ac certus sensus nunc facile deprehendatur.

POENITENTIALE

NOSTRUM CUM QUISBUDAM CAPITULIS, ET CANONIBUS EX IPSO POENITENTIALI THEODORI EXCERPTIS COLLATUM.

Vnde Colliguntur non solum variæ lectiones, sed etiam auctoritates maximi momenti, quibus ipsius Pœnitentialis veritas & auctoritas comprobantur.

CAP. I. POENITENTIALIS.

IN Ecclesia, ubi mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sacrificare non licet. *Aliter ex capitulis à R. D. Luca Acherio editis, habet cap. lxviii.* In Ecclesia sanctificata nulli mortui sepeliuntur. Si autem ibi mortui, antequam fuerit sanctificata, sepulti sunt, non sanctificetur.

Sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsa & rasis vel lotis lignis ejus reædificetur. Si hæc consecrata prius fuit, missas in ea celebrare licet, si religiosi ibi sepulti sunt. *Alias ex eodem capitulo suprà notato:* Si inde mutata fuerit in altero loco, vel laventur tabulæ; quæcumque etiam Ecclesia mutata fuerit in alio loco, iterum sanctificetur: Si verò in ipso loco, & ei mutata fuerit, aqua aspergetur sancta. *Sed ex Concilio Agrippinensi Burchardus, Ivo & Gratianus, ut legitur in pœnitentiali, referunt his paucis mutatis: Burch. lib. III. c. XXXVIII. ex Concilio Agrippinensi c. xxiii.* inde evulsis corporibus & rasis parietibus &c. *Grat. decret.* III. *p. dist. I. c. xxviii.* & rasis parietibus vel tignis ejus loci.

Si verò paganus, sic mundare & jactare foras melius est. *al. cap. xxxvi.* gentiles mortui de locis sanctorum ejiciendi sunt. *Burch. lib. iii. c. xiii. Ivo p. iii. c. xv. Grat. Decret. iii. p. D. I. c. xxvii. ex Concilio Aurelianensi c. iii.* Ecclesiam, in qua paganus sepul-

sepultus est, non liceat consecrare, neque missas in ea celebrare; sed jactari foras, & mundari oportet.

Laïcus non debet in Ecclesiis lectionem, nec alleluia dicere, sed psalmos tantum aut responsoria sine alleluia. *In cap. xxvii. transponuntur verba. Apud Burch. verò l. viii. c. lxxxvii. Ivo p. iii. c. cv. eodem ordine quo jacent in pœnit. leguntur, ac citantur ex Concil. Mogunt. c. xviii.*

CAP. II. POENIT.

Episcopo licet in campo confirmare, si necesse sit. *Burch. lib. iv. c. lxviii. ex Concilio Remensi. c. x.* Episcopo liceat in campo, si necesse sit, confirmare.

Episcopus non debet Abbatem cogere ad synodum ire, nisi etiam aliqua rationabilis causa sit. *Burch. l. viii. c. lxxiii. ex Concilio Turonensi. c. ii.* Episcopus non debet Abbatem cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa consistat.

Si quis presbyter ordinatus deprehendit se non esse baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos priùs baptizavit. *cap. lxvii.* Quicunque dubitat de baptismo, iterum baptizetur. *Burch. lib. iv. c. lxxiv. Ivo p. i. c. cclxviii. Gr. decret. ii. p. c. i. q. i. c. ix.* Si presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum. *Ivo ex concil. apud Compend. c. v. addit quod habet vet. cod. p.* Et omnes quos prius baptizavit.

Non licet Diacono, laico pœnitentiam dare. Sed Episcopi aut Presbyteri dare debent. *cap. xliii.* Non licet Diacono alicui judicare pœnitentiam, sed Episcopis aut presbyteris. *Ad marg. ponitur emendandi causa.* Indicere. *Hoc tamen vocabulo*: Judicare pœnitentiam, *alibi utitur Theodorus in cap. de Abbat.* Nec libertas monasterii est pœnitentiam secularibus judicare. *Et post Theod. Conc. Germanicum* 1. *c.* 11. Et unusquisque præfectus unum prebyterum qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam possit. *Concil Vermeriense c. i.* Sed pœnitentiam ejus judicamus. *Regino l. i. de Eccl. discip. c. xcv.* Sic nec pœnitentium judicia alii usurpare debent. *Quod repetitur à Burch. lib. xix. c. cliii. Atque hoc idem habet antiquissimus codex ordinis Romani in Bibliotheca Abbatis*

Constantini Gætani, ex quo V.C.I. Morinus hæc verba citata retulit lib. iv. pœnit. cap. xviii.

CAP. III. POENIT.

In ordinatione Episcopi debet missa cantari ab ipso Episcopo ordinante. *Cap. Theod. I.* In ordinatione Episcopi, vel Presbyteri, sive Diaconi vel Subdiaconi oportet Episcopum missam agere. *Burch. l. i. c. ccxxv. Ivo p. iv. c. cccxxxviii. ex dictis Theod. Arch.* In ordinatione Episcopi, ipse qui ordinat missam celebrare debet, & qui ordinatur similiter.

CAP. IV. POENIT.

Nullum perfectum credimus in baptismo, confirmationem Episcopi non disputamus; tamen in Nicæna synodo fuit chrisma constitutum. *Cap. iv.* Nullum perfectum credimus in baptismo sine confirmatione Episcopi: tamen non desperamus.

Pannos chrismatos iterum super alium baptizatum imponi non est absurdum. *Burch. l. iv. c. xciv. ex Concil. apud Bellovacum c viii.* Si quis voluerit chrismatis pannum iterum linire, & super alium baptizatum mittere, non est absurdum. *Gr. decret. ii. p. D. iv. c. cxxi.* Chrismate pannum.

In catechumenæ & baptismate & confirmatione unus potest esse pater, si necesse sit. Non est tamen consuetudo. Per singula singuli suscipiunt. *Burch. l. iv. c. xxiv. ex Conc. Mogunt.* In cathecumenæ & in baptismo & in confirmatione unus pater potest fieri, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana. Sed per singula singuli suscipiunt.

Non licet alium suscipere qui non est baptizatus. *Burch. l. iv. c. xxvi. ex Concil. Mogunt. c. ii.* In baptismo vel in chrismate non potest alium suscipere in filium, qui non est baptizatus vel confirmatus. *Idem apud Ivo. p. i. c. ccxx.*

Non licet baptizatis cum catechumenis manducare: quanto magis gentilibus. *Burch. l. iv. c. xcv.* Catechumeni manducare non debent cum baptizatis, neque osculum eis dare, quanto minus gentilis.

CAP. V. POENIT.

Sed licet Dionysius Areopagita dicat blasphemiam Deo facere, qui missas offert pro malo homine, Augustinus tamen dicit pro omnibus Christianis hoc esse faciendum, quia hoc vel eis proficit aut offerentibus aut petentibus. *Cap. lvi.* Blasphemias Domino agit, qui missas Domino offert pro malo homine. Augustinus dicit omnibus Christianis esse faciendum quod vel ei proficit, aut offerenti, aut viventes consoletur. *Burch. & Ivo legerunt quod est in vet. cod. pœn. his tantum mutatis:* quia vel eis proficit aut offerentibus, aut petentibus proderit. *Apud Burch. l. iii. c. lxv. & apud Ivo. l. iii. c. lxvii.* quia vel eis proficit, aut offerentibus proderit.

CAP. VI. POENIT.

Monacho non licet votum vovere sine consensu Abbatis; sin minus, frangendum est. *Burch. l. viii. c. ix. Ivo p. vii. c. xxxii. & Grat. decret. ii. p. caus. xx. q. iv. c. ii. ex dictis Basilii*: Monacho &c. Si autem voverit, frangendum erit.

CAP. VII. POENIT.

Mulieres non velent altare de corporali: nec oblationes super altare, neque calicem ponant: neque stent inter ordinatos in Ecclesia: neque in convivio sedeant inter sacerdotes. *Burch. l. viii. c. lxxxiv. ex Concilio Remensi præsente Ludovico Imper. c. v.* femina non det pœnitentiam, nec corporale cum oblatione, nec calicem super altare ponat, nec inter ordinatos stet in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in convivio.

CAP. VIII. POENIT.

Græci carnes morticinorum non dant porcis. Pelles tamen ad calceamenta & lanam & cornua accipere licet, non ad aliquid sanctum. *Capit. x.* Græci autem morticinam non dant porcis suis. Pelles verò morticinorum ad calceamenta &c. licent accipi: sed non &c.

CAP. XI. POENIT.

Mulier tribus mensibus abstineat se à viro suo quæ concepit ante partum, & post tempus purgationis, hoc est, quadraginta diebus & noctibus sive masculum & feminam genuerit. *cap xxi.* mulieres menstruo tempore non intrent Ecclesiam, neque communicent nec sanctæmoniales nec laicæ. Si præsumant, tribus hebdomadibus pœniteant quæ intrant Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, id est, *xl.* diebus.

Legitimum conjugium non licet separare sine consensu amborum: potest tamen alter alteri licentiam dare accedere ad servitutem Dei in monasterio, & sibi nubere, si in primo conjugio erat secundum Græcos. *Regino lib. II. de Eccl. disc. c. cvii. ex dictis Hieronymi:* Additur quintum, quando sive vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alteri accipere novum conjugium, sed puerum vel puellam. *Vide excerp. Egberti Eborac. Arch. c. cxviii. Item canon Africanensis:* Legitimum igitur conjugium non licet separari sine consensu amborum: potest tamen alter alteri cum consilio Episcopi licentiam dare ad servitutem Dei accedere. Quidam etiam dicunt. Sive vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alterum accipere novum conjugium, sed puellam vel puerum, si continens esse non poterit; quod non laudo. *Idem addit Theodorus aliis verbis:* Et tamen non est canonicum. *Quicunque attente perlegerit Hieronymum & canones conc. Afric. non diffitebitur hæc citata ex Hieronymo & canone Afric. ad Theodorum potius pertinere.*

Muliere mortua licet viro post mensem alterum accipere. Mortuo viro post annum licet mulieri alterum tollere virum. *Excerpt. Egb. Ebor. c. cxvi. Synodus dixit:* muliere mortua licet viro post mensem accipere alteram: post annum verò licet mulieri accipere alterum virum.

Si mulier discesserit à viro suo despiciens eum, & nolens reverti & reconciliari viro, post quinque annos cum consensu Episcopi aliam accipere liceat uxorem. *Excerpt. Eborac. Archiep. c. cxxii. Canon dicit:* Si mulier discesserit à viro suo, &c.

poſt quinque vel ſeptem annos, cum conſenſu Epiſcopi ipſe aliam accipiat uxorem, ſi continens eſſe non poterit, & pœniteat tres annos, vel etiam quamdiu vixerit; quia juxta ſententiam Domini, mœchus comprobatur.

Si in captivitate per vim ducta redimi non poteſt, poſt annum alterum accipere. Item ſi in captivitate ductus fuerit vir ejus, quinque annos expectet. Similiter autem & mulier, ſi talia contigerint. *Excerpt. Egb. Eborac. Arch. c. cxxii. Canon dicit:* Si cujus uxor in captivitatem ducta fuerit, & ea redimi non poterit, poſt annum ſeptimum alteram accipiat. Et ſi poſtea propria, id eſt prior mulier de captivitate reverſa fuerit, accipiat eam, poſterioremque dimittat. Similiter autem & illa, ſicut ſuperiùs diximus, ſi viro talia contigerint, faciat.

Duo quoque fratres duas ſorores in conjugio poſſunt habere; & pater filiuſque, matrem & filiam. *Cap. lxxv.* Patri & filio matrem & filiam licet in matrimonio habere.

Si vir & mulier conjunxerint ſe in matrimonio, & poſtea dixerit mulier de viro ſuo, non poſſe; ſi quis poterit probare quod verum ſit, accipiat alium virum. *Rhaban. in ep. ad Heribaldum cap. xxix. Nõn cum auctoritate, ſed de quorundam ſtatutis reſpondemus, in quibus ſcriptum eſt:* Vir & mulier ſi ſe conjunxerint matrimonio, & poſtea dixerit mulier de viro quòd non poſſit ei nubere, ſi poteſt probare per juſtum judicium quòd verum ſit, accipiat alium. *Regino lib.* II. *c. ccxlii.* quòd non poſſit coïre cùm ea. *Addit Burch. l. ix. c. xl.* Si autem ille aliam acceperit ſeparentur. *Ivo p. viii. c. lxxix.* Accipiat alium: eo quòd juxta Apoſtolum non potuit illi reddere vir ſuus debitum.

Puellam deſponſatam non licet parentibus dare alii viro, niſi illa omnino reſiſtat; tamen ad monaſterium licet ire ſi voluerit. Illa autem deſponſata, ſi non vult habitare cum eo viro cui eſt deſponſata, ei pecunia quam dedit, & tertia pars addatur. *cap. lxxxi.* Deſponſata mulier viro; deinde non vult habitare cum ea, reddat pecuniam quæ ipſi datur, & tertiam partem ſubſtantiæ addat. *Priora verba ut in vet. cod. pœnit. leguntur apud Burch. lib. viii. exceptis his verbis quæ deſunt:* niſi illa omnino reſiſtat.

M iij

CAP. XII. POENIT.


Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxit: postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi quæ in servitio est, libero licet ingenuam conjungere. *cap. lxxi.* si servus sit, & ancilla domini servum illum liberum non vult cum illa nubere, dimitte accipere, si illa non potuerit ad eum. *Quæ verba nimium depravata ad genuinum & apertum sensum restituuntur præcedenti lectione vet. cod. pœnit. quam rectam esse confirmant excerptiones Egberti Eborac. cap. cxxiv. canon dicit:* Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonio conjunxerit, postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi qui in servitio est, libero licet, sicut quibusdam placet, ingenuam conjungere; sed tamen juxta sententiam Domini mœchus probatur.

CAP. XIII. DE POENIT.

Jejunio legitima tria sunt in anno: quadraginta ante Natale Domini, & post Pentecosten quadraginta dies. *Cap. c. ix.* Jejunia legitima sunt tria in quadragesimis.

Infirmis licet omni hora cibum & potum sumere, quando desiderant vel possunt, si opportunè possunt. *Burch. l. xviij. c. xx. ex concil. Mogunt. c. xx.* Infirmis licet omni horâ cibum potumque sumere, quotiescunque desiderant.





POENITENTIALE THEODORI

COLLATUM CUM QUIBUSDAM TESTIMONIIS, quæ ex eo deprompta laudantur sub nominibus suppositis Hygini Papæ, Fabiani &c. Atque hæc testimonia certo ac vero auctori Theodoro restituuntur.

CUm apud omnes viros doctos constet quæ vulgo laudantur ab auctoribus recentioribus sub nominibus Hygini Papæ, Fabiani, Eutychiani &c. esse supposita, & variis hinc inde excerptis testimoniis contexta; sufficit ea quæ pertinent ad Theodorum, ipsi ut vero ac certo auctori restituere, sicut jam plura aliis patribus à viris doctissimis restituta sunt.

Grat. decret. ij. p. Caus. xxvij. q. ii. c. xxvij. Desponsatæ puellæ non prohibentur monasterium eligere. Probatur itidem auctoritate EUSEBII PAPÆ dicentis; desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere: licet tamen illi monasterium eligere. *Illud est desumptum ex pœnit. Theod. in quæstionibus conjugiorum, ubi sic:* Puellam desponsatam non licet parentibus &c.


Decret. ij. p. caus. xxviij. q. i. c. ij. In fidelis potestate sit, post baptismum uxorem recipere, quam ante dimiserat. EX DECRETO EUTYCHIANI PAPÆ: Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate ejus erit eam habere, vel non habere. *Hoc pertinet ad Theodorum qui ita in quæstionibus conjug.* Si quis dimiserit gentilem uxorem. &c. Burch. l. ix. c. xix.

Apud Grat. sequitur c. iij. Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. IDEM EUTYCHIANUS PAPA: Simili modo, si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit Apostolus: infidelis si discedit, c. xx.

discedat. *Istud quoque est Theodori qui hæc subjungit:* Simili modo, si quis eorum baptizatus est, alter gentilis. &c.

Decret. ij. p. Caus. xxxv. q. ij. c. iij. Affines in quinta generatione copulari possunt: in quarta si fuerint inventi, non separentur. Item FABIANVS PAPA: De propinquis qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, & quintá generatione conjungantur: in quarta si inventi fuerint non separentur. In tertia verò propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Æqualiter vir conjungatur in matrimonio eis quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem suæ uxoris. *Eadem paulò pòst citat sub nomine* JULII PAPÆ *in eadem caus. & quæst. c. xiij. Sed ista pertinent ad Theodorum qui sic in quæst. conjug.* In tertia propinquitate carnis licet nubere secundum Græcos, sicut in lege scriptum est; in quinta secundum Romanos, tamen in tertia non solvunt, si pòst factum fuerit. Ergo in quinta generatione conjungantur. *Et sic de ceteris.*

Ex quibus omnibus patet maximæ auctoritatis esse Pœnitentiale Theodori, atque optimum codicem Ms. quo usi sumus.



CANONES

CANONES SELECTI

EX ANTIQVISSIMA CANONVM COLLECTIONE Codicis Herovalliani.

DE

DOCTRINA

ET

DISCIPLINA ECCLESIATICA;

Quæ in ſuperioribus monumentis propoſita eſt.

PRÆFATIO.



D exponendam Eccleſiaſticam diſciplinam quæ in ſuperioribus monumentis proponitur, aptiſſima eſt canonũ collectio, quam unà cum pluribus antiquis codicibus mss. de theſauro ſuo liberaliter mihi ſuppeditavit vir Clariſſimus Antonius Vion Dominus d'Herouval. Quæcunque enim ex ea ſelegimus aperte declarant varios ritus, qui in pœnitentiali Theodori ac ipſius capitulis leguntur etiam qui videntur maximè ſingulares, cum patrum teſtimoniis & antiquis utriuſque Eccleſiæ tum Orien-



QUÆDAM CAPITULA

A R. AC DOCTISSIMO D. LUCA DACHERIO

EDITA SPICIL. TOM. IX.

Cum Pœnitentiali Theodori collata & emendata.

IN *capitulis Theodori legitur cap. VIII.* Laborant excepto Dominico die. *In pœnitentiali :* Et laborant sive dominico die. *Vide notas.*

In cap. xiii. In tertia provicinitate provinciæ carnis, secundum Græcos licet nubere. *In Pœnit.* In tertia propinquitate carnis.

In eodem capitulo : In tertia provincia non licet uxorem alterius post obitum ejus habere. *In pœnit.* In tertia tamen propinquitate non licet.

In cap. xix. Et propinquis ejus oportet jejunare quinta die. *In pœnit.* Et propinquos ejus oportet jejunare septem diebus.

In cap. xxiii. Similiter & pecora, si necesse est, pro eo æquali. *In pœnit.* Similiter pecora æquali pretio possunt mutari, si necesse sit.

In cap. xxv. In cœna verò Domini incenditur in natale sanctorum pro reverentia diei. *In pœnit.* Incensum Domini incendatur in natali sanctorum pro reverentia diei.

In cap. xxix. In illa die ante natale Domini &c. man-

ducant Romani; Græci dicto vespere missam cantant. *In pœnit.* manducant Romani; Græci verò dicta vespere missa cœnant.

In cap. xlii. Clericis nullatenus pugnare licet, nisi in multitudine aut consilio servorum Dei. *In pœnit.* multorum licet sit consilio servorum Dei. *Vide notas.*

In cap. xlvi. Nec Episcopus debet violenter in loco. *In pœnit.* Nec Epscopus debet violenter retinere Abbatem in loco suo.

In cap. xlviii. Et dimittat in priore loco Presbyterum. *In pœnit.* Et dimittat in priorem locum.

In cap. lxxiv. Si prægnantem mulierem comparat aliquis prius liberam, liber est; qui generatus est, servus. *In pœnit.* Si prægnantem mulierem quis comparat, liber est ex ea generatus. *Vide notas.*

In cap. lxxvi. Ille infirmatus, si illa infirmata, omnino consensu amborum separentur. *In pœnit.* Vel ille infirmatus, seu illa infirmata, tamen nisi cum consensu amborum non separentur.

In cap. lxxxix. Episcopus & Abbas hominem sceleratum servum possunt habere. *In pœnit.* hominem scelerati servum possunt habere.

In cap. xc. Ibique missas pro eis celebrare; deinde cum cantatione ad sepulturas. *In pœnit.* Deinde cum cantatione portare ad sepulturas.

In cap. cii. Desponsatam puellam non licet parentibus tradere alicui, nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet. *In pœnit.* Puellam desponsatam non licet parentibus dare alii viro, nisi illa omnino resistat: tamen ad monasterium licet ire, si voluerit.

In cap. cx. Qui evangelium tantum legit, CULPAM super humerum ponit, non sic in ceteris lectionibus. *In pœnit.* Presbyter si responsoria cantat in missa, CAPPAM suam non tollat, sed evangelium legens super humeros ponat.

Sic capitula quæ vix intelligi poterant, ope veterum codicum pœnit. ita emendantur; ut ex eis verus ac certus sensus nunc facile deprehendatur.

POENITENTIALE
NOSTRUM CUM QUISBUDAM CAPITULIS, ET CANONIBUS EX IPSO POENITENTIALI THEODORI EXCERPTIS COLLATUM.

Vnde Colliguntur non ſolum variæ lectiones, ſed etiam auctoritates maximi momenti, quibus ipſius Pœnitentialis veritas & auctoritas comprobantur.

CAP. I. POENITENTIALIS.

IN Eccleſia, ubi mortuorum cadavera infidelium ſepeliuntur, ſacrificare non licet. *Aliter ex capitulis à R. D. Luca Acherio editis, habet cap. lxviii.* In Eccleſia ſanctificata nulli mortui ſepeliuntur. Si autem ibi mortui, antequam fuerit ſanctificata, ſepulti ſunt, non ſanctificetur.

Sed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde evulſa & raſis vel lotis lignis ejus reædificetur. Si hæc conſecrata prius fuit, miſſas in ea celebrare licet, ſi religioſi ibi ſepulti ſunt. *Alias ex eodem capitulo ſuprà notato:* Si inde mutata fuerit in altero loco, vel laventur tabulæ; quæcumque etiam Eccleſia mutata fuerit in alio loco, iterum ſanctificetur: Si verò in ipſo loco, & ei mutata fuerit, aqua aſpergetur ſancta. *Sed ex Concilio Agrippinenſi Burchardus, Ivo & Gratianus, ut legitur in pœnitentiali, referunt his paucis mutatis: Burch. lib. III. c. XXXVIII. ex Concilio Agrippinenſi c. xxiii.* inde evulſis corporibus & raſis parietibus &c. *Grat. decret.* III. *p. diſt. I. c. xxviii.* & raſis parietibus vel tignis ejus loci.

Si verò paganus, ſic mundare & jactare foras melius eſt. *al. cap. xxxvi.* gentiles mortui de locis ſanctorum ejiciendi ſunt. *Burch. lib. iii. c. xiii. Ivo p. iii. c. xv. Grat. Decret. iii. p. D. I. c. xxvii. ex Concilio Aurelianenſi c. iii.* Eccleſiam, in qua paganus ſepul-

ſepultus eſt, non liceat conſecrare, neque miſſas in ea celebrare; ſed jactari foras, & mundari oportet.

Laïcus non debet in Eccleſiis lectionem, nec alleluia dicere, ſed pſalmos tantum aut reſponſoria ſine alleluia. *In cap. xxvii. tranſponuntur verba. Apud Burch. verò l. viii. c. lxxxvii. Ivo p. iii. c. cv. eodem ordine quo jacent in pœnit. leguntur, ac citantur ex Concil. Mogunt. c. xviii.*

CAP. II. POENIT.

Epiſcopo licet in campo confirmare, ſi neceſſe ſit. *Burch. lib. iv. c. lxviii. ex Concilio Remenſi. c. x.* Epiſcopo liceat in campo, ſi neceſſe ſit, confirmare.

Epiſcopus non debet Abbatem cogere ad ſynodum ire, niſi etiam aliqua rationabilis cauſa ſit. *Burch. l. viii. c. lxxiii. ex Concilio Turonenſi. c. ii.* Epiſcopus non debet Abbatem cogere ad ſynodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa conſiſtat.

Si quis presbyter ordinatus deprehendit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos priùs baptizavit. *cap. lxvii.* Quicunque dubitat de baptiſmo, iterum baptizetur. *Burch. lib. iv. c. lxxiv. Ivo p. i. c. cclxviii. Gr. decret. ii. p. c. i. q. i. c. ix.* Si presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum. *Ivo ex concil. apud Compend. c. v. addit quod habet vet. cod. p.* Et omnes quos prius baptizavit.

Non licet Diacono, laico pœnitentiam dare. Sed Epiſcopi aut Preſbyteri dare debent. *cap. xliii.* Non licet Diacono alicui judicare pœnitentiam, ſed Epiſcopis aut preſbyteris. *Ad marg. ponitur emendandi cauſa.* Indicere. *Hoc tamen vocabulo*: Judicare pœnitentiam, *alibi utitur Theodorus in cap. de Abbat.* Nec libertas monaſterii eſt pœnitentiam ſecularibus judicare. *Et poſt Theod. Conc. Germanicum* 1. *c.* 11. Et unuſquiſque præfectus unum prebyterum qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam poſſit. *Concil Vermerienſe c. i.* Sed pœnitentiam ejus judicamus. *Regino l. i. de Eccl. diſcip. c. xcv.* Sic nec pœnitentium judicia alii uſurpare debent. *Quod repetitur à Burch. lib. xix. c. cliii. Atque hoc idem habet antiquiſſimus codex ordinis Romani in Bibliotheca Abbatis*

Constantini Gætani, ex quo V. C. I. Morinus hæc verba citata retulit lib. iv. pœnit. cap. xviii.

CAP. III. POENIT.

In ordinatione Episcopi debet missa cantari ab ipso Episcopo ordinante. *Cap. Theod. I.* In ordinatione Episcopi, vel Presbyteri, sive Diaconi vel Subdiaconi oportet Episcopum missam agere. *Burch. l. i. c. ccxxv. Ivo p. iv. c. cccxxxviii. ex dictis Theod. Arch.* In ordinatione Episcopi, ipse qui ordinat missam celebrare debet, & qui ordinatur similiter.

CAP. IV. POENIT.

Nullum perfectum credimus in baptismo, confirmationem Episcopi non disputamus; tamen in Nicæna synodo fuit chrisma constitutum. *Cap. iv.* Nullum perfectum credimus in baptismo sine confirmatione Episcopi: tamen non desperamus.

Pannos chrismatos iterum super alium baptizatum imponi non est absurdum. *Burch. l. iv. c. xciv. ex Concil. apud Bellovacum c. viii.* Si quis voluerit chrismatis pannum iterum linire, & super alium baptizatum mittere, non est absurdum. *Gr. decret. ii. p. D. iv. c. cxxi.* Chrismate pannum.

In catechumenæ & baptismate & confirmatione unus potest esse pater, si necesse sit. Non est tamen consuetudo. Per singula singuli suscipiunt. *Burch. l. iv. c. xxiv. ex Conc. Mogunt.* In cathecumenæ & in baptismo & in confirmatione unus pater potest fieri, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana. Sed per singula singuli suscipiunt.

Non licet alium suscipere qui non est baptizatus. *Burch. l. iv. c. xxvi. ex Concil. Mogunt. c. ii.* In baptismo vel in chrismate non potest alium suscipere in filium, qui non est baptizatus vel confirmatus. *Idem apud Ivo. p. i. c. ccxx.*

Non licet baptizatis cum catechumenis manducare: quanto magis gentilibus. *Burch. l. iv. c. xcv.* Catechumeni manducare non debent cum baptizatis, neque osculum eis dare, quanto minus gentilis.

CAP. V. POENIT.

Sed licet Dionysius Areopagita dicat blasphemiam Deo facere, qui missas offert pro malo homine, Augustinus tamen dicit pro omnibus Christianis hoc esse faciendum, quia hoc vel eis proficit aut offerentibus aut petentibus. *Cap. lvi.* Blasphemias Domino agit, qui missas Domino offert pro malo homine. Augustinus dicit omnibus Christianis esse faciendum quod vel ei proficit, aut offerenti, aut viventes consoletur. *Burch. & Ivo legerunt quod est in vet. cod. pœn. his tantum mutatis:* quia vel eis proficit aut offerentibus, aut petentibus proderit. *Apud Burch. l. iii. c. lxv. & apud Ivo. l. iii. c. lxvii.* quia vel eis proficit, aut offerentibus proderit.

CAP. VI. POENIT.

Monacho non licet votum vovere sine consensu Abbatis; sin minus, frangendum est. *Burch. l. viii. c. ix. Ivo p. vii. c. xxxii. & Grat. decret. ii. p. caus. xx. q. iv. c. ii. ex dictis Basilii:* Monacho &c. Si autem voverit, frangendum erit.

CAP. VII. POENIT.

Mulieres non velent altare de corporali: nec oblationes super altare, neque calicem ponant: neque stent inter ordinatos in Ecclesia: neque in convivio sedeant inter sacerdotes. *Burch. l. viii. c. lxxxiv. ex Concilio Remensi præsente Ludovico Imper. c. v.* femina non det pœnitentiam, nec corporale cum oblatione, nec calicem super altare ponat, nec inter ordinatos stet in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in convivio.

CAP. VIII. POENIT.

Græci carnes morticinorum non dant porcis. Pelles tamen ad calceamenta & lanam & cornua accipere licet, non ad aliquid sanctum. *Capit. x.* Græci autem morticinam non dant porcis suis. Pelles verò morticinorum ad calceamenta &c. licent accipi; sed non &c.

CAP. XI. POENIT.

Mulier tribus mensibus abstineat se à viro suo quæ concepit ante partum, & post tempus purgationis, hoc est, quadraginta diebus & noctibus sive masculum & feminam genuerit. *cap xxi.* mulieres menstruo tempore non intrent Ecclesiam, neque communicent nec sanctæmoniales nec laicæ. Si præsumant, tribus hebdomadibus pœniteant quæ intrant Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, id est, *xl.* diebus.

Legitimum conjugium non licet separare sine consensu amborum: potest tamen alter alteri licentiam dare accedere ad servitutem Dei in monasterio, & sibi nubere, si in primo conjugio erat secundum Græcos. *Regino lib. II. de Eccl. disc. c. cvii. ex dictis Hieronymi:* Additur quintum, quando sive vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alteri accipere novum conjugium, sed puerum vel puellam. *Vide excerp. Egberti Eborac. Arch. c. cxviii. Item canon Africanensis:* Legitimum igitur conjugium non licet separari sine consensu amborum: potest tamen alter alteri cum consilio Episcopi licentiam dare ad servitutem Dei accedere. Quidam etiam dicunt. Sive vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alterum accipere novum conjugium, sed puellam vel puerum, si continens esse non poterit; quod non laudo. *Idem addit Theodorus aliis verbis:* Et tamen non est canonicum. *Quicunque attente perlegerit Hieronymum & canones conc. Afric. non diffitebitur hæc citata ex Hieronymo & canone Afric. ad Theodorum potius pertinere.*

Muliere mortua licet viro post mensem alterum accipere: Mortuo viro post annum licet mulieri alterum tollere virum. *Excerpt. Egb. Ebor. c. cxvi. Synodus dixit:* muliere mortua licet viro post mensem accipere alteram: post annum verò licet mulieri accipere alterum virum.

Si mulier discesserit à viro suo despiciens eum, & nolens reverti & reconciliari viro, post quinque annos cum consensu Episcopi aliam accipere liceat uxorem. *Excerpt. Eborac. Archiep. c. cxxii. Canon dicit:* Si mulier discesserit à viro suo, &c.

post quinque vel septem annos, cum consensu Episcopi ipse aliam accipiat uxorem, si continens esse non poterit, & pœniteat tres annos, vel etiam quamdiu vixerit; quia juxta sententiam Domini, mœchus comprobatur.

Si in captivitate per vim ducta redimi non potest, post annum alterum accipere. Item si in captivitate ductus fuerit vir ejus, quinque annos expectet. Similiter autem & mulier, si talia contigerint. *Excerpt. Egb. Eborac. Arch. c. cxxii. Canon dicit:* Si cujus uxor in captivitatem ducta fuerit, & ea redimi non poterit, post annum septimum alteram accipiat. Et si postea propria, id est prior mulier de captivitate reversa fuerit, accipiat eam, posterioremque dimittat. Similiter autem & illa, sicut superiùs diximus, si viro talia contigerint, faciat.

Duo quoque fratres duas sorores in conjugio possunt habere; & pater filiusque, matrem & filiam. *Cap. lxxv.* Patri & filio matrem & filiam licet in matrimonio habere.

Si vir & mulier conjunxerint se in matrimonio, & postea dixerit mulier de viro suo, non posse; si quis poterit probare quod verum sit, accipiat alium virum. *Rhaban. in ep. ad Heribaldum cap. xxix. Non cum auctoritate, sed de quorundam statutis respondemus, in quibus scriptum est:* Vir & mulier si se conjunxerint matrimonio, & postea dixerit mulier de viro quòd non possit ei nubere, si potest probare per justum judicium quòd verum sit, accipiat alium. *Regino lib.* II. *c. ccxlii.* quòd non possit coïre cùm ea. *Addit Burch. l. ix. c. xl.* Si autem ille aliam acceperit separentur. *Ivo p. viii. c. lxxix.* Accipiat alium: eo quòd juxta Apostolum non potuit illi reddere vir suus debitum.

Puellam desponsatam non licet parentibus dare alii viro, nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet ire si voluerit. Illa autem desponsata, si non vult habitare cum eo viro cui est desponsata, ei pecunia quam dedit, & tertia pars addatur. *cap. lxxxi.* Desponsata mulier viro; deinde non vult habitare cum ea, reddat pecuniam quæ ipsi datur; & tertiam partem substantiæ addat. *Priora verba ut in vet. cod. pœnit. leguntur apud Burch. lib. viii. exceptis his verbis quæ desunt:* nisi illa omnino resistat.

CAP. XII. POENIT.


Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxit: postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi quæ in servitio est, libero licet ingenuam conjungere. *cap. lxxi.* si servus sit, & ancilla domini servum illum liberum non vult cum illa nubere, dimitte accipere, si illa non potuerit ad eum. *Quæ verba nimium depravata ad genuinum & apertum sensum restituuntur præcedenti lectione vet. cod. pœnit. quam rectam esse confirmant excerptiones Egberti Eborac. cap. cxxiv. canon dicit:* Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonio conjunxerit, postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi qui in servitio est, libero licet, sicut quibusdam placet, ingenuam conjungere; sed tamen juxta sententiam Domini mœchus probatur.

CAP. XIII. DE POENIT.

Jejunio legitima tria sunt in anno: quadraginta ante Natale Domini, & post Pentecosten quadraginta dies. *Cap. c. ix.* Jejunia legitima sunt tria in quadragesimis.

Infirmis licet omni hora cibum & potum sumere, quando desiderant vel possunt, si opportunè possunt. *Burch. l. xviij. c. xx. ex concil. Mogunt. c. xx.* Infirmis licet omni horâ cibum potumque sumere, quotiescunque desiderant.





POENITENTIALE THEODORI

COLLATUM CUM QUIBUSDAM TESTIMONIIS, quæ ex eo deprompta laudantur sub nominibus suppositis Hygini Papæ, Fabiani &c. Atque hæc testimonia certo ac vero auctori Theodoro restituuntur.

CUm apud omnes viros doctos constet quæ vulgo laudantur ab auctoribus recentioribus sub nominibus Hygini Papæ, Fabiani, Eutychiani &c. esse supposita, & variis hinc inde excerptis testimoniis contexta; sufficit ea quæ pertinent ad Theodorum, ipsi ut vero ac certo auctori restituere, sicut jam plura aliis patribus à viris doctissimis restituta sunt.

Grat. decret. ij. p. Caus. xxvij. q. ii. c. xxvij. Desponsatæ puellæ non prohibentur monasterium eligere. Probatur itidem auctoritate EUSEBII PAPÆ dicentis: desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere: licet tamen illi monasterium eligere. *Illud est desumptum ex pœnit. Theod. in quæstionibus conjugiorum, ubi sic:* Puellam desponsatam non licet parentibus &c.

Decret. ij. p. caus. xxviij. q. i. c. ij. In fidelis potestate sit, post baptismum uxorem recipere, quam ante dimiserat. EX DECRETO EUTYCHIANI PAPÆ: Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate ejus erit eam habere, vel non habere. *Hoc pertinet ad Theodorum qui ita in quæstionibus conjug.* Si quis dimiserit gentilem uxorem. &c. Burch. l. ix. c. lix.

Apud Grat. sequitur c. iij. Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. IDEM EUTYCHIANUS PAPA: Similimodo, si unus ex conjugatis baptizatus est; & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit Apostolus: infidelis si discedit, c. lx.



CANONES SELECTI

EX ANTIQVISSIMA CANONVM COLLECTIONE Codicis Herovalliani.

DE

DOCTRINA

ET

DISCIPLINA ECCLESIATICA;

Quæ in ſuperioribus monumentis propoſita eſt.

PRÆFATIO.



AD exponendam Eccleſiaſticam diſciplinam quæ in ſuperioribus monumentis proponitur, aptiſſima eſt canonũ collectio, quam unà cum pluribus antiquis codicibus mss. de theſauro ſuo liberaliter mihi ſuppeditavit vir Clariſſimus Antonius Vion Dominus d'Herouval. Quæcunque enim ex ea ſelegimus aperte declarant varios ritus, qui in pœnitentiali Theodori ac ipſius capitulis leguntur etiam qui videntur maximè ſingulares, cum patrum teſtimoniis & antiquis utriuſque Eccleſiæ tum Orien-

talis tum Occidentalis canonibus omnino consentire.

Hujus verò collectionis quæ divisa est in 92. titulos, & quam subsequitur liber Pœnitentialis, apographum tantùm se vidisse testatur Joannes Morinus in appendice libr. de Pœnitentia his verbis: *Tres codices Andegavenses citamus, qui Pœnitentiales libelli non abs re dici possunt &c. Primus Pœnitentialis ex illis tribus quos exhibemus reperitur in fine antiquæ Collectionis Canonum, cujus apographum tantùm vidimus & habemus: Divisa est in 92. titulos. Conciliorum Canones, Pontificum decreta & Patrum sententiæ ex quibus compilata est, omnia sunt antiqua.* Cùm vir doctissimus illud solummodo generatim ac obiter dixerit, nos quæcunque in hac collectione præcipua sunt colligentes, ipsius antiquitatem atque excellentiam quibusdam argumentis validissimis demonstrabimus.

I. Collectio canonum codicis Herovalliani nullis fœdata est Pseudo-Isidori epistolis. Unde cuique erudito facile est intelligere non solum Gratiani, Ivonis, Burchardi collectionibus, sed etiam Reginonis, imo & Isidoriana collectione antiquiorem esse, cùm falsis istius collectionis mercibus cæteræ collectiones subsequentes eo turpius deformatæ sint, quò ad posteriora tempora deveniunt. Sed quod ad Pœnitentiale Theodori notavimus, nempe Isidorianæ collectionis auctorem non esse Isidorum Hispalensem, illud idem confirmat antiqua collectio canonum codicis Herovalliani; quòd licet epistolas quasdam Isidori Hispalensis integras referat, nusquam tamen Isidorianæ collectionis epistolarum meminerit. Perperam igitur Hincmarus, & qui hujus auctoritatem sequuntur, hanc collectionem Isidoro Hispalensi Episcopo tribuunt; quæ tribuenda est Pseudo-Isidoro, quam ab Hispania in Gallias allatam Riculfus Moguntinus Episcopus primùm evulgavit, ut ipsius Hincmari auctoritate in epistola adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum diserte probat Christophorus Justellus in præfatione de veteri codice Canonum Ecclesiæ universæ, ejusque auctoritate.

II. Non solùm nullis fœdata est epistolis à Pseudo-Isidoro confictis collectio canonum codicis Herovalliani, verùm etiam genuinas, quæ postmodum innumeris mendis & interpretationibus corruptæ sunt, integras atque illæsas exhibet,

Cujus rei hæc una ratio esse potest summa antiquitas. Ne autem hoc gratis proferri videatur; observandum est ad emendandas D. Gregorii epistolas etsi Petrus Gussanvillæus quamplurimis codicibus Mss. usus fuerit, quia tamen admodum rari sunt vetustissimi, multa superfuisse quæ absque ullius codicis Ms. auctoritate, sed solâ ingenii perspicacitate Gregorii non esse rectè pronunciavit: atque hæc eadem, duobus tantùm exceptis quorum rationem reddimus, abesse ab epistolis Gregorii in collectione Codicis Herovalliani relatis, à qua absunt quæcunque & à Gregorio I. & à ceteris Pontificibus Romanis sunt aliena. Unde quasdam loquendi formulas posterioribus temporibus usitatas ista Collectio vetustissima non admittit. V. G. quum sic Ecclesia describitur: ECCLESIA CATHOLICA, APOSTOLICA ET ROMANA; ubicunque hoc vocabulum, ROMANA, legitur in epistolis Pontificum Romanorum IV. & V. seculi, illud abest ab iisdem epistolis in collectione Codicis Herovalliani citatis: Verùm non quædam verba aut quasdam lineas., sed multa absona per paginas integras epistolis Pontificum Romanorum addita fuisse ex eadem collectione clarè ostendimus. Præterea collectio Codicis Herovalliani quosdam libros sub nominibus suppositis ab auctoribus posteriorum temporum licet antiquorum laudatos, certis ac genuinis auctoribus vindicat. V. G. libri de vita contemplativa ab auctoribus noni seculi vulgò Prospero tributi, in hac collectione Juliano Pomerio certo ac vero juxta Isidorum Hispalensem auctori rectè adscribuntur. Quæ omnia manifestissimè probant collectionem Codicis Herovalliani antiquissimam esse atque præstantissimam.

III. Collectio codicis Herovalliani utitur Canonum Græcorum interpretatione antiquissima, videlicet Canonum Nicænorum interpretatione Rufiniana, quæ potius sensum quàm ipsa verba breviter sententiosèque profert, eodem fere modo quo citantur in antiquis canonibus synodorum Ecclesiæ Gallicanæ. Sic Canon I. Nicænus summatim refertur à patribus Synodi Arelatensis II. Can. VII Ita canon II. Nicænus in eadem synodo Arelatensi can. I. Canon III. Nicænus in eadem synodo Arel. can. III. Canon IV. Nicænus in

eadem ſynodo Arel. can. V. Canon Nicænus IX. in eadem ſynodo Arelat. can. X. ubi cum interpretatione Rufini adeo convenit, ut licet Græcum, Iſidorus, & Dionyſius dicant *tres annos*, ſynodus Arelatenſis legat, *quinque annos* ex iiſdem prorſus verbis interpretationis Rufinianæ. Quocirca mirari ſubit, quòd vir doctus Chriſtophorus Juſtellus ut probet in præfatione de veteri codice Eccleſiæ univerſæ, canones Nicænos & alios in ſynodis antiquis Eccleſiæ Gallicanæ citari ſolere ex interpretatione quæ reperitur apud Iſidorum Mercatorem, lectorem remittat ad ſynodum Arelatenſem II. quæ interpretationem Rufinianam ubique adeo amplectitur, ut nec ipſius errata omittat. Quod vir eruditiſſimus Jacobus Sirmondus animadvertit in Notis ad canonem XV. ejuſdem ſynodi his verbis: *Hic verò canon totus eſt ex canone XVIII. Nicæno: non ut ſynodus ipſa legitur, ſed ut à Rufino interpretatus eſt canon XX.* &c. *At ſynodus Nicæna, ut Græca ſunt exemplaria, non prohibet Diaconis ne præſentibus Presbyteris eucharistiam dividant, ſed ne Presbyteris ipſis porrigant.* Et in Notis ad Can. XVI. *Et hoc rurſum editionis eſt Rufinianæ can. XXI. Et Paulianiſtæ, qui ſunt Photiniani, rebaptizentur. Nicæna enim ſynodus de Photinianis, qui exorti nondum erant, ſtatuere non potuit: ſolos verò Paulianiſtas commemorat canone XIX. unde hic excerptus eſt.* Canonum aliorum Conciliorum eandem ſæpius adhibet interpretationem Canonum Concilii Nicæni interpretationi Rufinianæ ſimilem, quæ paſſim legitur in Conciliis Valentino, Rhegenſi, Andegavenſi, Turonico I. Agathenſi, Epaonenſi, & aliis, atque apud Gregorium Turonenſum ſcilicet de Canonibus qui tunc temporis quaſi Apoſtolici haberentur. Non diffitendum eſt veterem interpretationem, quæ habetur in Collectione Iſidori ab antiquis ſynodis Eccleſiæ Gallicanæ adhibitam fuiſſe, necnon Dionyſianam: quibus in locis obſervamus ab hujuſmodi interpretatione vetuſtiſſimā Collectionem codicis Herovalliani cum antiquis Eccleſiæ Gallicanæ canonibus conſentientem parum differre. Ex quibus duo colligere licet, primùm hanc vetuſtiſſimam collectionem ad uſum Eccleſiæ Gallicanæ compoſitam fuiſſe: deinde quoquomodo accipiatur promiſcuus ille variarum interpretationum uſus quem uſurpat Collectio canonum codicis Herovalliani, eam ſaltem

temporibus Caroli Magni anteriorem esse, cui cùm exemplar Dionysianum delatum esset ab Hadriano Papa I. deinceps Dionysiana illa Græcorum Canonum perpetuo usa est Ecclesia Gallicana: sicque factum, ut in Ecclesia Latina Canonum Ecclesiasticorum non modo sensus idem, sed eadem etiam penè ubique vox fuerit; quemadmodum id perspicuè demonstrarunt viri clarissimi Christophorus Justellus in præfatione de veteri codice Canonum Ecclesiæ universæ, Jacobus Sirmondus in præfatione ad Concilia antiqua Galliæ, & nuper vir doctissimus Josephus Quesnel in egregia hac de re dissertatione, quæ extat tom. 2. operum S. Leonis.

IV. De Titulo Canonum Africanorum & de numero sive æra sæpius consentit Collectio codicis Herovalliani cum canonum codice Ms. Barberino, qui in Conciliis ultimæ editionis & à pluribus viris doctissimis ut antiquissimus laudatur.

V. Postremo omnia esse antiqua in hac collectione declarat index Canonum & alter Episcoporum, qui Canones subterfirmaverunt: qui omnes temporibus Caroli Magni superiores sunt.

Ne verò quippiam extraneum aut inutile proferre videamur, pluribus omissis ut declarat index capitum collectionis codicis Herovalliani, ea tantum ex hac collectione selegimus, quæ & ad disciplinam Pœnitentialis Theodori exponendam pertinent, & quæ quidem maximè observanda sunt, tum propter varios numeros, quorum quidam indicant multos Canones in editis desiderari: tum quidem ob ipsos Canones qui in editis desiderantur: tum denique propter varias lectiones quibus nova Conciliorum editio illustratur. In quibus colligendis sicut & in ceteris rebus notandis, tibi certum sit, Lector, si non potuerim primas habere sapientiæ, secundas saltem me habiturum modestiæ partes; ut cum viro sapientissimo, modestissimoque Augustino loquar, qui ita de suis operibus in prologo retractationum: *Neque enim quisquam, nisi imprudens, ideò quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit non ea debuisse à me dici, quæ postea mihi etiam displicerent: verum dicit & mecum facit. Eorum quippe reprehensor est, quorum & ego. Neque enim ea reprehendere deberem, si dice-*

re debuissem. SED QVI PRIMAS NON POTVIT HABERE SAPIENTIÆ, SECVNDAS HABEAT PARTES MODESTIÆ.

CAPUT PRIMUM.

De fide Catholica & Symbolo.

CANON AUGUSTODUNENSIS.

Æra I.

Vulg. add. Subdiaconus.

SI [I.] quis Presbyter, Diaconus, * vel Clericus symbolum [II.] Apostolorum & fidem sancti Athanasii non recensuerit, ab Episcopo condemnetur.

NOTÆ ET VARIÆ LECTIONES.

I. Hic canon in ultima Conciliorum editione aliis canonibus Concilii Augustodunensis velut appendice subjicitur. Vetustissima tamen collectio codicis Herovalliani confirmat id quod refertur ex altera collectione Canonum è Bibliotheca S. Benigni Divionensis, atque ex aliis in quibus citatur, appellaturque primus canon Augustodunensis. II. *In ult. Conc. ed. al. sic legitur:* Symbolum, quod inspirante sancto Spiritu Apostoli tradiderunt. *Quod additum esse videtur expositionis causa juxta Rufini opinionem, quæ majorum auctoritate probari non potest; maximè si illi majores, de quibus loquitur in præfatione ad hoc symbolum, intelligantur patres qui Concilium Nicænum præcesserunt. Nullus enim hac eadem formula usus est: licet sæpius patres Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Origenes &c. eumdem sensum protulerint, sed ubique aliis verbis.*

Conc. Toletan. III. c. 11.

CANON TOLETANUS. *

Æra II.

Pro reverentia sanctissimæ fidei, & ad corroborandas hominum invalidas mentes, *a* sancta constituit synodus; ut per omnes Ecclesias Hispaniæ, Galliæ, vel Gallitiæ, secundùm formam Orientalium Ecclesiarum, Symbolum editum

a Vulg. add. Consultu piissimi & gloriosissimi domini nostri Reccaredis Regis.

in Constantinopoli à CL. Episcopis sanctis omnibus diebus Dominicis *b* recitetur: priusquam oratio dominica dicatur, ab omni populo voce clara decantetur; quo & fides verum *c* testimonium habeat, & ad Christi corpus & sanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata *d* assumantur.

b Prædicetur. *c* Manifestum. *d* Accedant.

NOTÆ ET VARIÆ ALIÆ LECTIONES.

1. Galliæ, *vocabulum hoc deest in ed. At utrumque requiritur vocabulum & Galliæ & Gallæciæ: Galliæ quidem scilicet Narbonensis ex parte du taxat: Gallæciæ verò propter Suevos ad fidem conversos. V. N. ad m. conc. ult. ed.* 2. *al.* Concilii Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta Episcoporum symbolum fidei recitetur: *ubi ista verba* omnibus diebus Dominicis *desunt in ed.*

CAPTUT III.

Sententia Papæ Leonis a *de Apocrypha scriptura.*

Curandum ergo est, & sacerdotali diligentiâ maxime providendum, ut * falsi codices & à sincera veritate discordes in nullo usu lectionis habeantur, quia habent semina falsitatum. Non solum autem hæc [1] interdicenda sunt, sed etiam penitus auferenda atque ignibus concremanda; quia quamvis sint in illis quædam quæ videantur habere speciem pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis: & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium [2] narrationum seducti quique admiratione, laqueis cujuscunque erroris implicentur. Unde si quis Episcoporum apocrypha haberi * non prohibuerit, vel eos libros qui ab hæreticis [3] vitiati sunt in Ecclesia permiserit legi, hæreticum se noverit judicandum; quoniam qui alios ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat. * Tractatus autem sancti Hieronymi, Ambrosii, & Augustini, & ceterorum sanctorum patrum, expositionesque novi ac veteris testamenti quæ à nominatissimis doctorum orthodoxorū patribus factæ sunt, prout ordo poscit, in Ecclesia legantur.

Vulg. Falsati. — Per domos. — *Quæ sequuntur in ed. desunt.*

a Epistola Leonis P. ad Turibium Asturicensem Episcopum cap. xv.

NOTÆ ET VARIÆ LECTIONES.

1. *In ed.* hæc *ita explicantur* Apocryphæ autem ſcripturæ, quæ ſub nominibus Apoſtolorum multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolùm interdicendæ &c. 2. mirabilium narratione ſeductos &c. involvant. 3. Vel ſub canonicorum nomine eos codices in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterinâ ſunt emendatione corrupti. *Rectius habet coll. cod. Her. cum S. Leo generaliter loquatur de libris ab Hæreticis quibuſlibet depravatis.*

CAPUT IV.

DECRETALIS a DE RECIPIENDIS ET NON RECIPIENDIS LIBRIS.

Hæc ſcripta ſunt à [1] *Gelaſio Papa cùm LXX. Epiſcopis eruditis.*

POſt Propheticas, & Evangelicas, atque Apoſtolicas ſcripturas, quibus Eccleſia Catholica per gratiam Dei fundata eſt, [2] has ſuſcipi eadem Eccleſia non prohibet. I. ſanctam Synodum Nicœnam, [3] & Conſtantinopolitanam, & Epheſinam primam, & Calchedonenſem quæ eſt quarta ſynodus.

a *In altera collectione cod. Her. hic eſt titulus:* In Chriſti nomine incipiunt decreta de recipiendis & non recipiendis libris, quæ ſcripta ſunt à Gelaſio Papa cùm ſeptuaginta eruditiſſimis viris Epiſcopis.

NOTÆ.

1. *Quidam codices Mss. tribuunt Horſmidæ. Verùm cum vetuſtiſſimis & optimis codicibus Mss. utraque collectio cod. Herovall. aſcribit Gelaſio, ſub cujus quoque nomine eadem decreta laudat, Nicolaus I. in epiſtola XLII. ad omnes Galliæ Epiſcopos* 2. *Hic in ed. plura ferè per paginam integram interjecta ſunt, quæ ad rem nullomodo pertinent. Quorſum enim tot ac tanta de primatu Eccleſiæ, & quidem contra Hæreticos? cùm agatur quæſtio de recipiendis & non recipiendis libris. Præterea nonne illæ ſunt à re prorſus aliena, quæ interponuntur his verbis :* Illud etiam intimandum putamus, quòd quamvis univerſæ per orbem Catho-

licæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana, Catholica & Apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis ceteris Ecclesiis prælata est, sed Evangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit. *Eadem verba Silvestro Papæ in præfatione Nicæni Concilii falsò quoque ascribuntur à quibusdam auctoribus, ut ab Ænea Parisiensi Episcopo libr. adversus Græcos Quæst.* VI. V. *tom.* VII. *Spicileg. L. Ach. Et sic de ceteris usque ad ista verba :* has suscipi. *Quod quidem indicat in suis notis Binius.* Hoc decretum, *inquit*, extat distinct. 15. can. 13. lectio ejus ab originali tantopere discrepat, ut satis certo statui non possit quæ sit vera & pura Gelasii, nec magnopere mirandum sit, si nonnulla sint quæ difficultatem faciunt. 3. *In ed. notatur quænam fuerit harumce synodorum convocandarum causa; quo tempore, & adversus quos hæreticos habitæ sint, & quis fuerit Episcoporum numerus. Quæ omnia cum absint à vetustissima canonum collectione cod. Her. verisimile est explicationis gratia posthac adjuncta fuisse.*

CONTINUATIO DECRETALIS.

Item opuscula *b* sancti Cypriani martyris Carthaginensis. Opuscula beati Gregorii Nazianzeni. Opuscula S. Basilii Cappadoceni. Opuscula S. Ioannis Constantinopolitani. Opuscula beati Theophili Alexandrini. Opuscula S. Athanasii Alexandrini. Opuscula S. Hilarii Pictaviensis. Opuscula S. Augustini Hipponiensis. Opuscula Prosperi. Opuscula beati Leonis Papæ. 1. Opuscula atque tractatus omnium Patrum Orthodoxorum, qui in nullo à sancta Ecclesia Romana deviarunt 2. Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diversis temporibus de urbe Roma pro diversorum consultatione *c* dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus. Gesta sanctorum Martyrum, quæ 3. mira-

b In altera coll. cod. Her. alio ordine recensentur hoc modo : Opuscula B. Athanasii. S. Basilii &c. Joannis Const. &c. Cecilii Cypriani &c. Gregorii Nazanensis &c. Theophili Alex. &c. Hilarii Pictaviensis &c. Ambrosii Mediolan, &c. Augustini Hyppone Regiensis &c. Jeronymi Presbyteri. Prosperi viri Religiosissimi &c. Item epist. B. Leonis Papæ &c.

c Altera coll. cod. Her. leg. consolatione.

bilibus eruciatibus & triumphis irradiant, & à catholicis viris conscriptæ sunt, omnimodis veneramur. 4. Ea verò quæ ab Hæreticis vel idiotis compositæ vel adulteratæ sunt, nullatenus recipiantur, quæ in ipsis eorum dictis ab ecclesiasticis viris sine mora deprehendi possunt. 5. Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium eremitarum quas vir beatissimus Hieronymus descripsit, vel alii Orthodoxi Patres, cum omni honore suscipimus.

NOTÆ CUM VARIIS LECTIONIBUS.

1. *Add. altera collectio cod. Her. eadem ferè quæ leguntur in ed.* Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cujus textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. 2. *in ed.* qui in nullo à Sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deviarunt. *Post hæc verba ista redundant:* Nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt, sed ipsius communionis per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes. 3. *altera coll. cod. Her.* multiplicibus tormentorum cruciatibus & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. *Post hæc in ed. sequuntur verba quæ nullo modo inter se cohærent*: Quis ita esse Catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratiâ Dei & adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundùm antiquam consuetudinem singulari cautelâ in sancta Romana Ecclesia non leguntur. *Mirum quanta in his verbis appareat contradictio. Gelasius censet primùm legenda esse gesta sanctorum martyrum: Deinde illud idem confirmat ipsorum elogiis. Ex quibus concluditur, ideo secundùm antiquam consuetudinem singulari cautelà in sancta Romana Ecclesia non legi. Hæc igitur inepta verborum constructio prorsus repugnat genuino sensui, quem planè perfectèque, ac paucissimis verbis exhibet optima collectio cod. Her.* 4. *Ab his alia sequuntur in ed. quæ cùm, ad eadem quæ suprà dicta sunt exponenda, adjecta fuerint, idcirco absunt à coll. accuratissimà.* 5. *In ed.* Et omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. *malè omittuntur ista verba prorsus necessaria:* vel alii orthodoxi Patres. *Paucorum enim eremitarũ vitas descripsit Hieronymus.*

CONTINUATIO DECRETALIS.

Actus beati Silvestri Papæ *a* pro antiquo usu multæ imitantur & venerantur Ecclesiæ. Scripturas [1] de inventione sanctæ crucis, & de inventione capitis Joannis Baptistæ [2] Nonnulli eas Catholici legunt. Sed cùm hæc ad Catholicorum manus advenerint, beati Pauli præcedat sententia, *Omnia autem probate, quod bonum est tenete.* De Rufino qui plurima * edidit, S. Hieronymus cum in aliquibus de arbitrii libertate notavit; Illa sentimus, quæ prædictum Hieronymum sentire cognovimus: & non solum de Rufino, sed etiam de omnibus quos ipse * zelo Dei & fidei religione reprehendit.

In ed. add. expositio.

Hic quoque.

a In ed. add. expositio quæ forsan in marg. tantùm erat scripta.

NOTÆ CUM VARIIS LECTIONIBUS.

1. *In ed. istæ scripturæ vocantur* novellæ relationes. *In altera collect. cod. Her.* Religiones novellæ de inventione crucis Dominicæ, *quarum scilicet nullomodo meminit Eusebius: licet ex relationibus dubiis paulò pòst emersis auctores rem diversimodè retulerint.* 2. *Porro de inventione capitis Ioannis Baptistæ legitur in operibus S. Cypriani tractatus, quem quicumque legerit non esse Cypriani statimatque fatebitur. Vide in hanc rem Prosperum in chronico, auctorem chronici Alexandrini, Marcellinum Comitem in chronico. Sed inter ceteros Sozomenum lib.* VII. *cap.* XXI. *unà cum notis V. Cl. H. Valesii, & miraberis, ut ipse admonet, tantam Scriptorum discrepantiam. De ceteris quæ supersunt in decretali tria tantùm animadvertam. I. ubicunque in editis dicitur* Ecclesia Catholica, Apostolica & Romana, *hoc vocubulum* Romana *abesse ab antiquissima canonum collectione. II. Librum qui in ed. vocatur apocriph. sub titulo Canonum Apostolorum in utraque collectione inter apocryphas scripturas non recenseri, sicut in cod. V. Cl. Iustelli. 3, nec suo tempore recensitum fuisse ita testatur Hincmarus Opusc. c.* XXIV. Sed & B. Gelasius in catalogo, qui libri ab Ecclesia recipiantur, de his Apostolorum canonibus tacuit, sed nec inter apocrypha eos misit. *III. Neque Opuscula Tertulliani inter apocrypha rejici: rectius sane quam in editis, cùm Hieronymus, cujus judicia mire laudantur à Gelasio, de ipsis ita scripserit in*

catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Vidi ego quendam Paulum concordiæ, quod oppidum Italiæ est, senem qui se beati Cypriani jam grandis ætatis notarium, cum ipse admodum esset adolescens Romæ vidisse diceret, referreque sibi solitum, nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unam diem præterisse: ac sibi crebro dicere, DA MAGISTRUM, TERTULLIANUM VIDELICET SIGNIFICANS.

Conc. Carth. III. c. XLVII.

CANON CARTHAGINENSIS. *

Æra XXIV.

Liceat etiam legere passiones martyrum, cùm anniversarii dies eorum celebrantur.

NOTA.

Hic canon vulgo subiungitur in ed. velut appendix ad can. xliv. conc. Carthag. III. sed collectio antiqua cod. Her. confirmat id quod jam à viris doctis notatum est; in certis conciliorum libris dici Carthag. concilii xxiv. capitulum.

CAPUT V.

Ut per singulos annos synodus bis fiat: & qualiter denuncietur.

CANON NICÆNI CONCILII. a

Per singulos annos, in singulis provinciis, b ab omnibus Episcopis bis concilia agi debere: & à comprovincialibus de hujusecemodi negotiis judicari; ut si fortè ab uno inique gestum est, à ceteris emendetur: si rectè, ab omnibus confirmetur.

a *Canon V. Conc. Nic. ex interpretatione Rufini.* b Secundò *add.*

NOTA.

Iste canon interpretationis est Rufini lib. II. Eccles. historiæ cap. vi. cujus canonis eamdem interpretationem adhibet Concilium Regense can. viii. Unde colligi debet collectionis cod. Her. antiquitas, sicut in præfatione ostendimus.

CANON CALCIDONENSIS.*

Cap. XIX. in aliis interp. Conc. Chalcedon. nec Dionys. nec Isid.

Æra XX.

Ut per singulas provincias, Episcoporum concilia semel per tertiam hebdomadam festi paschalis: secundò xv. die mensis octobris per singulos annos celebrentur.

NOTA.

Singularis est illa interpretatio, si spectentur vulg. & Dionysii Exigui & Isidori interpret. à quibus multùm differt. Similis verò est interpretationi canonum conc. Nic. quam Rufinus dedit, id est, quæ sensum potiusquam ipsa verba repræsentat. Porro his & similibus interpretationibus utebantur Concilia Gallicana, ante tempora Caroli Magni, quibus interpretatio Dionysiana apud Gallos recepta est.

CANON AURELIANENSIS.

Conc. Aurel. III. c. 7.

Æra I.

Quòd si intra biennium, divinitus * tranquillitate concessa, admonitis comprovincialibus à metropolitano synodus indicta non fuerit, metropolitanus ipse pro evocationis tarditate anno integro missas facere non præsumat. Quod si evocati nulla corporali infirmitate detenti adesse * neglexerint, simili sententiæ subjacebunt. [1] In synodali conventu primùm definiri quæ Dei sunt, postmodùm humana.

Ad. Temporum.

Sua abusione despexerint.

NOTA.

1. In synodali. *Et cetera desiderantur in editis. Verùm pro his substituuntur alia quæ ita habentur.* Qui tamen & hanc excusationem sibi noverit esse sublatam, si absentiam suam divisione sortis crediderint excusandam. *Sed cùm V. Cl. I. Sirmondus qui in alios canones minimam verborum discrepantiam diligentissimè notavit, nihil ad hunc animadverterit, liquet istam collectionem antiquissimam ab ipso non fuisse examinatam.*

Conc. Aurasicani 1. can. XXIX.

CANON AURASICORUM. *

Æra XXVIII.

Deest in editis.

Ut nullus conventus * synodalis sine alterius conventus denunciatione solvatur.

CANON *c* ARVERNENSIS I.

Quoties sancta synodus congregatur, nullus Episcoporum alia *d* gerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ, & severitatem regulæ vel animæ remedium pertinent, finiantur. *e*

c *Concil. celeb. anno Christi* CXXXV. *titulus docet*
d *In ed.* aliquam prius causam suggerere audeat.
e Fiant. *leg. Ivo p. 8. cap. clxviii.*

EX CAP. VI.

Quales ad sacros ordines venire non possunt.

CANON NICÆNUS.

Æra I.

Ne quis ex his, qui semetipsos impatientia libidinis absciderunt, veniat ad Clerum.

NOTA.

Ea est Rufini interpretatio, quæ à ceteris suâ brevitate discrepat: quâ eadem uti solebant Synodi Gallicanæ. Unde synodus Arelatensis II. can. vii. hunc canonem similiter refert ex magna synodo Nicæna.

Æra II.

Ut neque nuper assumptus ex gentilitate *a*, accepto baptismo, antequam cautius examinetur, Clericus fiat.

a De vita vel conversatione gentili.

NOTA.

Eadem cum brevitate exhibet hunc canonem synodus II. Arelat.

can. 1. Quare licet minus accuratæ videantur hujusmodi interpretationes non tamen sunt contemnendæ, imo magna cum veneratione suscipiendæ sunt: quippe cùm propter suam vetustatem ab antiquis Conciliis Gallicanis auctoritatem accipiant.

CANON CÆSARIENSIS.

Æra VIII.

Si cujus uxor adulterium commisit, iste ad ministerium Ecclesiasticum penitus admitti non debet.

Neocæsariensis. Prisca interp. nec Diony nec Isidori.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXVI.

Epaonensis concilii c. XXXVII.

Ne laicus nisi religione præmissâ, Clericus ordinetur.

NOTA.

Hic numerus ab ed. tam diversus indicat, diversum quoque esse aliorum canonum ordinem. Quod V. Cl. I. Sirmondus in aliis Conciliis sæpius observat, & maximè observandum esse docet, ut alia majoris momenti detegantur.

CANON AURELIANENSIS.

Æra VI.

Concil. Aurel. III. c. VI.

a Omnimodis observetur, ne ullus ex laicis ante annualem conversionem, vel ætatem legitimam, id est, xxv. annorum Diaconus, & xxx. Presbyter ordinetur: ita ut ipsi qui ordinandi sunt Clerici, regulare custodiant studium; ne aut duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam professus, aut semi * corpore, vel qui publicè aliquando arreptus est, ad supradictos gradus promoveatur. Quòd si sciens Episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is qui ordinatus est privetur officio: Et ille Episcopus pro ordinationis temeritate sex mensibus à celebrandis officiis sequestretur. Quod si missas intra statutum tempus facere præsumpserit, per annum integrum ab omnium fratrum charitate

Semus in ed. alias. senius.

a In ed. expositionis causa quædam add.

privetur. De quorum promotionibus si quis Clericus aut civis testis extiterit *b* anno uno *c* communione pellatur. Qui tamen si periculosam infirmitatem [3] incurrerint, viaticum *d* illis non negetur.

b *Hic in ed. aliqua inserta sunt.* c Anno integro,
d Viatica communio.

VARIÆ LECTIONES,

1. *In ed.* de ipsis quoque, qui ordinandi sunt Clerici, regulari custodiatur studio. 2. suscepto juxta anteriores canones privetur &c. 3. *V. Cl. I. Sirmondus.* (Qui tamen si periculosam.) *Ita Lugdunensis & collectiones antiquæ; at Pithœanus & Rhemensis ut vulgati.* Qui si in infirmitatem deciderint.

SCRIPTUM IN EPISTOLA ZOZIMI PAPÆ.

Æra VII.

Qui aliam, quàm virginem, sive post baptismum sive ante baptismum duxit uxorem, non admittatur ad Clerum. In baptismo *e* enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur.

e *Ex epistola Innocentii I. ad victricium Episcopum Rothomag. c. v. & vi.*

Æra VIII.

Satis enim absurdum est uxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non imputari: cùm nec tamen in secundis nuptiis etiam post baptismum factis à sacerdote benedictio tribuatur.

NOTA,

Quæ citantur ex epistola Zosimi, non amplius leguntur. Quocirca licet conjicere hanc epistolam, cujus fragmentum refert collectio cod. H. desiderari: nisi quis forsan dixerit ista pertinere ad epistolas Innocentii I. ac præsertim epist. ad Victricium Episcopum Rothomagensem ubi sic cap. v. Ut si quis mulierem, licet laicus, duxit uxorem, sive ante baptismum, sive post baptismum, non admittatur ad Clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptis-

baptiſmo enim. *cetera ut ſupra.* Et ex cap. VI. *poſt alia:* ſatis enim abſurdum eſt, aliquem credere uxorem ante baptiſmum acceptam, poſt baptiſmum non computari: cum benedictio quæ per ſacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à Deo antiquitus inſtitutæ doceatur.

CANON [1] ARELATENSIS * V. [2]

Conc. Arel. II. c. XLV.

De his quos clericatu *alligare ipſa vitæ gratia ſuggerit, ſi forte internupta & duplicata matrimonia inciderint, non ultra ſubdiaconatum Eccleſiaſticas capiant dignitates. Quòd ſi facti forſitan ſunt, ab Eccleſiaſtico removeantur officio.

Clericatui alligari.

NOTA.

1. *Hic canon deſumptus eſt ex Concilio Arauſicano can. XXV. ſicut plures alii.* 2. V. Cl. J. Sirmondus *in hunc locum obſervat, in vetuſta collectione cod. Pithœani dici canonem XLV. concilii Arelatenſis II.*

CANON APOSTOLORUM.

Si quis ancillæ ſe miſcuerit, non poteſt accedere ad eos ordines qui cognominantur in Clero.

NOTA.

Huic canoni non inſcribitur numerus: Et deeſt in ed. niſi quis maluerit eum referre ad can. XVIII. qui ita ex interpretatione Dionyſii: Si quis viduam aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero qui miniſterio ſacro deſerviunt. *Sed ſi is ipſe eſt canon, manifeſtum eſt ſicut ex ceteris aliis, Dionyſianam interpretationem collectori vix fuiſſe notam; ac proinde Caroli magni tempora præcedere, cui cum ejus exemplar oblatum fuiſſet ab Hadriano Papa I. deinceps Dionyſiana illa Græcorum interpretatione perpetuò uſi ſunt Galli: ſicut de Conciliis Gallicanis ſub Ludovico pio Imperatore, ceteriſque ſubſequentibus obſervat vir doctiſſimus Chriſtophorus Juſtellus in præfatione de vetere Codice Canonum Eccleſiæ univerſæ, eiuſque auctoritate.*

NEOCÆSARIENSIS CAP. XII.

Prisca interp. nec Dionys. nec Isidor.

Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, Presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius est voluntaria, sed ex necessitate: nisi fortè raritas hominum cogat, aut pro ejus bono studio & fide.

CANON 1. ROMANORUM.

ÆRA 1. *V. f*

Hos 1. præterea qui secularem adepti potestatem, hujus seculi *g* exercuerunt negotia, immunes à peccato esse non posse perspicuum est. Dum enim gladius exeritur, aut judicium *h* injustum, aut tormenta exercentur *i*, aut secularibus se k exhibent voluptatibus. *l* Hi tales multum sibi præstant, si Episcopatum non affectent, sed *m* agentes pœnitentiam mereantur certo tempore *n* altaribus sociari.

f In ed. c. x. Canonum Rom. *qui subjiciuntur epistolis Innocentii in ult. ed.* *g* Ius seculi exercuerunt. *h* Confertur. *i* Pro necessitate causarum. *k* Curam. *l* Propter hæc omnia. *m Quadam alia inserta sunt.* *n* Impleto.

NOTÆ.

1. V. Cl. J. SIRMONDUS. *In codice Fossatensi dicitur:* Synodus Romanorum ad Gallos Episcopos; & epistola synodi, *quia epistolæ in morem scripta est. In antiquissima verò collectione codicis Pithœani* Canones Romanorum *simpliciter appellantur. Sic in quibusdam codex Pithœanus consentit cum codice Herovalliano, in quibusdam verò aliis dissentire, ex iis quæ jam supra citata sunt, dignosci potest.* 2. *Qui vulgò inscribitur canon x. vocatur v. in coll. cod. H. ac similiter in codice Fossatensi, ut testatur V. Cl. I. Sirmondus.* 3. *Constat antiquissimos esse hos canones. Sed quo tempore, & à quo conditi sint, non exploratum esse indicat caput lxx. coll. cod. H. ubi catalogus Episcoporum qui supradictos canones confecerunt aut confirmarunt; nullum istorum auctorem recenset. V. Cl. I. Sirmondus putat non inanem fortasse opinionem esse, si quis Innocentium I. horum auctorem fuisse conjiciat. Verùm si non Innocentii, saltem cujusdam est synodi Romanæ, quæ decreta Innocentii attenderit. Etenim Canon supracitatus convenit cum cap. xl. ep. Innocentii ad Victricium. Canon I. C. R. cum cap. xii. ejusdem epistolæ canon II. cum cap. xiii. Quod idem de quibusdam aliis dici potest.*

CANON AURASICORUM.

Æra XXIV. *

Conc. Aurasicani c. xxv.

De idoneis & probatioribus viris *o* si forte inciderint duplicata matrimonia, non ultra subdiaconatum Ecclesiasticas capiant dignitates.

o Quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggerit. *Vide suprà canonem xlv. Conc. Arelat. II.*

CANON TAURINENSIS.

Neque qui post baptismum causas egerunt aut administraverunt, neque ex curialibus, neque qui post baptismum coronati fuerunt, vel sacerdotium quod dicitur substinuerunt, nec qui editiones publicas celebrarunt, modis omnibus caveatur ne ex his ad ordinem Ecclesiasticum aliquis provehatur.

Hic canon in ed. desideratur.

IN EPISTOLA *p* LEONIS PAPÆ.

Nec *q* eos passim ad ordinem sacrum quis admittat, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: Et qui à dominis suis libertatem consequi minimè potuerunt, ad fastigium sacerdotii [1] provehi *r* non audeant. Et quomodo se probare posse Deo creduntur, qui dominis suis necdum probari *s* potuerunt? Duplex itaque in hac parte reatus est, quod & sacrum ministerium *t* consortii vilitate polluitur, & dominorum [2] jura solvuntur. Ab his itaque, fratres, omnes vestræ provinciæ abstineant sacerdotes; *u* sed & ab aliis, qui originali aut aliqua conditione obligati sunt [3] nisi forte eorum petitio *x* accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis. Debet enim esse ab aliis immunis, qui divinæ militiæ fuerit aggregandus. [4] Et [5] cum unicuique constiterit natalis honestas & morum, esse debet sacri altaris ministerio sociandus.

p Epist. Leonis I. ad Episcopos per Campaniam & Picenum. *q* Admittuntur passim. *r* Provehuntur. *s* Se probare *t* Mysterium. *u* Et non tantùm ab his, sed ab illis etiam. *Apud Grat. Dist. liv. c. xxxi.* Sed etiam ab aliis Originariis vel qui alicui conditioni. *x* Aut voluntas.

NOTÆ CUM ALIIS VARIIS LECTIONIBUS.

1 *Add. in ed.* tanquam servilis vilitas hunc honorem jure capiat. *Illud superfluum est quod antiquissima collectio cod. Her. admittere nequit. Præterea*, jure, *deest in epistolis S. Leonis novæ edit. in secunda coll. can. cod. Her. & aliis cod. mss. quo tamen sublato vocabulo, ex his verbis vix ullus sensus elici potest.* 2. *Add. in ed.* quantùm ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet. 3. *Add.* Volumus temperari. 4. *Add.* ut à castris dominicis, quibus ejus nomen adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur. 5. Et cum unicuique *& cetera in ed. desiderantur: quamvis omnino requirantur ad sensum complendum: cum initio dixerit ad ordinem sacrum eos non esse admittendos, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur. Sic optima collect. cod. H. quæ superflua sunt non admittit: nec quæ necessaria sunt omittit.*

Epist. Inn. I. ad Episcopos Macedoniæ cap. 11.

IN * EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ CAP. II.

Catechumenus qui ante baptismum uxorem duxit, & post baptismum aliam, ad gradum venire non potest. Quòd si quis objiciat, quòd in baptismo cum criminibus omnibus & hoc sit absolutum: interrogetur si hoc in baptismo abluitur quod peccatum non est, dum ducere uxorem Dominus permisit, etiam Salomone testante qui ait: *A Deo paratur viro uxor, & maritus uxori.* Et si tres habuerit in veteri homine, erit ei quæ in baptismo est quarta. Quis, oro, istud non dicat contra Apostoli sententiam, qui ait: *Unius uxoris virum?*

NOTA.

Tot add. in editis, tamque diversus ordo verborum, ut nisi omnia exhibeantur, quanta sit discrepantia, perspici non possit. Sic igitur ista in ed. leguntur. Deinde ponitur, non dici oportere bigamum, eum qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata sit: quia illud conjugium, per baptismi sacramentum, cum ceteris criminibus sit ablutum. Quod cum de una utique dicitur, certè si tres habuerit, in vetere positus homine, uxores, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima: vir-

ginis æque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videat contra Apostoli esse præceptum, qui ait: *unius uxoris virum oportere fieri sacerdotem?* Sed objicitur, quòd in baptismo totum, quidquid in vetere homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi, cum pace vestra loquor, crimina tantùm dimittuntur in baptismo, an & illa quæ secundùm legis præcepta ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere, crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo præfata venia dixerim, erit auctor in culpa, qui ut crimina committerent, in paradiso, cum ipse eos jungeret, benedixit. Si verò non est crimen, quia quod Deus junxit, nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit: *Etenim à Deo præparatur viro uxor:* quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? *Quoquomodo accipiatur istud discrimen, hoc tamen expedit notasse; ut compertum sit qua ratione ante collectionem Isidorianam receptam epistolæ Pontif. Roman. legerentur in vetustissimis Gallicanæ Ecclesiæ collectionibus.*

CAPUT * IV.

In ed. non distinguitur à præcedenti.

Interrogo [1] Qui filios, cum esset catechumenus, suscepit, non essent illius filii, sicut & illi quos post baptismum generavit? [2] Aut ipsi priores filii, & sequentes erunt fratres? An & hæc baptismus delet, & regeneratio spiritalis filiorum & patrum nomina abstulisse credatur? Quod [3] cùm ita sentire absurdum sit; Quæ, malum, hæc ratio est absque ulla auctoritate inter peccata matrimonia deputari, quæ lex præcipit, & Deus jungit?

VARIÆ LECTIONES.

1. *Al. in ed.* Quæro & solicitus quæro, si una eademque sit uxor ejus, qui ante catechumenus, postea sit fidelis, filiosque ex ea, cùm esset catechumenus susceperit, ac postea alios, cùm fidelis. 2. *Al.* utrum sint appellandi fratres, an non habeant postea, defuncto patre, excifcundæ hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritalis creditur abstulisse? 3. *Al.* Quod cum ita sentire atque judicare absurdum est, quæ, malum, ratio est, hoc defendi, & vacua

magis opinione jactari, quàm aliqua auctoritate roborari; cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus junxit. *Hucusque verba collectionis sufficiat cum editis comparasse. Etenim tanta apparet varietas, ut de ceteris quæ sequuntur, singula fere verba necesse esset describere. Si igitur loca, in quibus extat varietas, ad marg. indicentur; ea cum ed. studiosus lector ipsemet facilè comparabit.*

CAPITULO a V.

Quòd si quis catechumenus virtutibus studuerit; *b* aufertur ei per baptismum, quod ante baptismum fideliter gessit? *c* Cornelii orationes & eleemosynæ per baptismum ablatæ sunt? Nam quia quod peccatum non est, solvi inter peccata non debet, erit integrum æstimare aboleri non posse prioris nomen uxoris, cùm non dimissum sit pro peccato.

a *In ed. non distinguitur à precedenti.* b *Hic plura add.* c *Sic & de ceteris quæ sequuntur.*

De eo qui ab Hæreticis fuerit ordinatus.

CAP. *d* VI.

Ab hæreticis ordinatum, vulneratum per illam manus impositionem dicimus habere caput: & post medicinæ sanitatem, *e* sine cicatrice esse non posse: & ubi pœnitentia necessaria, illic ordinationis locum habere non posse; quia quod non habuit Hæreticus, habere non potuit; *f* Sed damnationem quam habuit, per pravæ manus impositionem dedit. Et cùm particeps factus sit *g* damnationis, quomodo honorem debeat Ecclesiasticum accipere, invenire non possum. Sed *h* dicitur vera ac justa legitimi Sacerdotis benedictio; quòd *i* auferat omne vitium, quod à vitioso fuerat inustum.

d *III. est in ed.* e *Var.* f *alia add.* g *Var.* h *Hic incipit* IV. *cap. in ed.* i *Var.*

CAP. *k* VII.

Ergo si ita est, applicentur ad *l* ordinem sacrilegi, adul-

k IV. *cap. in ed.* l *Var.*

teri, atque omnium criminum rei. *m* Et nullus sit pœnitentiæ locus, quia potest prçstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit.

m *Alia add.*

CAP. *n* VIII.

Nostra verò lex est, qui *o* ab hçreticis baptizati sunt, per manus impositionem licentiam tantum tribuere communicandi, nec *p* tamen in clericatus honorem vel exiguum subrogari: *q* At verò qui à catholica ad hçresim transierunt, *r* nonnisi *ſ* per publicam pœnitentiam suscipi.

n *Non disting. à pracedenti.* o *Var.* p *Var.* q *Hic incipit* v. *cap. in ed.* r *Alia add.* ſ *Var.*

CAP. *t* XI.

Qui *u* de Catholica ad hçresim transierunt, nunquam *x* poterunt ad Clerum admitti, quorum commissum nonnisi longa pœnitentia poterit aboleri.

t *Non dist. à praced.* u *Alia add.* x *Variè per modum interrog. dicuntur.*

CANON *y* AFRICANORUM.

Æra [z] XLII.

Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.

y Concil. IV. Carth. *in vulg. sed in cod. Gemblac. cœnob. codice, & S. Bavonis in Gandavo.* Statuta Ecclesiæ antiqua. *Cod. Barb. add.* Orientis
z *In vulg.* c. LIV. *ut in cod. Barb. & Palat.* XLII.

Æra a XLV.

Seditionarios, *b* usurarios, injuriarum suarum ultores, nunquam ordinandos clericos.

a *In vulg.* LXVII. *in cod Barb. & Pal.* c. LV. b *Var.*

Æra c LXXXIV.

Ex pœnitentibus, quamvis bonus, nunquam ordinetur.

c *In vulg.* LXVIII. *in cod. Barb. & pal.* LXXXIV.

tur Clericus. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit; deponatur. *d*

d *Ratio subjicitur. in ed.*

CAP. VII.

Quales, vel qualiter ad sacros ordines accedant: & ubi ordinentur.

Epistola 5. cap. 6.

IN EPISTOLA * SYMMACHI PAPÆ ad Cæsarium Episcopum.

In *a* electione Episcopi, decretum sive *b* visitatoris præsentiam nemo confiteatur, cujus testimonium *c* clericorum & civium potest unanimitas declarare. Hortamur itaque, ut pro Catholicæ religionis intuitu, & Ecclesiarum pace, hæc universi fideliter *d* ac devota mente custodiant: quia non est dubium prævaricatores interdictorum talium juxta venerandos canones propriæ communionis subire jacturam. Hæc tamen ad omnium Episcoporum volumus *e* venire notitiam.

a *In ed. desiderantur hæc priora verba.* b *Var.* c. *Var.* d *Var.* e *Var.*

CANON NICÆNUS.

æra f XI.

Sanè *g* si communi omnium consensu rationabiliter habito, & secundum Ecclesiasticam regulam factum decretum duo aliqui aut tres contradixerint: illa obtineat sententia, in qua plures numero fuerint sacerdotes.

f *Ex interpr. Ruf.* c. VII. *Dionys. & Isid.* c. VI. g *Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Conc. III. Carth. c. XL.

æra * IV.

Et illud statuendum est, ut quando ad eligendum Episcopum convenerimus, si qua contradictio fuerit oborta,

i non

i non præſumant ad purgandum eum qui ordinandus eſt tres : ſed poſtulentur *k* ſuper tres, unus vel duo : & in eadem *l* Eccleſia cui ordinandus eſt, diſcutiantur primò perſonæ contradicentium : poſtremo etiam illa quæ objiciuntur, pertractentur ; & cùm purgatus fuerit ſub conſpectu *m* plebis, ordinetur.

i *Quædam add. in ed.* k *Add.* l *Var.* Plebe *m* Publicæ.

CANON ARELATENSIS.

Æra n XXXI.

In ordinatione *o* Epiſcopi hic ordo ſervetur, ut primo loco venalitate vel ambitione ſubmotâ, tres *p* Epiſcopi nominentur, de quibus Clerici vel cives erga unum eligendi habeant poteſtatem.

n Conc. Arel. II c. LIV. o *Var.* *p* ab Epiſcopis.

CANON AURELIANENSIS *q* II.

Æra V.

Epiſcopus in civitate, in qua per decretum eligitur, ordinetur : *r* & in eccleſia cui præfuturus eſt conſecretur. Si verò neceſſitas hoc implere non patitur, *ſ* aut in præſentia metropolitani, aut cum ejus auctoritate intra provinciam omnino à comprovincialibus ordinetur.

q Conc. Aurel. IV. *in ed.* c. V. r *Var.* ſ *Quædam add.*

CANON APOSTOLORUM.

æra XXI.

Eunuchus *t* per invidiam, vel in perſecutione factus, vel ſi ſic natus eſt, ſi dignus eſt, efficiatur Epiſcopus.

t *Non eſt Dionyſ. interpret.*

CANON NICÆNUS.

Æra IV.

Ut *u* Episcopus, si fieri potest, à totius provinciæ Episcopis ordinetur. Si verò hoc difficile est, non minus *x* à tribus: ita tamen ut metropolitani Episcopi vel præsentia, *y* auctoritas habeatur. Absque eo ordinationem irritam *z* volumus.

u *Interp. Rufini.* V. Synodum Arelat. II. c. v. *x* Quàm. *y* Vel præsentia, vel auctoritas. *z* Esse voluerunt.

Æra VII.

Si forte *a* in ordinando Episcopo duo vel tres *b* dissentiant, reliquorum auctoritas, & præcipuè metropolitani cùm ceteris firmior habeatur.

a *Interp. Ruf.* *b* Pro aliqua contentione.

CANON *c* LAODICENSIS.

Æra XII.

Ut *d* Episcopi Metropolitanorum judicio, & eorum Episcoporum qui circa sunt, provehantur ad Ecclesiasticam potestatem; hi videlicet, qui plurimo tempore tam in verbo fidei, quàm rectæ conversationis exemplo probati fuerint.

c Laodiceni c. XII. d. *Non multum differt ab interpr. Dionys.*

CANON *e* AFRICANUS.

Æra f *I.*

Qui Episcopus ordinandus est, ante examinetur, si natura prudens est, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper sui negotii *g* vacans, si *h* hominibus affabilis; si literatus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis

e Statut. Eccl. antiq. *Vide supra.* f *In cod. Barb. primum hoc caput fungitur vice præfationis sequentium cap.* *g* Suis negotiis cavens. *h* Si humilis, si affabilis.

exercitatus. Et ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est patrem, filium & spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque *i* in trinitate deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coeternalem, & coomnipotentem prædicans: si *k* singulas unamquamque personam in Trinitate plenum Deum, & *l* totas tres personas unum Deum: si Incarnationem Divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantùm; *m* ut qui erat in divinitate Dei patris filius, ipse fieret in *n* humanitate hominis matris filius, Deus verus ex patre, & homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens & animam rationabilem; simul in eo ambæ naturæ, id est homo & Deus, unus filius, unus Christus, unus Dominus, omnium quæ sunt & auctor & Dominus & creator cum patre & spiritu sancto: qui passus sit vera passione carnis & mortuus, *o* resurrexitque vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet judicare vivos & mortuos. Quærendum est etiam ab eo, si novi & veteris testamenti, id est Legis & Prophetarum & Apostolorum unum eumdemque credat auctorem & Deum. Si Diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat hujus quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem: si credat judicium futurum, & recepturos singulos pro his quæ in carne gesserunt, vel pœnam vel gloriam: si nuptias non *p* prohibet. *Et cetera cum quibus omnino conveniunt ed.*

i Trinitatis. *k* Singularem quamque. *l* *Desider. ined.* *m* *Add.* Credat. *n* Homine *rectius habet coll.* *o* Vera corporis sui morte. *p* Improbet.

NOTA.

Ex his sicut ex aliis perspicuum fit, patrum Africanorum decreta seu statuta Ecclesiæ antiqua, non fuisse interpolata; sed exceptis tantum quibusdam variis lectionibus, quæ quidem sensum nullo modo mutant, integra permansisse.

CANON AURELIANENSIS.

Æra q *IV.*

r Metropolitanus s omnibus, si fieri poteſt, præſentibus comprovincialibus Epiſcopis ordinetur; ita ut ipſi metropolitano privilegium ordinandi maneat de ipſo, quem ordinationis conſuetudo requirit. Ipſe tamen metropolitanus à comprovincialibus Epiſcopis, ſicut decreta ſedis Apoſtolicæ continent, cum conſenſu Clericorum & civium eligatur: quia æquum eſt, ſicut ipſa ſedes Apoſtolica dixit, ut qui omnibus præponendus eſt, ab omnibus eligatur.

q Concilii III. Aurelian. c. III. r *Quad. in ed. praecedunt expoſitionis cauſa add* ſ Metropolitani à metropolitanis. *Pith. & Lugd. ut vulgati*, à metropolitano. *Vid. notas V. Cl. J. Sirmondi.*

CANON t AURELIANENSIS. IV.

ÆRA IX.

Ut vivente Epiſcopo alter non ordinetur Epiſcopus.

Nullus u vivente Epiſcopo alius ſupponatur, aut ſuperordinetur Epiſcopus, niſi forte in ejus loco, quem capitalis culpa dejecerit.

t Conc. Aurel. V. c. XII. u Nulli viventi Ep. ſuperponatur.

IN EPISTOLA x ZOZIMI PAPÆ.

Hæc in ſingulis gradibus obſervanda ſunt tempora. Si ab infantia Eccleſiaſticis y myſteriis vel miniſteriis nomen dederit, inter lectores uſque in XX. ætatis ſuæ annum continuata obſervatione perduret. Si majore z ætate jam acceſſerit, ita ut poſt baptiſmum ſtatim ſe divinæ militiæ deſideret mancipari, ſic a inter lectores vel exorciſtas quinquennio teneatur: & exinde Acolytus vel Subdiaconus quatuor annos b ſtet: & ſic ad Diaconatus benedictionem, ſi meretur, accedat. In

x Ep. Zozimi Papæ ad Heſychium Salonitanum Epiſcopum. cap. III. y *Deeſt*. z Major jam & grandævus. a Sive. b *Deeſt*.

quo ordine v. annos si inculpatè se gesserit; *c* suffragantibus *d* meritis per tot gradus propriæ fidei documentis, Presbyterii sacerdotium *e* poterit promereri. De quo loco, si illum exactior vita ad bonos mores perduxerit, summum pontificatum sperare debet: hâc tamen lege servata, ut neque bigamus, neque pœnitens *f* ad hos gradus possit admitti. Sanè, ut etiam defensores Ecclesiæ, qui ex laicis fuerint, supradicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine Clericatus.

c *Quadam add.* d Stipendiis. e *Desideratur in ed.* f *Add.* neque viduæ maritus.

CAPUT *g* ORDINATIONIS MINISTERIORUM officialium Ecclesiæ.

De ordinatione Episcopi, Presbyteri, & Reliquorum gradum.

h Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi teneant evangeliorum librum super cervicem ejus, & unus *i* fundat super eum benedictionem: Reliqui omnes, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant. k Presbyter cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, *l* omnes Presbyteri qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput ejus teneant. *Cetera prætermittimus, à quibus non discrepant edita præter distinctionem numerorum, quam nullam hic habet coll. cod. Her.*

g *In cod. Barb. ante statuta Eccl. antiq. c. xc. tamquam sequentium Canonum titulus præfigitur*: Recapitulatio ordinationis officialium Ecclesiæ. *h* Est can. xc. *in cod. Barb. & in* conc. iv. Carth. c. i. *i* Uno super eum fundente. k c. xci. *in c. Barb.* & conc. iv. Carthag. c. ii. *& sic ceteri can. distinguuntur.* *l* Etiam &c.

CANON *m* AFRICANORUM.

Æra. X.

Ut Episcopus absque consilio *n* presbyterorum suorum, clericos non ordinet, ita ut civium conniventiam & testimonia *o* acquirat. *p*

m Statut. Eccl. antiq. *sive* conc. iv. Carth. c. xxii. *Sed in cod.* b. c. x. *n* Clericorum. *o* Quærat. p *Add. in nova ed. conc. hoc loco, quæ desunt in codice Teleriano sicut in coll. cod. H.*

Æra XIII.

q Ut in sacerdotibus ordinandis etiam ætas requiratur.

q Hic *canon in Stat. Eccl. antiq. sive in C. iv. Carth. desideratur. Vide conc. III. Carth. c. iv.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra XXXIII.

x Placuit in ordinatione Episcopi hunc ordinem custodiri, ut in primo loco venalitate vel ambitione submota, tres ab Episcopis nominentur, de quibus Clerici vel cives erga unum eligendi habeant potestatem.

x *Desideratur in conc. Aurel. Sed vide Conc. Arel.* II. *c. liv. & suprà citatum. ar. xxxi.*

CANON *y* CALCIDONENSIS.

Æra XII.

z Ut nequaquam in duos metropolitanos provincia dividatur.

y Chalcedonens. *Iuxta Græcum* V. Cl. J. Sirmondus legit Calched.
z *Sic olim Gallic. Ecclesia canones Græcorum summatim interpretabatur. Quod licet observare in synod. Gall. & Rufini interp.*

CAPUT VIII.

Ne in una civitate duo sint Episcopi: Et de Vicariis Episcoporum.

CANON NICÆNUS.

Æra X.

a Ne in una civitate duo sint Episcopi.

a *Ex interp. Rufini, quâ simili de aliis Concil. Ecclesia Gall. utebatur.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra XVIII.

Desideratur in ed. * Vicarii Episcoporum, quos Græci chorepiscopos dicunt, constituti sunt ad exemplum LXX. Seniorum. Sed tan-

quam sacerdotes propter sollicitudinem & studium in pauperes offerant, & honorabiles fiant.

NOTA.

Iste canon in Conciliis Aurelian. desideratur, desumptusque esse videtur ex Concilio Neocæsariensi can. xiij. cujus interpretatio, quæ legitur apud Isidorum Mercatorem, verbis præcedentibus multò similior est quàm Dionysiana: Sic igitur ex interpretatione Isidori: Vicarii autem Episcoporum, quos Græci chorepiscopos vocant, constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta Seniorum; sed tamquam consacerdotales propter sollicitudinem & studium, quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

CAPUT IX.

De ordinando Episcopo intra menses III.

CANON *a* CALCIDONENSIS.

Æra XXV.

b Placuit sanctæ synodo, intra tres menses ordinationes Episcoporum celebrari.

a Chalced. *Iuxta Græcum antiquam* Calched. *legit I. Sirm. ex vetustis monumentis.* b. *Interp. Dionys.*

CAPUT. X.

De ordinatis Episcopis, nec receptis.

a Si quis Episcopus non susceperit officium, & curam populi sibi commissi, communione privetur, usquequò consentiat obedire. Similiter Presbyter, vel Diaconus. Si verò pro malitia populi receptus non fuerit, ipse quidem maneat Episcopus. Clerici verò civitatis communione priventur, eo quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt.

a Nec auctor nec numerus inscribitur. Vide concilium Antioch. c. XVII. XVIII. *Can. sub nomine Apostol.* c. XXXV. *Prisca interpret.*

CAPUT. XI.

De Episcopo invito ordinato.

CANON AURASICORUM.

æra a XX.

b Sicubi contigerit, *c* ut duo Episcopi unum Episcopum invitum faciant, actoribus damnatis; 1. unus eorum Ecclesiæ ipsius qui vim passus est, substituatur; si tamen vita respondet, & alter in alterius dejecti loco *d* ordinetur.

a Conc. Arausicani I. c. XXI. b *Quedam add.* *c* duos Episcopos d *Add.* nihilominus.

NOTA CUM VARIIS LECTIONIBUS.

1. *Contrarium legitur in ed. his verbis:* unius eorum Ecclesiæ ipse qui vim passus est substituatur. *At lectioni coll. cod. Her. favet Ivo p. v. c. clxxxj. qui hunc canonem sic legit.* De abjectione ejus, quem duo præsumpserint ordinare Episcopi, in nostris provinciis placuit de præsumptoribus, ut sicubi contigerit duos Episcopos &c. *Idem apud Gratian. Dist. lxiv.* De abjectione &c.

CAPUT XII.

Quod non oporteat absolutè ordinare quemquam.

CANON *a* CALCIDONENSIS.

Æra VI.

b Ne quis ordinetur in gradu Ecclesiastico, nisi specialiter titulus ecclesiæ, ubi serviturus est, pronuntietur. Qui verò absolutè ordinatus fuerit, decrevit sancta synodus irritam habere hujuscemodi manus impositionem, & non posse ministrare ad ordinantis injuriam.

a *Propter lectionem V. Cl. I. Sirmondi ex vetustis monumentis latinis χ mutarunt in κ & κ in χ in ultima Concil. edit etiam in Graco.* b *Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.*

CAPUT

CAPUT XIII.

De servo aut liberto Ordinato.

CANON AURELIANENSIS I.

Æra a *V.*

Si Episcopus *b* servum *c* nesciente Domino & Episcopo sciente quod servus esset, Diaconem *d* aut Presbyterum ordinaverit, ipso in Clericatus officio permanente, Episcopus eum *e* duplici satisfactione compenset. Si verò episcopus eum servum nescierit, illi qui testimonium perhibent, & eum supplicaverint ordinari, *f* redhibitione teneantur *g*.

a Conc. Aurel. I. c. VIII. b *Var. in ed.* c *Add. absente aut.* d *Var.* *e* Dupli satisfactione *Corbeiensis, Tilianus, & collectio S. Benigni. Vide notas V. Cl. I. Sirmondi.* *f* Similia. *g* obnoxii.

CANON AURELIANENSIS *h* IIII.

Æra V.

Si verò *i* libertum ordinaverit absque ejus voluntate, cujus libertus factus est, ille qui ordinatus est à Domino revocetur: K ordinator verò ejus, si sciens fecisse probatur, VI. mensibus missam *l* facere non præsumat. Si verò secularium servus *m* est, benedictione ei conservata, honesto *n* ordine Domino suo impendat obsequium. Quòd si Dominus *o* ejus ita voluerit eum inclinare, ut sacro ordini *p* inferat injuriam, duos servos, secundùm *q* antiquos canones, Episcopus qui eum ordinavit, *r* pro eo exsolvat, & eum ad ecclesiam suam revocandi habeat potestatem.

h Conc. Aurel. V. c. VI. *i* *Add. aliqua in ed.* K Et ille qui est collator ordinis. *l* Tantùm. m *Add.* n *Var.* *o* Secularis. p Inferre videatur. q *Var.* *r* Domino seculari restituat.

R

EX CAPITE XIV.

De Presbyteris, qui diversis Ecclesiis ministrant: & quod non Clericum quemquam in duas civitates ministrare: nec Abbati, plura monasteria habere.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra x.

a Non liceat clericum conscribi simul duabus Ecclesiis; & in qua in initio ordinatus est, & ad quam profugit quasi ad potiorem, inanis gloriæ cupiditate: hoc autem facientes revocari debere ad ecclesiam, in qua prius ordinati sunt, & ibi tantummodo ministrare. Si verò tanquam translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiæ, vel martyrum qui sub ea sunt, aut Ptochiorum, aut Synodochiorum rebus in nullo communicet. Eos verò qui ausi fuerint, ex his quæ prohibita sunt, perpetrare, à proprio gradu procidendos.

a *Prisca interpr. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AGATHENSIS.

Æra b XXXVI.

Abbatibus quoque c divisas cellas, aut plura monasteria habere non licet, nisi d tamen propter incursum e hostilem intra muros receptacula collocare.

b C. XXXVIII. c Singulis diversas. d Tantùm. e Hostilitatis.

CAP. XV.

Ut de uno loco ad alium non transeat Episcopus, vel Clericus sine jussione Episcopi.

CANON a AFRICANUS.

Æra XI.

Ut nequaquam episcopus de loco ignobili ad nobilem per

a Concil. IV. Carth. c. XXVII. *seu potius* statuta Ecclesiæ antiqua. *In cod. Barb.* c. XI.

ambitionem transeat, & ne quisquam inferioris ordinis Clericus. Sane si id utilitas ecclesiæ fiendum poposcit, *b* per sententiam *c* synodi fiat, & in loco ejus alius episcopus *d* subrogetur. Inferiores *e* gradus, concessione sui episcopi possunt ad *f* has ecclesias transmigrare.

b *Quadam add.* c In præsentia synodi transferatur. d *Var.* e *Add. aliqua.* *f* Alias.

CANON ARELATENSIS.

Æra *g* XXXV. *h*

Si quis secularium, amore religionis se ad quemcunque sacerdotum crediderit conferendum, ipse sibi eum, quem erudiendi gratia susceperit, vindicabit.

g Conc. Arel. II. c. LV. h *De hoc concilio iste numerus maximè observandus est. Vide notas V. Cl. I. Sirmondi.*

CANON NICÆNUS.

Æra XVI.

i Ut ne de civitate inferiore ad majorem ecclesiam quis ambiat, sive Episcopus, sive *k* alius Clericus.

i *Ex interp. Ruf.* k Etiam.

Æra XVII.

Ut ne quis Clericus, qui derelicta ecclesia sua, nulla existente causa probabili vagatur *l* per alias ecclesias, suscipiatur in communionem.

l Et oberrat.

Æra XVIII.

m Ut nemo eum, qui ad alium pertinet, subripiens, in sua ecclesia ordinet Clericum absque consensu illius ad quem pertinet.

m *Ex ead. interp.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra n LV.

Ut Episcopus ille qui plures habet Clericos, alteri episcopo unum, si necesse est, largiatur ordinandum.

n *In ed. numerus non prætergreditur xl. can. unde iste canon & alii desiderantur.*

CANON ANTIOCHENUS.

Æra XXI.

o Episcopus ab alia parrœchia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Episcopis necessitate compulsus. Maneat in ecclesia, quam primitus à Deo sortitus est.

o *Parum differt ab interp. Dionys.*

CANON CALCIDONENSIS.

Æra VIII.

p Clerici qui præficiuntur Ptochiis, vel qui ordinantur monasteriis & basilicis, sub episcopi secundum traditiones patrum potestate permaneant: nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui verò audire renuerint hujuscemodi formam, si Clerici sunt, Canonum correptionibus subjacebunt; si autem Laici vel Monachi fuerint, communione priventur.

p *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra XX.

q Clericos in ecclesia ministrantes, si in alterius civitatis ecclesia statuti fuerint, oportet contentos esse, in quibus ab initio ministrare debuerunt; exceptis illis, qui proprias amittentes provincias, ex necessitate ad aliam ecclesiam transierunt. Si quis autem episcopus post hanc definitionem suf-

q *Parum differt ab interp. Dionys.*

ceperit Clericum ad alium Episcopum pertinentem, placuit, & susceptum & suscipientem communione privari, donec is qui migraverat, revertatur.

CANON AURELIANENSIS.

Æra XI.

r Ministri in quibuscumque locis ordinati fuerint, in ipsis perseverent.

r Iste canon in conc. Aurel. ed. desideratur.

NOTA.

Eadem verba citantur ex Arelatensi Concilio, in libris decretorum ex Gandavo habitis, & vetustis cod. Monasterii S. Bavonis.

Æra XX.

ſ Quòd si ad alium locum se transferre voluerint, deponantur.

ſ Ex conc. Arelat. I. c. XXI.

CANON NICÆNUS.

Æra t XXI.

Si episcopus de civitate sua ambitionis causa ad aliam migraverit, nec laïca ei communio concedatur.

t Canon est I. Conc. Sardicensis *cur ita citetur. Vide præfationem V. Cl. Iustelli de veteri codice canonum Ecclesiæ universæ.*

Æra XXII.

u Ut episcopus ad aliam provinciam, in qua sunt episcopi, non transeat; nisi fortè à fratribus invitetur.

u Canon est III. Conc. Sardicensis. *Prisca interpret. nec Dionys. nec Isidori.*

CANON HYPPONIENSIS.

Æra x LXXIV.

Ne *y* interventor episcopus in cathedra , *z* ubi interventor est, sedeat: *a* sed dare operam oportet, ut intra annum episcopus populo detur. Quòd si neglectum fuerit, anno exempto interventor ille discedat, *b* & alius interventor populo tribuatur, qui ei episcopum provideat.

x *Tribus locis hic canon legitur.* In conc. Carth. V. c. VIII. Conc. vulgò dicto Africano. c. XLI. & in codice Eccl. Afric. c. LXXIV. *y* Intercessor. *z* *Var.* a *Add. aliqua.* b *Mult. var.*

CANON 1. REGENSIS.

Æra sive numerus legi non potuit

Æra ....

In ed. can. VII.

1. Si episcopus alium episcopum venerit sepelire, usque ad septimanam defuncti liceat ejus exequias celebrare; aliter, nisi per mandatum Metropolitani. Ne quis episcoporum ad ecclesiam, quæ suum amiserit sacerdotem, accedat, ne à plebe decipiatur.

NOTA.

Vir Cl. I. Sirmondus in suis notis ad hoc concilium: Regense, inquit, in veteribus libris, non Regiense. In quibusdam, synodus habita in civitate. Sic & Faustus, qui episcopus Regensis dici vulgo solet, ab antiquis scriptoribus Regensis nuncupatur, & territorium Regense à Gregorio Turonensi lib. 4. cap. 34. *Itaque veterem lectionem confirmat antiquissimæ canonum collectio cod. Her. quæ ubique cum veteribus cod. consentit.* 1. *variè idem canon legitur in ed. his scilicet verbis:* hæc autem omnia exequiarum tempore, usque ad septimam defuncti diem aget. Exin se ecclesiæ referens, mandatum metropolitani simul cum omnibus sanctis episcopis opperietur. Nec quisquam ad ecclesiam, quæ summum amiserat sacerdotem, nisi metropolitani literis invitatus, accedat; ne à plebe decipiatur & vim pati voluisse videatur. *Si nostra collectio à I. Sirmondo fuisset examinata, tantam in eodem canone discrepantiam profe-*

ftò non omisisset vir diligentissimus, qui in alios canones minimas varietates observavit.

CANON *c* ARELATENSIS.

Æra XX.

Presbyteri *d* vel Diaconi, qui *e* loca sua, in quibus ordinati sunt, *f* absque jussione *g* Episcopi sui dimiserint, deponantur.

c Conc. Arel. I. c. XXI. *d* De presbyteris. *e* solent dimittere. *f* Et ad alia loca se transferunt. *g* *Desid. in ed.*

CAPUT XVI.

De peregrinis Episcopis, vel Clericis, seu ad Comitatum pergentibus.

CANON *a* AURELIANENSIS.

Æra XIX.

Peregrinis Episcopis, cùm in urbe veniunt, placuit locum dare, ut offerant.

a Ex Concilio Arelat. I. can. XIX.

CANON *b* NICÆNUS.

Æra X.

c Episcopus qui in canali constitutus est, cùm progredientem episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causasque videat, quò tendat, agnoscat. Et si per ambitionem pergit, neque in literis ejus subscribat, neque in communione eum recipiat.

b Conc. Sard. c. XI. in *interp. Dionys. & Isid. sed in Gr.* c. XX. c *Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra *d* XIX.

e Liceat episcopum accedere ad possessiones suas, ut disponat fructum laboris sui. Et si per tres hebdomadas morari necesse est, in suis potius ecclesiis moretur: aut si qua pro-

d Conc. Sardic. c. XII. *in Græc.* c. XV. *in interp. Dionys. & Isid.* e *Prisca interpret. nec Dionys. nec Isid.*

xima est civitas, tamen ne sine ecclesia videatur diem facere Dominicam *f.* Ita tamen ad possessionem episcopus accedat, ut neque res domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant; & ne frequenter veniendo ad civitatem alterius, suspicionem jactantiæ vel ambitionis incurrat.

f Supp. illuc accedat.

CAPUT XVII.

De formatis Peregrinorum, & Clericis sine literis ambulantibus.

CANON ANTHIOCHENUS.

Æra a VIII.

b Nullum peregrinorum absque formata suscipi oportet.

a C. VIII. b *Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.*

C. VIII. *Æra* * IX.

Neque Presbyteros ad regiones longinquas canonicas epistolas dare, nisi ad Episcopos finitimos simplices epistolas mittere.

Æra d X.

Vicariis verò Episcoporum, formatas facere liceat.

d Non distinguitur à præced. in ed.

CANON CALCIDONENSIS

Æra XI.

e Omnes inopes vel indigentes subsidium cum probatione petant Apostolicum, vel cum pacificis ecclesiasticis tantummodo proficiscantur, & non commendatitiis; quia commendatitiæ honestioribus personis.

e Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.

CANON

CANON LAODICENSIS.

Æra. f XXVIII.

g Non oportet ministros altaris, vel etiam Laicum sine Canonicis literis, id est, formata aliquò proficisci.

f c. XLI. g *Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XIII.

h Peregrinos Clericos in aliam civitatem præter commendatitias literas sui Episcopi, nusquam penitus ministrare debere.

h *Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AGATHENSIS.

Æra i XXVI.

Clerici vel etiam k Monachi sine commendatitiis literis sui episcopi licentiam *l* non patiantur evagandi. *m* Quòd si eos verborum correctio non emendaverit, etiam verberibus *n* coerceantur.

i C. XXXVIII. k *Deest.* l *Var.* *m* Vide Conc. Veneticum I. c. v. VI. *n* Statuimus coerceri.

CANON EPAUNENSIS.

Æra o V.

Presbytero vel Diacono, sine Antistitis sui *p* literis ambulanti, communionem nullus impendat.

o Conc. Epaon. c. VI. p *Var. Sed vide* Concil. Aurel. III. c. XV. *ubi iste canon perinde citatur, ut legitur in coll.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra XVIII.

Clericos in aliorum civitatibus, vel territoriis commoran-

tes, ad nullum Clericatus honorem absque sui consensu episcopi debent promoveri.

NOTA.

Iste canon pertinet ad Concilium Aurelianense III. c. xv. aut ad V. Conc. c. v. ubi idem sensus refertur paucis verbis mutatis. Sic verò in Concilio Aurel. c. xv. habetur: De his verò Clericis qui sub qualibet occasione aut conditione in aliorum civitatibus vel territoriis crediderint immorandum, ne ad ullum Clericatus honorem absque sui episcopi scripto atque consensu debeant promoveri. *Ita quoque in conc. Aurel. V. c. v.* Ut nullus Clericum seu lectorem alienum, sine sui cessione Pontificis vel promovere, vel sibi quibuslibet conditionibus audeat vindicare.

CAP. XVIII.

Qualiter, vel pro quibuslibet culpis quisque degradetur.

CANON NICÆNUS.

Æra XI.

q Et si fortè indiscretè ad sacerdotium provecti, postmodùm vel ipsi de se aliquid criminosum confessi sunt, vel ab aliis revicti *r* abjiciantur.

q *Interp. Rufini* V. epist. vi. Joannis PP. II. *r* ut.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XIX.

Aut fraude Abbas si in culpa reperiatur *, & innocentem se asserens ab Episcopo suo accipere noluerit successorem, ad metropolitani judicium deducatur.

Æra XXII.

s Si Diaconus aut *t* Presbyter crimen capitale commi-

s V. titulos Canonum Gallicanorum post epist. Ioannis PP. II. t *Var.*

ferit, *u* depositus in monasterio retrudatur, ibi tantummodo, quamdiu vixerit communione sumenda.

u Ab officii honore.

CANON AURELIANENSIS.

Æra x VI.

Si Diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiserit, simul & officio & communione privetur.

x Conc. Aurel. I. c. IX. V. *titulos Canonum Gallicanorum.* Dist. LXXXI. ex conc. Arelat. I. c. XI.

Æra y VIII.

z Si quis Clericus adulterasse aut confessus vel revictus fuerit, depositus ab officio, communione concessa, *a* toto tempore vitæ suæ retrudatur.

y Conc. Aurel. III. c. VIII. V. eosd. titulos. *z* *Add. in ed.* *a* In monasterio.

Æra *b* IX.

Si quis Clericus furtum aut falsitatem commiserit, quia capitalia sunt, *c* communione concessa, ab ordine degradetur.

b Ejusdem Conc. III. c. VIII. *c* Ipsa crimina.

Æra *d* II.

Nullus Clericorum à Subdiacono, & suprà, *e* cum uxore quam ante *f* habuit misceatur. Quod si fecerit, Laicâ communione *g* concessa, *h* ab officio deponatur. Quod si sciens *i* episcopus suus taliter egisse, & eum postea ad officium admiserit, tribus mensibus *k* cum pœnitentia sit à suo officio sequestratus.

d Ejusd. Conc. c. II. e *Add. quadam.* f *Var.* *g* Contentus. h *Add. quadam.* i *Var.* k Ad agendam pœnitentiam.

Æra *l* VII.

Clerici *m* benedictione suscepta si conjugia crediderint

l Ejusd. Con. III. c. VII. m *Add.* qui cum uxores non haberent.

eligenda, qui volentes absque ulla reclamatione in ætate legitima fuerunt ordinati, cum ipsis mulieribus *n* communione pellantur. Quòd si invitus aut reclamans fuerit ordinatus, deponatur ab officio, sed non communione pellatur. Episcopus qui invitum aut reclamantem *o* ordinaverit, annuali pœnitentiæ sub litus missas facere non præsumat.

n Quas acceperint. *o* Præsumpserit ordinare.

De his qui in aliena diœcesi Clericos ordinant.

Æra p *XVII.*

Episcopus *q* si in alterius diœcesi alienos clericos ordinaverit, vel altaria consecraverit, remotis his quos ordinavit, altaris tamen consecratione manente, transgressor Canonum annum à missarum celebratione cessabit.

p Ejusd. Conc. Aurel. III. c. xv. q *Var.* in diœceses alienas ad alienos Clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet: quòd si fecerit, *cetera ut in coll.*

* *De Presbyteris fornicantibus.*

CANON CÆSARIENSIS.

Æra I.

r Presbyter qui uxorem duxerit, deponatur. Si fornicatus fuerit, aut adulterium commiserit, ab ecclesia abjiciatur inter laicos ad pœnitentiam agendam.

r Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.

CANON ANCYRITANUS.

Æra XX.

ſ Si quis adulterium commiserit, VII. annis pœnitentiâ completis, Presbyteri vel Diaconi in laicorum communione reddantur.

ſ Prisca interp. nec Dionys. nec Isid.

CANON VALENTINENSIS.

Æra t III.

u Diaconus, *x* Presbyter, vel Episcopus si mortali crimine dixerint se esse pollutos, *y* deponantur, *z* sive veræ confessionis, vel mendacii. Neque enim absolvi in his potest, *a* si in seipsos dixerint, quod dictum in alios puniretur; cùm omnis qui sibi fuerit mortis causa, major homicida sit.

t Conc. Valentini c. IV. V. titulos Canonum Gallicanorum ep. Joannis II. subjectos. *u Quedam add.* x *Var. y* A supradictis ordinationibus submoveantur. *z Var.* a *Deest in ed.*

CANON AFRICANUS.

Æra b XLIV.

Clericus maledicus, maximeque in sacerdotibus, cogatur ad postulandam veniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

b Conc. Carth. *nomine* IV. c. LVII. seu *potius* statut. Eccl. antiq. *in cod. Barb.* c. XLIV.

Æra c XLIII.

Clericus qui adulationibus & proditionibus vagari deprehenditur, ab officio *d* deponatur.

c Idem est num. in cod. Barb. conc. Carth. IV. c. LVI. *d* Degradetur.

Æra e LXXXIV.

Si pœnitentem sciens episcopus ordinaverit, *f* ambo degradentur & ordinator & ordinatus.

e *Id. num. in cod. Barb.* conc. Carth. IV. c. LXVIII. *f Al.* etiam ab Episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur.

Æra g LXXXV.

h Similiter si episcopus sciens ordinaverit *i* eum, qui viduam, aut repudiatam, aut secundam habuit uxorem.

g *Id. n. in cod.* B. conc. IV. Carth. LXIX. *h* Simili sententiæ subjacebit. *i* Clericum.

CANON ARELATENSIS.

Æra k vii.

Si episcopus alterius Clericum sine *l* consensu sui episcopi *m* ordinaverit, ordinatus *n* deponatur, & ordinator tribus mensibus communione privetur.

k Conc. Arel. V. c. vii. *l* Epistola. *m* *Quedam add.* n *Add. in ed.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra o xxx.

p Si quis episcopus seculi potestate usus, & per hanc, ecclesiam obtineat, deponatur: & segregentur omnes illi qui communicant.

o c. xix *in Gr.* c. xxxi. *apud Dionys.* p *Interp. non Dionys.*

Æra xlv.

Clericus ebrietati serviens, aut desinat, aut deponatur.

CANON *q* MATICENSIS.

r Si presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, sacrificia contrectare, aut missas *s* facere præsumpserit, *t* juxta canones Africanos dignitatem amittat honoris.

q Concil. Matisconensis II. c. vi. *r* Item decernimus ut nullus &c. *s* Privatis festisque diebus concelebrare. *t* *Var. & alia add. in ed.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra *u* xl.

Episopus, Presbyter, Diaconus aleæ, hoc est, tabulis aut ebrietati serviens, aut desinat, aut certe damnetur.

u xli. *In Gr.* c. xlii. apud *Dionys. Paululum differt ab interp. Dionys.*

CANON NICÆNUS.

Æra x XVIII.

y Clerici fœnerantes, & qui centesimas exigunt vel usuras ex quolibet negotio, dejiciantur de clero.

x c. XIX. *Interp. Rufini.* *y* *Sing. interp.*

CANON APOSTOLORUM.

* *Æra* ....

Episcopus, Presbyter, Diaconus ne umquam seculares curas assumant. Sin aliter, deponantur. c. VI. in Gr. c VII. int. Dionys.

CANON CÆSARIENSIS.

Æra * VIII.

a Si quis presbyter confessus fuerit, quòd ante ordinationem suam corporali peccato lapsus est, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter utilitatem ejus. c. IX.

a *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

EPISTOLA *a* HORSMIDÆ PAPÆ.

Per universas provincias.

Si *b* quis Diaconus, vel Presbyter post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur. Ecce manifestissime constat, quòd *c* secundùm titulos antiquorum patrum *d* à sancto Joanne Papa transmissos, & CCCXVIII. episcoporum sententias Canones Gallicani continere videntur, quòd Clerici in adulterium deprehensi, & aut ipsi confessi, aut ab aliis revicti ad honorem redire non possunt. Et quia fortasse non desunt, quibus pro

a *Hic titulus posterius videtur scriptus in cod. Ms. Quicquid sit, ut ipsamet demonstrat epistola, perperam tribuitur Horsmisdæ.* *b* Con. Arauf. I. c. XXIII. conc. Aurelianense V. c. IV. *c* Vat. *in ed. & apud Grat. Dist.* L. *d* Sancto spiritu suggerente conscriptos.

nimia pietate suprà scripta, sanctorum patrum severitas minimè placeat, sciant se & CCCXVIII. episcoporum, *e* & qui reliquos canones constituerunt vel statuerunt, sententias reprehendere vel damnare. Sed fortasse major est in illis pietas, quàm in supradictis CCCXVIII. episcopis? major in illis misericordia, quàm in *f* sancto Joanne Papa? major charitas, quàm in reliquis sanctis sacerdotibus qui *g* hæc exempla vel remedia ecclesiarum suis definitionibus deliberaverunt? Et ideo aut *h* prona voluntate præceptis illorum consentiant, *i* aut omninibus illis contrarios se & inimicos esse cognoscant. Quæ est justitiæ inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum usque in diem judicii incurata servare? Quòd si eos durissimam pœnitentiam per plures annos agere videremus, sic *k* & idipsum & saluti eorum consulere, ut & canonum deberemus statuta servare. Cum verò in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi vel plangendi appareat, nec beatum David imitentur, qui dixit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Et illud: *Cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*, nec eos jejuniis vel lectionibus vacare videamus; possumus agnoscere, si ad honorem pristinum redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto *l* tepore, & inimica animæ securitate permanerent, credentes quòd sic eis non acta digne pœnitentia dimiserit Deus, quomodo & sacerdotes indulsisse videntur. Verè dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cùm ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: quòd dum asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes libenter accepimus, nos eos, *m* dum illis inutiliter indulgeremus, in peccatis permanere, aut ipsa peccata etiam augere permiserimus, non recordantes illud quòd in veteri testamento scriptum est, quia *uno peccante contra omnes ira Dei* desæviet. *n* O pietas! ô misericordia!

e *Add. in ed.* præcepta, & sancti Papæ auctoritatem, & illorum pontificum qui &c. *f* Apostolico. *g* Hoc pro exemplo vel remedio. *h* Plena. *i* *Var.* *k* *Hic locus variè & in ed. apud Grat. legitur.* *l* Torpore. *m* *Var. apud Grat.* *n* Huc usque Grat.

uni

uni parcere, & omnes *o* exemplo malo in discrimen adducere. Non ita suadet S. *p* Cyprianus dicens: *q Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec* r *premit delicta, sed fovet.* Et iterum: ſ *Imperitus est medicus, qui* t *ante dejectam putredinem superducit vulneri cicatricem.* Et ideo diligenter perpendite, si aut potest, aut debet fieri, ut tantorum ac talium, quos suprà memoravimus, sacerdotum Canones contemnentes, aliter quàm illi statuerunt, observare vel agere præsumamus; præcipuè cùm si illorum CCCXVIII. episcoporum, qui per omnes ecclesias Concilia fieri *u* statuerunt, tam sancta decreta neglexerimus, non solùm illos despiciemus, *x* sed & Africanos, *y* & omnes reliquos, qui ipsis ordinantibus per totum mundum pro ecclesiastica disciplina aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnemus. Ego me in hoc periculo mittere omnino non audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam: nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos ac tales sanctos sacerdotes, qui Canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque, qui aliter sentire vel observare disponit, qualiter possit in die judicii reddere rationem. Ego in quantum vires dignatur dare Deus, *z* volo eorum præceptionibus obedire, quia cum illis non rixas, sed pacem, & qualemcunque partem habere desidero. Et hoc diligenter attendendum est, *a* ut illi Clerici qui ad uxores proprias redeunt, ad integrum ab officio suspendantur. Et sic etiam digami & internuptarum mariti, qui utique rem licitam faciunt, Clerici tamen ordinari non possunt, & si ordinati fuerint, dejiciantur, de quibus etiam sanctus Faustus in epistola sua dixit: *Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium vult* b *excitare mariti.* Cum hæc à tantis ac talibus viris statuta sint, quâ conscientiâ quisquam dicere poterit, quòd ille qui adulterium

o *Var.* p *Var.* q *S. Cyprianus lib. de lapsis.* r Reprimit. ſ *Add. alia ex S. Cypriano.* t *Mult. Var. in ed.* u *Var.* x *Quædam add.* y Pontifices. z Studere. *a* Quod si secundum quod scriptum est, illi &c. *b* Exercere. *Hieronymus lib. 1. adversus Iovinianum*: Quamdiu impleo mariti officium, non impleo Christiani. *Et in apologia pro libris adversus Iovin.* Quando impleo mariti officium, non impleo continentis. *V. not. ad pœn. Theod.*

T

commiserit, iterum ad honorem redire possit? Quòd si al quis dicat: Ergo negas misericordiam Dei, qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Et illud: *nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat? Et peccator in quacunque die conversus fuerit, omnes iniquitates ejus oblivioni tradentur:* Ad c hanc objectionem libera voce respondere & possumus & debemus. Absit à nobis, ut de istis sententiis videamur vel leviter dubitare. Definitissime enim credimus, quòd is qui usque ad finem vitæ suæ pœnitentiam dignè egerit, non solum indulgentiam accipiet, sed etiam ad d vitam æternam perveniet. Propter regulam tamen Ecclesiasticam, & propter antiquorum patrum statuta, quæ absit à nobis, ut aut reprehendere aut discutere audeamus, e cum credamus ad vitam æternam post peractam pœnitentiam venire, ad honorem Clericatus secundùm tantorum patrum præcepta novimus non debere reverti; in tantum ut in canonibus scriptum sit: f *Ne ullus umquam Clericus pœnitens ordinetur:* Et si ille qui ultrò petit pœnitentiam, quamvis eam perfectè agat, non potest Episcopus aut presbyter ordinari, ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, dejiciatur: ille qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, (g & utique quid aliud, quàm pœnitens, dicendus est?) quâ conscientia ad sacerdotiũ redire permittitur? Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel cõtra CCCXVIII. Episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta objiciat: quia quicquid contra illorum definitionem; in quibus Spiritum sanctum loquutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solùm temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo & contremisco illam damnationem, quam Heli Sacerdos propter stultam indulgentiam accipere meruit, qui pro eo quòd filios suos negligenter castigavit, & eos nec cædere nec excommunicare voluit, ipsi filii uno die occisi sunt, & XXX. milia de populo interfecta sunt, & arca testamenti capta est, & ipse retrò cadens fractis cervi-

c *Var.* d Præmia æterna. e Eum quem credimus. f Concil. Roman. sub Hilaro pp. Can. III. Conc. Agathens. can. XLIII. g *Locus in ed. corruptus.*

cibus mortuus eſt,& nomen ipſius de libro vitæ deletum eſt & econtrà Phinees, qui pro eo quòd zelo Dei commotus duos adulteros *h* interfecit, totum populum de Dei *i* ira liberavit. Nec hoc ideo dico, ut ſicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporis ſacerdotes Domini debeant vindicare; ſed quia melius eſt, ut unuſquiſque parvo tempore K in hoc mundo *l* confuſionem ſuſtineat, quàm poſtea ad ſupplicia æterna perveniat: & multum ei utilius eſt propter aliorum exemplum, quandiu vivit, remotus ab honore pœnitentiam agat, & remedium ſibi in die neceſſitatis acquirat. Quicumque parvitati meæ in hac cauſa voluerit eſſe oneroſus, aliud reſponſum ei non dare delibero, niſi quod ſupradicti canones continere videntur. *m*

h Pariter. *i Var.* K Donec vivit. *l* Verecundiam & m *Nihil ampllus habere cod. Corbeienſem, & Pith. cetera vero ex unico Rhemenſi deſcripta eſſe animadvertit V. Cl. I. Sirmondus.*

IN EPISTOLA SIRICII PAPÆ AD *n* GENESIUM Epiſcopum.

Æra XIII.

o Preſbyter qui dicit ſe neſcire, ſi Epiſcopus fuit qui eum ordinavit, & aliquanto tempore miſſas fecit, & poſtea dimiſſo officio uxorem duxit, hunc pſeudopreſbyterum quis ambigat eſſe deteſtabilem? Pro quo omnino abjiciendus eſt, & in monaſterio ad pœnitentiam omni tempore vitæ ſuæ retrudendus.

n *Hac epiſtola deſideratur.* o *Vide epiſtolam ad Himerium, in qua ſenſus, non ipſa verba deprehenduntur.* Sed *Stephanus Pap. II. in reſp. ad varia conſulta Brit. Monachorum cap. x. ex epiſt. Siricii refert, ut legitur in hac coll.*



CAPUT XIX.

De expulso ab Ecclesia, & de excommunicato vel damnato ab officio.

CANON ANTHIOCHENSIS.

Æra II.

a Quicumque ex clero deprehensus fuerit excommunicatis communicare, iste privetur communione.

a Interpret. nec Dionys. nec Isid.

CANON AURELIANENSIS.

Æra b III.

Si quis *c* Episcopo, vel de Ecclesiæ vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, si nihil convicii aut criminationis objecerit, eum pro sola conventione à communione *d* non liceat submoveri.

b Conc. Aurel. I. c. VI. *c* Ab. *d* Ecclesiæ.

Æra e IX.

Si Diaconus aut Presbyter, pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverit; *f* si alii defuerint, & causa certæ necessitatis exoritur, *g* liceat baptizare.

e Ejusdem conc. c. XII. *f* Sic quoque. *g* Poscentem Baptismum.

Æra h XXII.

Si *i* Clericus districtionem *x* sui Episcopi putat injustam, *l* recurrat ad Synodum.

h Conc. Aurel. III. c. XX. *i* Quis clericorum circa se. *x* Aut tractationem. *l* *Quædam add.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXVIII.

SI Episcopus ante damnati absolutionem *m* obierit, correctum aut pœnitentem successori licebit absolvere.

m Obitu rapiatur.

CANON ARELATENSIS.

Æra *n* IV.

Ut Presbyter, *o* Presbyterum, Diaconum, aut Subdiaconum de ordine deponere nescio suo Episcopo non præsumat. Quòd si fecerit, ille in officio vel communione recipiatur, & ille anno integro communione *p* & officio priverur.

n Conc Arel. V. c. IV. o *Deest.* p *Var. & quædam add.*

Æra *q* XXIX.

r A communione *s* suspensos, *t* non solùm à Clericorum, sed etiam à totius populi conloquio & convictu placuit excludi. *u*

q Conc. Arelat. II. c. XLIX. r *Quædam add.* *s* Sacerdotali fuerit auctoritate suspensus t *Var.* u *Add.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra *x* IX.

Episcopus, presbyter, aut diaconus si pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur.

x C. XXV. *Interp. Dionys. à qua discrepat hæc interp.*

CANON NICÆNUS.

Æra *y* XXVI.

z Degradatus episcopus si appellare voluerit, & confu-

y Concil. Sardicensis c. V. *juxta Gr.* z *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

gerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & ipse pro eo rescripserit Episcopis qui in finitima provincia sunt, ipsi diligenter omnia inquirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quòd si Episcopus Romanus pro accusato Presbyterum de latere suo miserit, habeat ejus auctoritatem à quo missus est.

DE INTERDICTIS.

CANON APOSTOLORUM.

Æra a XXVIII.

Si quis depositus pro certis criminibus ausus fuerit attrectare ministerium sibi interdictum, ab ecclesia abjiciatur.

a c. XXIX. *interp. Dionys. à quâ differt ista interp.*

CANON ANTIOCHENSIS.

Æra . . . .

b Si quis depositus de Clero præsumpserit gradum sibi interdictum, tam ipsum, quàm ei communicantes, qui ejus cognoverunt sententiam, ab ecclesia abjici oportet.

b *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON ARELATENSIS.

Æra XVI.

Qui pro delicto suo à communione separantur, *c* in quibus locis fuerint exclusi, in *d* eisdem communionem consequantur.

c Placuit ut, *d* eodem loco

CAPUT XX.

De ordine Ecclesiastico, & officio missæ.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXVII.

Ad celebranda divina officia ordinem, quem metropoli-

tani tenent, *a* Provinciales eorum observare debent.

a *Ferè omnes cod. sic legunt* : *quidam verò* comprovinciales. *V. Not. V. Cl. I. Sirmondi.*

EPISTOLA *b* INNOCENTII PAPÆ.

Ad Decentium Episcopum c *Capuanum.*

Si instituta ecclesiastica, ut sunt à beatis Apostolis tradita, integra vellent servare sacerdotes Domini, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus ac consecrationibus haberetur. Sed *d* quòd unusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum; inde diversa in diversis locis *e* teneri *f* videantur: *g* Hinc fit scandalum populis, quidum nesciunt traditiones antiquas humanâ præsumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non convenire, aut *h* Apostolos vel Apostolicos viros contraria sensisse. Quis *i* ergo nesciat K id quod à principe Apostolorum Petro traditum est, & hoc nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superduci aut introduci aliquid quod *l* ejus auctoritatem non habeat. *m* præsertim cùm sit manifestum, per omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, & insulas interjacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus aut ejus successores constituerunt sacerdotes? Aut legant, si in his provinciis alius *n* Episcopus invenitur docuisse? Et *o* cùm nunquam invenient, oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, ex qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur *p* amittere. Sæpe dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum *q* ad ecclesiam convenisse non dubium est, & quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis *r* te-

b Innocentius Decentio Episcopo. *c* Eugubino. *d* Dum *e* Vel Ecclesiis. *f* aut celebrari. g *Var.* *h* Aut ab Apostolis vel apostolicis viris contrarietatem inductam. *i* Enim. K aut non advertat. l *Var.* in *Quedam add. superflua.* n *Male in ed.* alius Apostolorum, *cum non loquatur de Apostolis, sed de iis quos successores Apostolorum constituerunt sacerdotes.* o *Var.* *p* omittere. q *Var.* *r* Arcanis.

neat, cognovisse. *ſ* Quod sufficere arbitrarer ad informationem ecclesiæ tuæ vel reformationem, nisi prædecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerint sacerdotes. Vel certè sunt aliqui, qui aliter quàm Romana Ecclesia observat, hæc observanda dicant. Quorum nos notitiam non haberemus, nisi de aliquibus nos consulendos esse dixisses. Quibus idcirco respondemus, non quòd te aliquid ignorare credamus; sed ut majori auctoritate vel tuos instituas, vel si qui à *t* Romanis institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas; ut scire valeamus, qui sint, qui aut novitatem inducunt, aut alterius ecclesiæ quàm Romanæ existimant consuetudines *u* esse servandas. *x* Pacem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter *y* se sacerdotes tradere: cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessaria *z* judicanda, per quam constet populum ad omnia quæ in mysteriis aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum: ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur. *a* De nominibus verò recitandis, antequam *b* pacem sacerdos atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, suâ oratione commendet, quàm superfluum sit, ipse per tuam prudentiam recognoscis: ut, cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus nomen ante insinues, *c* cùm illi incognitum nihil sit. Priùs *d* enim oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt, edicenda, ut inter sacra mysteriâ nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus. *e* De consignandis verò infantibus manifestum est, non ab alio quàm ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint *f* secundi sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. *g* Hoc autem Pontificium solis debetur Episcopis, ut consignent, vel paracletum Spiritum tradant. *h* Non solùm consuetudo Ecclesiastica hoc demonstrat, verum etiam illa

ſ *Ab his usque ad illa verba.* Quibus idcirco *locus iste ita depravatus legitur in ed. ut nullo modo intelligi possit.* *t* Romanæ Ecclesiæ. *u* *Var.* *x* *Hîc incipit in ed. 1. cap.* y *Deest.* z Indicenda. a 11. *cap.* *b* Preces c *Var.* d *Var.* e 111. *cap.* f *Deest.* *g* Hæc autem Pontificibus solis deberi. h *Var.*

lectio

lectio Apostolorum, quæ asserit, Petrum & Joannem esse directos, qui *i* tantùm baptizatis tradant Spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra episcopum, seu præsente episcopo *k* cum baptizant, chrismate ungere *l* licet baptizatos, sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cùm tradunt Spiritum paracletum. Verba verò dicere non possum, ne magis prodere videar, quàm *m* consolationi respondere.

i Jam. *k* *Desideratur in ed.* *l* *Var.* *m* ad consultationem.

CANON NICÆNUS.

Æra n XIX.

o Hi qui offerendi sacrificium potestatem habent, corpus Christi porrigant. Maneant diaconi in sua mensura, & accipiant eucharistiam secundùm ordinem post Presbyteros. Quòd si quis non vult esse subjectus, cesset esse Diaconus. Quòd si non fuerit præsens Episcopus aut Presbyter, tunc Diaconi dent eucharistiam in populum.

n *In G.* XVIII. *& interpret. Dionys.* Ruf. XX. Isid. XIV. *o* *Singularis interpret.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra p LIX.

Ut Diaconus, præsente *q* Episcopo, Eucharistiam *r* populo, *s* si necesse sit, jussus eroget.

p Statuta Eccl. antiqua *in cod. Barb.* LVIII. conc. Carth. IV. c. XXXVIII. *q* Presbytero. *r* Corporis Christi. *s* *Var.*

Æra t VI.

Chrismatis *u* consecratio & reconciliatio pœnitentium *x* absque periculo mortis, *y* vel consecratio virginum à Presbyteris non fiat.

t Conc. Carth. II. c. III. in cod. Eccles. African. c. VI. *u* confectio *x* *Deest.* y *Var.*

V

De Reconciliatione pœnitentium non fienda à Presbyteris.

z Presbyteri & Diaconi præter Episcopum nihil prætentent. Nam Domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum ipse redditurus est rationem.

z *Superioris canonis ratio, quæ in ed. desideratur.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra a II.

Nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cum altari *b* adsistunt, semper ad patrem dirigatur oratio.

a Conc. Carthaginensis III. c. XX II. *b* Assistitur.

Æra c III.

Quicunque preces sibi aliunde *d* scribit, non eis utatur, nisi priùs eas cum *e* structioribus fratribus contulerit.

c *In ed. distinguitur à præcedenti.* d *Var.* *e* Instructioribus.

DE OBLATIONE POPULI OFFERENDA.

CANON *f* MATICENSIS.

Æra VI.

g Decernimus, ut omnibus diebus Dominicis, *h* sacra oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quàm vini: ut per has *i* oblationes, *k* peccatorum fascibus careant, & cum Abel, vel ceteris justis *l* mereantur esse consortes. Omnes autem qui *m* definitionem nostram per inobedientiam evacuare contendunt, anathemate percellantur.

f Conc. Matisconensis II. c. IV. g *Quædam add.* *h* Altaris. *i* Immolationes. k *Quad. add.* *l* Offerentibus. m *Var.*

Æra n VIII.

o Reliquiæ sacrificiorum, quæ post *p* missas in sacrario

n Ejusd. conc. c. VI. o *Quad. præced.* *p* Post peractam missam.

superſederint; quartâ & ſextâ feriâ *q* innocentibus *r* indicatur jejunium, & conſperſas vino eaſdem reliquias omnes accipiant.

q Innocentes ab illo cujus intereſt, ad Eccleſiam adducantur. *r* Et indicto eis jejunio.

CANON AURELIANENSIS. *ſ* II.

Æra XIV.

t Miſſarum *u* celebritas *x* in præcipuis feſtivitatibus, horâ tertiâ inchoetur: quo facilius ipſo officio expedito, *y* horis competentibus alia officia perſolvantur.

ſ Aurel. III. c. XIV. *t* *Quad. præced.* *u* *Celebratio.* *x* *Mult. Var.* *y* *Fuſius expon. in ed.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra z LI.

Qui non perſeverant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ commoventes communione priventur.

z c. IX. *In Gr. c. X. interp. Dionyſ. à qua differt iſta interp.*

CANON AGATHENSIS.

Æra XLIV.

Benedictionem ſuper plebem in eccleſia *a* dare, aut pœnitentem in eccleſia benedicere Preſbytero *b* non licet.

a Fundere. *b* Penitus non licebit

CAPUT XXI.

De Reliquiis sanctorum, & Oratoriis.

CANON EPAUNENSIS.

Æra *a* XXVI.

Sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur, nisi Clericos cujuscunque parœchiæ vicinos esse contingat, qui sacris *b* pignoribus psallendi frequentia famulentur. *c* Quòd si illi defuerint, non ante *d* proprie *e* Clerici ordinentur, quàm eis competens victus & vestitus substantia deputetur.

a c. XXV. *b* Cineribus. c *De appendice ista quæ non extat apud Burch. & Ivonem V. not. V. Cl. I. Sir.* *d* Proprii e *5. Deest.*

CAPUT XXII.

CANON EPAUNENSIS.

Altaria non sacranda nisi Lapidea.

Æra *f* XXV.

Altaria nisi Lapidea chrismatis *g* unctione non sacrentur.

f c. XXVI. g *Lugdunensis.* unguine *quomodo & apud Ivonem p. 3. cap. 50. v. not. V. Cl. I. Sirm.*

CAPUT XXIII.

De Baptismo.

CANON MATICENSIS.

Æra *h* III.

Relatione quorumdam comperimus, *i* quosdam Christianos non observare legitimum baptisma, qui penè per singulos dies ac k natalitia martyrum filios suos baptizant, ita ut vix duo vel tres reperiantur in sancto Pascha, qui per aquam & Spiritum sanctum regenerentur. Idcirco censuimus, ut ex

h Conc. Matiscon. II. c. III. *i* *5. deest.* k *Var.*

hoc tempore nullus permittatur talia perpetrare, præter illos quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit. *l* Ideoque præsentibus admonitionibus à suis erroribus vel ignorantia revocati, omnes omnino à die quadragesima cum infantibus suis ad Ecclesiam observare præcipimus, ut impositionem manuum certis diebus adepti, & sacri olei liquore peruncti, legitimi diei festivitate fruantur, & sacro baptismate regenerentur; quo possint, si vita comes fuerit, & honoribus sacerdotalibus fungi, & singularis *m* celebratione festivitatis.

l *Add.* Filiis suis baptismũ percipere. *m* Celebrationis solennitate frui.

CANON LAODICENSIS.

Æra XLV.

n Quòd non oportet quemquam ad baptisma post duas quadragesimæ hebdomadas admitti.

n *Paululum differt ab interp. Dionys.*

Æra XLVI.

o Quòd oporteat eos qui ad baptisma veniunt, fidem discere, & quinta feria hebdomadæ majoris Episcopo aut Presbytero memoriter reddere.

o *Interpret. nec Dionys. nec Isid.*

Æra XLVII.

p Oportet eos, qui in ægritudine percipiunt baptismum, fidem perdiscere, & scire cujus muneris participes facti sunt.

p *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AFRICANUS.

Æra q XXIII.

Baptizandi nomen suum dent, & diu *r* sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione crebro examinati percipiant baptismum.

q Statuta Eccl. antiqua. *in cod. Barb.* c. XXIII. conc. Carthag. IV. c. LXXXV. r *Deest.*

Æra *s* XXIV.

Neophyti aliquamdiu *t* & à lautioribus epulis & spectaculis & conjugibus abstineant.

s Stat. Eccl. ant. *in cod. Barb.* c. XXIV. c. Carth. IV. c. LXXXVI. *t* *Deest.*

Æra *u* XLI.

Mulier baptizare non præsumat.

u Stat. Eccl. ant. *in cod. Barb.* c. XLI. conc. Carth. IV. c. C.

CANON AURASICORUM.

Æra 1. II.

Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit 2. semel chrismari. De eo autem qui in baptismate necessitate faciente *x* sine chrismate fuerit, in confirmatione *y* sacerdos cum commoneat.

x *Var.* *y* *Apud Burch. & Ivon.* in confirmatione sacerdotis perficietur.

NOTÆ CUM VARIIS LECTIONIBUS.

1. *V. Cl. Fronto Ducæus:* In codice Tiliano hic canon secundus est: primus autem qui sequitur, hæreticos. 2. *V. Cl. I. Sirm.* semel chrismari, vulgati codices, & Gratianus, aliique collectores, semel in Baptismate chrismari. Et verò certum est, de Baptismate agi. Sed cum hæc verba in antiquis exemplaribus non sint, & glossema sapiant, religio fuit ea retinere. *Ex quo patet ubique cum antiquis exemplaribus consentire collectionem cod. Herovall.*

CANON NEOCÆSARIENSIS.

Æra VI.

z Prægnantes, si necesse sit, oportet baptizari. Nihil autem in hoc sacramento commune est illi, qui editur: quia voluntas & liberum arbitrium in confessione declaratur.

z *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra a XLVIII.

b Si quis juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, deponatur.

a *In Gr.* XLVIII. *b* Can. XLIX. *in interp. Dionys. à qua discrepat.*

Æra c XLIX.

d Si quis non trinam mersionem unius mysterii celebrat, deponatur.

c *In Gr.* XLIX. c. L. *in.* d *Interpret Dionys. à quo discrepat.*

CANON AURASICORUM.

Æra e XI.

Subitò obmutescens *f* baptizari, aut pœnitentiam accipere potest; si voluntatis præteritæ testimonia *g* justa fuerint.

e c. XII. Conc. Aurasicani. *f* Prout status ejus est. g *Var. & add.*

Æra h XII.

Amentibus quæcumque pietatis sunt, *i* conferantur.

h c. XIII. *i* Conferendi.

IN EPISTOLA SANCTI SIRICII PAPÆ.

Æra XIV.

k Presbyter qui in vino baptizat proxima necessitate, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei culpa ascribatur. Si verò aqua aderat, & necessitas talis non urgebat, hic communione privetur, & pœnitentiæ submittatur. Infans verò ille, si in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismo permaneat.

k *Desideratur in ed. ep. Syricii.*

NOTA.

Eadem paucis verbis mutatis citantur ex epistola Siricii ad Episcopum Himerium Tarraconensem à Stephano Papa II. in suis ad varia consulta Brit. Monachorum responsis cap. XI. hoc modo. Si in vino quis, propterea quòd aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla ei exinde adscribitur culpa. Infantes sic permaneant in ipso baptismo. Nam si aqua adfuit præsens, ille Presbyter excommunicetur, & pœnitentiæ submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumpsit. *Rectè ad marginem conc. Novæ edit. notatur, ista verba:* Infantes sic permaneant in ipso baptismo, *esse glossema aut è margine in textum à librario temerè intrusum, aut ex proximis canonibus per incuriam translatum. Quare hic locus emendari debet lectione accuratissima cod. Herovalliani.*

Æra XV.

l Si infantem in periculo constitutum proxima necessitate cum vase aut cum manibus aqua in nomine sanctæ Trinitatis baptizaverit, firmiter permanebit: præsertim cùm necessitas hoc exposcat.

l *Desid. in ed. ep. Siric.*

NOTA.

Eadem sic leguntur in eisdem responsis Stephani II. cap. xii. Si licet per necessitatem cum concha, aut cum manibus, infanti in infirmitate posito aquã super caput fundere, & sic baptizare. Hoc baptisma, si in nomine sanctæ Trinitatis peractum fuerit, firmiter permanebit: præsertim cum necessitas hoc exposcat.

DE PRESBYTERO QUI IGNORAT ORATIONEM Dominicam.

Æra XVI.

m Presbyter qui orationem Dominicam non tenet, nec symbolum, neque psalmos, si Episcopus fuit qui eum benedi-

m *Desid. in ed ep. Sir. v. Resp. Steph. p. II. cap. xiii.*

xit;

xit, hic primum omnium dignitatem, quam illicitè præsumpsit, amittat: & sub districta pœnitentia omni tempore vitæ suæ in monasterio degat. Infantes verò, quos in sancta Trinitate baptizavit, baptizati permaneant.

Æra XVII.

n Qui verò ita baptizant, ut dicant: In nomine Patris mergo, in nomine Filii mergo, & Spiritus sancti mergo. Hi qui ita sunt baptizati, etsi rusticè, tamen in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt.

n Desider. in ed. ep. Siric. Resp. Steph. p. II. cap. xiv.

DE ITERATO BAPTISMO.

Æra XXIV.

* Qui ad iteratum baptismum suscipiendum, vel metu coacti, vel errore decepti sunt, & non se extra Catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, non societatis nostræ, nisi per manus impositionem Episcopi, communionem recipiant, tempora verò Episcopi constituente judicio, prout conversorum animos viderit vel perspexerit esse devotos, habentes etiam seniles ætates, intuitus, & periculorum ægritudines. In quibus si quis ita graviter urgetur, ut de salute ejus desperetur, communionis gratia subveniatur. Desideratur.

CANON APOSTOLORUM.

Æra XLVI.

o Si quis eum, qui rectè baptizatus est, sciens rebaptizaverit, deponatur.

o Interp. non Dionys.

CAP. XXV.

De confirmatione: Et prandia in Ecclesia non fiant: & quod die Dominico genu non flectatur.

IN EPISTOLA I. INNOCENTII PAPÆ. * Cap III. & seq.

a Liber actuum Apostolorum asserit Petrum & Joannem

a Verum & illa lectio.

esse directos, qui *b* tantum baptizatis Spiritum darent. Nam Presbyteris, seu extra Episcopum, sive præsente Episcopo *c* cum baptizant, chrismate ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem *d* signare, quod solis debetur Episcopis, cùm tradunt Spiritum paracletum.

b Jam. c *Deest*. d Oleo.

CANON AURASICORUM.

Æra *e* II.

Cum chrismatis ipsius nonnisi una benedictio est, non præjudicans quicquam, sed ut 1. non necessaria habeatur repetita chrismatio.

e *In vulgatis I. sed in codice Tiliano, & omnibus antiquis II.*

NOTA.

1. *Ista lectio hujus canonis, de qua acris admodum agitata fuit inter eruditos viros contentio, confirmat veriorem esse sententiam V. Cl. ac doctissimi I. Sirmondi, cujus V. notas posthumas.*

CANON ARELATENSIS.

Æra f XXVI.

g Hæreticum in mortis discrimine constitutum, si Catholicus esse desiderat, & *h* Episcopus desit, à Presbytero cum chrismatis benedictione consignari placuit.

f Conc. Arausic I. c. 1. conc. Arelat. II. c. XXVI. *g* Hæreticos. *h* Si.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XVI.

i Desperatis & decumbentibus hæreticis, si conversionem subitam petant, à *k* Presbytero chrismate permittimus subveniri. Quod omnes conversi, si sani sunt, ab Episcopo noverint expetendum.

i *Add.* Presbyteros propter salutem animarum, quam in cunctis optamus. *k* *Var.*

l Pœnitentibus autem chrismatis unctio infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo *m* hoc genus putatur posse *n* credi?

l Innocentii I. ep. ad Recentium cap. viii. *m* Unum. *n* Concedi.

DE PRANDIIS ECCLESIARUM.

CANON LAODICENSIS.

Æra. XXVIII.

o In ecclesia prandia fieri non debere.

o Interp. nec Dionys. nec Isid.

CANON *p* NICÆNUS.

Æra XX.

q In die Dominico, & in diebus Pentecostes, ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio stantes Domino vota persolvere.

p *Hic canon omittitur à Rufino, & desideratur in cod. Eccl. Rom. Vet. Not. V. Cl. ad hunc codicem.* q *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CAPUT XXVI.

De Pascha, & die Dominico, & reliquis festivitatibus.

CANON ARELATENSIS.

Æra I.

r Censuimus igitur Pascha Domini, per totum orbem uno die observari.

r Deest. & var.

CANON AURELIANENSIS.

Æra *s* XXII.

Ut nulli civium *t* Pascha, Natale Domini, vel quin-

s Conc. Aurel. I. c. xxv. *t* Var.

quagesimæ sollemnitates in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

CANON MATICENSIS.

Æra u II.

Pascha itaque nostrum, in quo summus Sacerdos ac Pontifex prò nostris delictis *x* immolatus est, debemus omnes *y* festivè colere, & sedulæ observationis sinceritate in omnibus venerari: ut in illis sanctissimis septem diebus, nullus servile opus audeat facere; sed omnes *z* coadunati, hymnis paschalibus indulgentes *a* perseveranter nostræ præsentiæ devotionem quotidianis sacrificiis ostentemus, laudantes creatorem ac regeneratorem nostrum vesperè, manè, & meridiè.

u Conc. Matisconensis II. c. II. x *Add.* nullam habens obnoxietatem peccati. *y* Festivissimè. z Simul. a *Var.*

CANON MATICENSIS.

Æra b I.

c Custodite diem Dominicum, qui nos denuo peperit, & à peccatis omnibus liberavit. Nullus *d* nostrum litium fomitibus vacet: nullus causarum actiones exerceat: nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ jugum cervicibus juvencorum imponere cogat. Estote omnes in hymnis, & laudibus Dei, animo, corporeque intenti

b Concil. Matisconensis. II. c. I. c *Multa præcedunt in can.* *d* Vestrum.

CANON AURELIANENSIS.

Æra e XXI.

Quia persuasum est *f* die Dominico cum caballis, & bubus, aut vehiculis itinera *g* agi non debere: neque ullam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exercere, (quæ res magis ad Ju-

e Concil. Aurel. III. c. XXVIII. *f* Populis g *Deest.*

daicam, quàm ad Christianam observantiam *h* pertinet) id statuimus, ut die Dominico, quod ante fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, idest aratâ *i* vineâ, sectione, excussione, exarto, vel sepe censuimus abstinendum; quo facilius ad ecclesiam venientes, orationis gratiæ vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus supra scriptis, quæ interdicta sunt, *k* exercere; qualiter emendari debeat non in Laici districtione, sed in Sacerdotis castigatione consistat.

h Pertinere probatur. i *Mult. var. V. Not. V. Cl. I. Sirmondi.* *k* Se.

DE MISSÆ EXPECTATIONE.

CANON AURELIANENSIS.

Æra *l* XXIV.

Cùm ad celebrandas missas *m* convenit populus, non ante discedat, quàm missæ *n* compleantur. Et ubi Episcopus fuerit, benedictionem accipiant sacerdotis.

l Conc. Aurel. I. c. XXVI. *m* In Dei nomine. *n* Missæ solennitas.

NOTA.

1. VIR CL. J. SIRMONDUS: *Librorum omnium consensu expuncta est negatio, quæ in vulgatis erat, manetque nunc etiam apud Gratianum*, Si Episcopus non fuerit, *pro quo Burchardus lib. 3. cap. 29. & Ivo part. 3. cap. 34. legunt*, Si episcopus defuerit. *Error inde natus, quia sacerdotem hoc loco diversum esse putarunt ab Episcopo, cum idem sit. Quod vir doctissimus animadvertit, id quoque manifestissimè declaratur canone prorsus simili Concilii Aurelianensis III. can. XXIX.* De missis nullus laicorum ante discedat, quàm Dominica dicatur oratio; & si Episcopus præsens fuerit, ejus benedicto expectetur.

Æra *o* XXVIII.

Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ cui proximus fuerit, die Dominico deesse non *p* licebit.

o Conc. Aurel. I. c. XXXI. p *Var.*

CANON AFRICANUS.

Æra q LXXVII.

Qui Dominico die studiosè jejunat, non credatur Catholicus.

q Conc. Carthag. IV. c. LXIV. *sed potius juxta statuta Eccl. antiqua in cod. Barb.* c. LXXVII.

Æra r LXXVIII.

Paschæ solennitas uno die & tempore celebranda.

r Conc. Carthag. IV. c. LXIV. *sed potius juxta statuta Eccl. antiqua in cod. Barb.* c. LXXVIII.

CAPUT XXVII.

De jejunio Quadragesimæ, vel Letania.

CANON AURELIANENSIS.

Æra ſ XXI.

t Ante Paschæ solennitatem non quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

ſ Concil. Aurel. I. c. XXIV. t *Add.* id à sacerdotibus omnibus decretum est.

CANON AGATHENSIS.

Æra XII.

Placuit, ut omnes ecclesiæ filii, exceptis diebus Dominicis, in quadragesima, u sacerdotali ordinatione & districtionis comminatione jejunent.

u Etiam die Sabbato.

CANON MATICENSIS.

Æra IX.

x De canone legendo à missa sancti Martini, usque ad Natale Domini. Et à missa sancti Martini, usque ad Natale Domini feria II. & IV. & VI. Sabbati *y* jejunent: & sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus canones legendos *z* sanximus *a* pro ignorantia populi corrigenda.

x *Deest.* y *Var.* z Speciali definitione. a *Mult. Var.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra b XXIV.

c Letanias ante Ascensionem Domini, ab omnibus Ecclesiis placuit celebrari; ita ut præmissum triduanum jejunium in Dominicæ Ascensionis *d* die solvatur. Per quod triduum servi vel ancillæ ab omni servitio laxentur, quo magis plebs universa conveniat, *e* & quadragesimalibus cibis utantur.

b Conc. Aurel. I. c. XXVII. *c* Rogationes, id est. *d* Festivitate. *e* Quo triduo omnes abstineant.

Æra f XXV.

Clerici verò qui ad hoc opus sanctum *g* venire contempserint, vel adesse: Ecclesiasticam *h* suscipiant disciplinam.

f Conc. Aurel. I. c. XXVIII. g *Deest.* *h* *Add. & Var.*

CANON *i* LUGDUNENSIS.

Æra VI.

In prima hebdomada novi mensis, hoc est ante diem Dominicum, qui primus in ipso mense illuxerit, litaniæ, sicut ante Ascensionem Domini, *k* ab omnibus Ecclesiis *l* celebrentur.

i *Conc. Lugd. anno Christi* CLXVII. *celebratum.* *K* Sancti patres fieri decreverunt, deinceps &c. *l* Seu Parochiis.

CANON *m* GANGENSIS.

Æra XIX.

n Si quis eorum, qui continentiæ ſtudere poſſunt, abſque neceſſitate corporea tradita in commune jejunia, & ab omni Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſolvit, anathema ſit.

m Conc. Gangrenſ. n *Interp. nec Dionyſ. nec Iſid.*

DE IEIVNIO FERIÆ SEXTÆ.

IN DECRETALI INNOCENTII PAPÆ.

Æra o III.

Sabbato jejunandum eſſe, ratio evidentiſſima demonſtrat. Nam *p* ſi Reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, per ſingulos circulos hebdomadarum, ipſius diei imagine frequentamus, & ſexta feria *q* jejunatur propter Paſſionem Domini, Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam & lætitiam illius temporis videtur incluſum. Nam utique conſtat, biduo iſto vel Apoſtolos, *r* vel majores in mœrore fuiſſe: *ſ* & in tantùm eos jejunaſſe, ut nec ſacramenta penitus celebrarent.

o Ep. Inn. I. ad Decentium cap. IV. p *Add. & Var.* q Jejunamus. r *Deeſt.* ſ *Add. & Var.*

CAPUT XXIX.

De hoc, quod offertur ad altare, vel quod offertur ad domum ſacerdotis: Vel de Oblatione.

CANON *a* MATICENSIS.

Æra IV.

b Omnibus Dominicis diebus oblatio *c* tam panis quàm vini ab omnibus viris ac mulieribus in Eccleſia offeratur. *d* Qui verò per inobedientiam hoc *e* contempſit, anathema ſit.

a Conc. Matisconenſis I. c. IV. b *Multa precedunt.* c *Var.* d *Add.* e *Evacuare contendunt.*

DE

DE OBLATIONIBVS DIEBVS DOMINICIS.

CANON GANGENSIS.

Æra f VIII.

g Si quis oblationes, fructus, vel primitias Ecclesiæ debitas voluerit extra Ecclesiam accipere vel dare sine conscientia Episcopi, anathema sit.

f Conc. Gangrensis c. VII. g *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON HIPPONIENSIS.

Æra h XXXVIII.

Nec amplius de primitivis *i* in altare offeratur, quàm de uvis & frumentis. K Alia omnia ad domum Sacerdotis deferantur ad benedicendum.

h Conc. III. Carth. c. XXIV. *in integro cod. Eccl. Afr.* c. XXXVII. *i* In sacrificiis. K *Mult. Var. in ed.*

CAP. XXX.

De communione: Et ut populus missas perspectet.

CANON ANTIOCHENSIS.

Æra II.

a Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia sese à perceptione sanctæ communionis avertunt: tamdiu de Ecclesia removeantur, quamdiu per confessionem ac pœnitentiam indulgentiam consequantur.

a *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

DE COMMVNIONE SECVLARIVM.

CANON AGATHENSIS.

Æra b XIV.

Seculares verò, qui Natale Domini, Pascha, Penteco-

b c. XVIII.

ſtem non communicaverint, *c* inter Catholicos non habeantur.

c Catholicici non credantur.

CANON *d* MATICENSIS.

Æra VI.

Nullus Preſbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut miſſas *e* facere præſumat. *f* Quòd ſi præſumpſerit, amittat honorem.

d Concil. Matiſconen. II. *e* Privatis feſtiſque diebus concelebrare. *f* *Add. & Var.*

CANON LAODICENSIS.

Æra g. XIII.

h Solis autem miniſterio deditis, ad altare ingredi, & ibidem communicare licebit.

g Conc. Laodiceni c. XIX. h *Paululum differt ab interp. Dionyſ.*

Æra XLIV.

Mulieres ad altare ingredi non oportet.

i *Interpret. nec Dionyſ. nec Iſid.*

Æra k LVII.

Non oportet in domibus oblationes à ſacerdotibus conſecrari.

k c. LVIII. *Interpret. nec Dionyſ. nec Iſid.*

CANON NICÆNUS.

Æra *l* XIV.

Generaliter autem cuilibet in exitu poſito poſcenti communionem tribui ab Epiſcopo probabiliter ex oblatione decebit.

l *Idem num. in inteprct Ruf. à qua diſcrepat hoc loco ſicut & à Dionyſ. & Iſid.*

CAPUT XXXI.

De Prædicatione.

CANON a ARELATENSIS.

Æra II.

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parœchiis verbum faciendi daremus Presbyteris potestatem: ita ut si Presbyter pro infirmitate non potuerit prædicare, sanctorum Patrum homiliæ à Diacono recitentur. Si enim digni sunt Diaconi, quod Christus in evangelio locutus est, legere; quare indigni videantur sanctorum expositiones publice recitare?

a *Vide aliquid hujus canonis antiqui in Concilio Arelatensi* vi. *c.* x.

CANON AFRICANUS.

Æra b XXX.

Sacerdote in Ecclesia verbum faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

b *In cod. Barb.* statut. Eccles. antiq. c. XXXI. Concil. Carthag. IV. c. XXIV.

Æra c XXXIII.

Qui die solenni prætermisso Ecclesiæ conventu ad spectacula vadit, excommunicetur.

c Stat. Eccl. antiq. c. XXXIII. Conc. Carthag. IV. c. LXXXVIII.

Æra d XXXIV.

Mulier quamvis docta & sancta, viros in conventu docere non præsumat.

d Stat. Eccl. ant. c. XXXVII. Conc. Carthag. IV. c. XCIX.

Æra e XXXVIII.

Laicus præsentibus Clericis, nisi ipsis jubentibus docere non præsumat.

e Stat. Eccl. ant. c. XXXVIII. conc. IV. Carth. c. XCVIII.

CAPUT XXXII.

De hospitalitate.

CANON AFRICANUS.

Æra a LVI.

Episcopi vel Presbyteri, si causa visitandæ Ecclesiæ alterius Episcopi b veniant, in gradu suo suscipiantur: Et tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam invitentur.

a Stat. Eccl. ant. *in cod. Barb.* c. LVI. conc. Carth. IV. c. XXXIII. b *Var.*

CANON NICÆNUS.

Æra c XX.

Si aliquis vim perpessus est, & inique expulsus, & venerit ad aliam civitatem, non prohibeatur immorari; quamdiu aut redire possit, aut injuria ejus remedium acceperit, etiam larga benevolentia & humanitas exhibenda est ei.

c Conc. Sard. c. XVII. *in Gr.* c. XXI. *in interp. Dionys. & Isid. à quibus differt hæc interp.*

CANON d MATICENSIS.

Æra XI.

e Hospitalitate f reconciliari si quis nostrûm non admonuerit, aut g exemplo exhortationis suæ, aut ipse se prius h operari non comprobaverit, indignationem proculdubio incurrit Domini majestatis. Prædicetur hoc juxta i possibilitatem nostræ mediocritatis in auribus omnium Christianorũ.

d Conc. Matiscon. II. c. XI. e *Multa præcedunt.* f *Var.* g Exemplum. h Opere non &c. i *Var.*

CAPUT XXXIII.

CANON MATICENSIS.

Æra a XII.

b Decernimus, ut mos antiquus à fidelibus reparetur; & decimas Ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat. Quas sacerdotes, aut in pauperum usum, aut in captivorum redemptionem prerogantes, suis orationibus populo pacem ac salutem impetrent. Si quis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, à membris Ecclesiæ *c* separetur.

a Ejusdem conc. c. V. b *Multa præcedunt.* c *Add.* Omni tempore.

CAP. XXXIV.

a De Viduis, Pupillis, & pauperibus, infirmis & Carcerariis, & de Leprosis.

Pauperes & senes Ecclesiæ plus ceteris honorandos. *b* Viduæ quæ corpore debiles sunt, sumptu Ecclesiæ, cujus viduæ sunt, sustententur.

a Statuta Eccl. antiqua *in cod. Barb.* c. XXXII. conc. Carth. IV. c. LXXXIII.
b *In cod. Barb.* c. XXXVI. Conc. Carth. IV. c. CI.

Æra c LVIII.

Ad reatum Episcopi vel Presbyteri pertinet, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ causâ adolescentiores viduæ vel sanctimoniales Clericorum familiaritatibus subjiciantur.

c Stat. Eccl. ant. c. LXVIII. conc. IV. Carth. CII.

Æra d XIX.

Eorum qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda.

d *In cod. Barb.* LXIX. Conc. IV. Carth. c. XCIV.

CANON MATICENSIS.

Æra e VII.

Decernimus, ut judices non prius viduas & pupillos conveniant, *f* nisi Episcopo nunciaverint, cujus sub velamine degunt. Quòd si Episcopus præsens non fuerit, Archidiacono vel Presbytero cuidam *g* denuncietur, ut pariter *h* causas eorum communi deliberatione *i* terminent ita juste ac rectè, ut deinceps de talibus antedictæ personæ non aquassentur. Quod si is qui judex est, aut impetitor eis injuriam gesserit, aut definitionem tanti Concilii transgressus fuerit, à communione suspendatur.

e Conc. Matiscon. II. c. XII. *f* Quàm. g *Deest.* *h* Sedentes. *i* Causis eorum terminos figant.

NOTA.

V. Cl. J. SIRMONDUS. *Divion.* non quassentur. *Andegav.* non causentur. Ex quo liquet collectionem Andegavensem quam vidit J. Sirmondus, aliam esse à nostra, de quâ J. Morinus locutus est. V. nostram Præfationem.

CANON AURELIANENSIS.

Æra K XII.

Episcopi *l* pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestitum, inquantum possibilitas *m* est, largiantur.

K Conc. Aurel. I. c. XVI. l *Var.* *m* Habuerit.

CANON *n* LUGDUNENSIS.

Æra VI.

Placuit, *o* ut uniuscujusque civitatis leprosis, qui intra territorium civitatis ipsius *p* sunt, ab Episcopo Ecclesiæ ipsius alimenta & vestitus *q* sufficienter administrentur; ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur. *r* Ut Episcopus guber-

n. Conc. Lugdun. III. *o* Etiam universo concilio. *p* Nascuntur aut videntur consistere. q *Var.* r *In ed. desideratur.*

nationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archidiaconem vel per Archipresbyterum agat.

CANON AURELIANENSIS.

Æra *f* XVII.

Hi qui *t* in carceribus deputantur, ab Archidiacono seu Præposito Ecclesiæ singulis diebus Dominicis requirantur, ut necessitas vinctorum secundùm præceptum divinum misericorditer sublevetur; atque à Pontifice *u* instituta fideli & diligenti persona, quæ necessaria sunt provideat: ut competens victus de domo Ecclesiæ tribuatur.

f Conc. Aurel. V. c. xx. *t* Pro quibuscumque culpis. *u* *Var. in cod. Lugdunensi V. not. V. Cl. I. Sirm.*

Æra *x* XX.

Hoc *y* per omnia provideatur, ut non his desit misericordia *z*, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

x Ejusd. conc. c. xxi. *y* *Add. & Var.* *z* Misericordiæ cura.

CAPUT XXXV.

Qualiter res Ecclesiæ Episcopus dispenset vel regat: & de his quæ in altari dantur: & de Basilicis per parochias.

CANON AURELIANENSIS.

Æra *a* X.

De his quæ in altario *b* conferuntur, medietatem sibi Episcopus vindicet, & medietatem *c* Clerus accipiat secundùm gradum uniuscujusque dispensandam, prædiis de omni commoditate in Epicoporum potestate durantibus.

a Conc. Aurel. I. c. xiv. *b* Oblatione fidelium. *c* *Var.*

Æra d XI.

De his quæ in parochiis, in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis *e* quæcumque fideles obtulerint, antiquorum Canonum statuta serventur, ut omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen quæ in altàrio accesserint, tertia fideliter *f* deferatur.

d *Ejusd. conc.* c. XV. e *Var.* *f* Episcopis.

Æra *u* XIV.

Omnes Basilicæ, quæ per diversa constructæ sunt loca, *g* in ejus episcopi, in cujus territorio sitæ sunt, potestate consistant.

g Vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum Canonum regulam.

CANON AFRICANUS.

Æra h IV.

Ut Episcopus vilem suppellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatem *i* suam auctoritate K fidei & vitæ meritis quærat.

h In cod. Barb. c. IV. concil. Carthag. IV. c. XV. *i* Dignitatis suæ auctoritatem. k Fide.

Æra l XV.

Ut Episcopus rebus Ecclesiæ, tamquam commendatis, non tamquam propriis utatur.

l In cod. Barb. c. XV. conc. Carthag. IV. c. XXXI.

CAP.

CAPUT XXXVI.

De Rebus, quas sacerdos suis Clericis dedit.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra a v.

b Res vel quascumque munificentias, quas Clericis aut servientibus *c* suæ Ecclesiæ *d* sacerdos dederit, subsequentes pontifices non *e* auferant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate personarum, vel regula canonum præcedentium, in persona habeatur, non in facultate districtio.

a Concil. Lugdunensis II. *b* *Quedam precedunt.* *c* Sive de rebus Ecclesiæ in usum, aut de propriis in proprietatem. *d* *Var.* *e* Nullatenus auferre præsumant.

CAPUT XXXVII.

De Rebus quæ Ecclesiis dantur.

CANON *a* AURELIANENSIS.

Æra v.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint, Basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur: & in ejus sit arbitrio quod ad reparationem Ecclesiæ aut observantium ibi substantiam deputatur. De facultatibus verò parochiarum vel basilicarum in pagis *b* constitutis, *c* per omnia singulorum locorum consuetudo servetur.

a Conc. Aurel. III. *b* Civitatum. *c* *Deest.*

CANON AGATHENSIS.

Æra VI.

Pontifices verò, *d* cum ab extraneis dumtaxat aliquid,

d Quibus in summo sacerdotio constitutis.

aut cum Ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur, (quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ non pro commodo sacerdotis *e* offert) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ inter facultates ecclesiæ computabunt. Quia justum est, ut sicut sacerdotes habent quod Ecclesiæ *f* donatum est, ita & Ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti.

e Probatur offerre. *f* Dimissum.

CANON *g* EPAUNENSIS.

Æra XIV.

Quisquis Clericus aliquid de munificentia Ecclesiæ cui servierat adeptus, & ad summum sacerdotium alterius civitatis *h* fuerit ordinatus, quod dono accepit, reddat: quod usu vel proprietate secundùm instrumenti seriem probatur *i* habuisse, possideat.

g Epeaun. *h* Est aut. *i* emisse.

CAPUT XXXVIII.

De rebus Ecclesiæ abstractis & contradictis.

CANON AFRICANUS.

Æra *a* L.

Irrita erit Episcopi vel donatio, vel venditio, vel commutatio Ecclesiasticæ rei absque *b* conventu & subscriptione Clericorum.

a *in cod. Barb.* c. L. conc. Carthag. c. XXXII. *b* Conniventia. IV.

Æra *c* LXXXVI.

Qui oblationes defunctorum negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur.

c *In cod. Barb.* c. LXXXVI. conc. IV. Carth. c. XCV.

CANON AURELIANENSIS.

Æra d XXVI.

Abbatibus, Presbyteris, ceterisque ministris, de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio *e* deputatis, vel alienare vel obligare absque subscriptione Episcopi sui non liceat. Quod quicumque præsumpserit, *f* degradetur communione concessâ, & quod temere *g* alienatum est, ordinatione episcopi revocetur.

d Conc. Aurel. III. c. XXIII. *e* *Deest. V. Not. V. Cl. I. Sirm.* *f* Regradetur. *g* Præsumptum.

Æra h XIII.

Rebus Ecclesiæ quibuscumque *i* modis alienatis dispendio ecclesiæ, si intra tricennaria tempora repetitio suppetit, **k** suffragante justitiâ per publicum *l* judicium revocentur. Quòd si is, qui res *m* Ecclesiæ tenet, ammonitus judicium declinaverit, quousque ad discussionem veniat, aut *n* res Ecclesiæ restituat, communione privetur.

h *Ejusd. conc.* c. XII. *i* Instrumentis inutiliter in dispendium Ecclesiæ obligata noscuntur. *k* Quæ acta sunt. *l* Aut electorum. m *Var.* n *Var.*

Æra o XXV.

Si quis res Ecclesiæ debitas, vel proprias *p* occupaverit, vel retinuerit, *q* aut per hoc in judicium electorum venire distulerit, *r* usque ad restitutas ipsas res communione privetur. *ſ* Similiter ille qui oblationes defunctorum *t* justè dimissas retinuerit *u* vel adsignare præsumpserit. Simili etiam sententiæ subjacebit ille, qui hoc quod *x* Ecclesiæ dedit, revocare præsumpserit.

o *Ejusd. conc.* c. XXII. *p* Sacerdotis horrendæ cupiditatis instinctu. *q* *Mult. add. & var.* r *Mult var.* *ſ* Similis etiam etiam his. *t* Legaliter. *u* *Var. & add.* *x* Pro devotione sua.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra *y* II.

Id convenit inviolabiliter observari, ut testamenta, quæ *z* Clerici propria voluntate confecerint, vel donationes, aut quæcumque instrumenta, *a* omni *b* possibilitate subsistant. Id præcipue statuentes, ut si quorumcumque *c* voluntas, aut necessitate, aut simplicitate, à legum secularium ordine *d* discrepaverit, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere. *e* De quibus rebus si quis *f* aliquid alienare præsumpserit, usque ad *g* restitutionem rei oblatæ à consortio Ecclesiastico & omnium Christianorum *h* habeatur *i* extraneus.

y Conc. Lugd. II. c. II. *z* Episcopi, Presbyteri, seu inferioris ordinis clerici. *a* Propria voluntate confecerint *& alia quæ add.* *b* Stabilitate. *c* Religiosorum. *d* Visa fuerit discrepare. *e* *Quædam add.* *f* *Add.* *g* Usque ad emendationis suæ, vel restitutionis tempus. *h* Convivio. *i* alienus.

CANON k AURELIANENSIS.

Æra XIX.

Qui pro devotione sua *l* in campis, vel vineis aliquid, etiam *m* sine scripto probatur *n* dedisse; si ipsemet *o* vel quilibet ea alienaverit, quoadusque talia *p* pervasa restituerit, communione privetur.

k Conc. Aurel. IV. *l* Oblationis studio. *m* Absque scriptura. *n* Contulisse. *o* *Add. & Var.* *p* *Male* perversa *in ed. ult.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra *q* VII.

Presbyter dum diœcesim tenet, de his quæ emerit, aut ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab ejus quam *r* tenet ecclesiæ ordinatione discedat.

q c. VIII. *r* Tenuit.

Æra XVII.

Si Episcopus *s* per testamentum de rebus Ecclesiæ delegaverit, aliter non valebit, nisi *t* tantum de juris proprii facultate suppleverit.

s Condito testamento aliquid de Ecclesiastici juris proprietate. *t* Vel.

Æra XVIII.

Clerici qui etiam sine precatoriis quibuslibet, *u* diuturnitate res de Ecclesiæ remuneratione possederint, *x* in jus proprietarium præscriptione temporis non vocentur, dummodo pateat res Ecclesiæ fuisse.

u Qualibet diuturnitate temporis. *x* Cum auctoritate Domini gloriosissimi principis nostri.

CANON AGATHENSIS.

Æra IV.

y Nullus oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas, *z* aut quod ipse donavit, *a* auferat. Qui fecerint, *b* quoadusque ea reddant, ab ecclesia excludantur.

y Clerici etiam, vel seculares qui. *z* Retinere perstiterint. *a* Ecclesiis vel Monasteriis crediderint auferendum. b *Add. & Var.*

Æra c XXXII.

Episcopus qui filios aut nepotes non *d* habet, non alium quàm Ecclesiam relinquat heredem. Quod de ecclesia *e* absque ipsius causa distraxit, irritum habeatur. Qui verò filios habet, & de bonis quæ reliquit, ab heredibus *f* ejus indemnitates ecclesiæ consolentur.

c c. XXXII. d *Var.* *e* Si quid de Ecclesia non in Ecclesiæ causa aut necessitate præsumpsit. *f* Indemnitatibus Ecclesiæ consulatur.

CANON APOSTOLORUM.

Æra g XXXVIII.

Omnium negotiorum ecclesiasticorum jura Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset: nec liceat aliquid ex his præsumere, aut parentibus propriis condonare. Quod si pauperes sunt, tamquam pauperibus subministret, nè parentum occasione Ecclesiæ deprædentur.

g c. XXXIX. *interp. Dionys. à qua paululum differt.*

IN EPISTOLA h SYMMACHI PAPÆ.

Possessiones Ecclesiæ, *i* episcopi k alienare quibuslibet titulis aut contractibus *l* non præsumant: nisi forsitan Clericis, *m* quorum meritis aut monasterii, religionis intuitu, aut in peregrinos necessitas largiri suaserit. Sic tamen hæc ipsa non perpetuo, sed donec vixerint, teneant.

h Ad Cæsarium Episc. Arelatensem cap. I. *i* Quas unusquisque Ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio. k *Var.* *l* Vel sub quocumque argumento non patimur. *m* *Var.*

CANON ANCYRITANUS.

Æra XVI.

Interp. nec Dionys. nec Isid.

Si res Ecclesiæ Presbyter vendiderit, rescisso contractu ad jus ecclesiasticum revocentur. In judicio autem episcopi erit, si pretium debeat recipere emptor; quia sæpe contingit distractarum redditus ampliore summa pro accepto pretio reddidisse.

CANON AGATHENSIS.

Æra VI.

Quicquid per fidei commissum dimittitur *n* ecclesiæ aut custodi, inter facultates *o* Ecclesiæ non computabitur.

n Aut sacerdotis nomine aut Ecclesiæ. *o* Ecclesia computare aut retinere non poterit.

Æra VII.

Casellas verò, vel *p* mancipia, *q* aut vasa ministerii Ecclesiæ nullomodo possunt alienare. Quòd si necessitas compellit certa pro utilitate Ecclesiæ, ut aliquid distrahatur, apud duos vel tres provinciales Episcopos causa necessitatis comprobetur, ut ab ipsis venditio roboretur; aliter, non valebit.

p Mancipiola Ecclesiæ. q *Mult. add. & Var. & in ceteris quæ sequuntur.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra r XV.

Si Clericus aut Laicus sub potentum *s* patrocinio res *t* ecclesiæ contempto pontifice *u* petierit vel possederit, *x* admoneatur quæ abstulit civiliter reformare. *y* Si contempserit *z* à liminibus Ecclesiæ coerceatur, donec ea cum satisfactione restituat.

r Conc. Aurel. IV. c. xxv. *s* Nomine. *t* ad jus Ecclesiæ pertinentes. *u* Petere seu possidere præsumpserit. *x* Primum. y *Quædam add.* z *Var.*

IN EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Æra II.

a Si per simplicem episcopum res ecclesiæ amissæ fuerint, successori ejus suggerendi aditus non negetur; & juxta sententiam Canonum Ecclesiæ præjudicium nullo tempore fiat, quia una est toto orbe diffusa.

a *Desideratur in ed.*

CANON MILITUENSIS.

Æra XIII.

b Si quis munuscula cujuscumque qualibet scriptura collata ecclesiæ fraudaverit, invaserit, retinuerit, subrepserit, & à sacerdote commonitus statim collata non reddiderit, communione pellatur.

b Vide concilium Arvernenense, c. xiv.

CANON AGATHENSIS.

Æra xxvi.

Si *c* Clericus documenta, quibus *d* Ecclesiam possederit, *e* suppresserit, negaverit, aut adversariis tradiderit, quidquid per *f* abstinentiam documentorum damnum Ecclesiæ illatum fuerit, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Is etiam, qui in damno Ecclesiæ instrumenta *g* sollicitaverit, vel susceperit, pari sententia feriatur.

c Quis de clericis. *d* Ecclesiæ possessio firmatur. *e* *Var.* *f* Absentiam. *g* Impie solicitatis traditoribus.

CANON AURELIANENSIS.

Æra *h* xxxiii.

Quisquis agellum ecclesiæ *i* à sacerdote ceperit possidendum, quodcumque ibidem profecerit, alienandi nullam habeat potestatem: nec k parentes ipsius aliquid *l* exinde æstiment vindicandum.

h Conc. Aurel. IV. c. xxiv. *i* In die vitæ suæ pro quacumque misericordia à sacerdote, cui potestas est. k Sibi. *l* Ex ea re.

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra *m* xxxii.

Clerici qui aliquid comparant nomine suo, tamquam rerum Dominicarum invasores *n* teneantur, nisi *o* in Ecclesia sua eadem intulerint. Si autem *p* ex propria successione eis aliquid obvenerit, faciant exinde quod eorum proposito congruit. Quod si à suo proposito *q* exorbitaverint, honore Ecclesiastico indigni, tamquam reprobi judicentur.

m Conc. III. Carthag. c. xlix. *n* Invasionis crimine teneantur obnoxii. *o* Admoniti Ecclesiæ eadem ipsa contulerint. *p*. Ipsis propriè aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognationis. *q* Retrorsum.

CAP. XXXIX.

De Causantibus, & Iudicibus.

CANON AFRICANUS.

Æra a III.

Ut Episcopus nullius causam audiat absque præsentia Clericorum suorum, quia irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum præsentia confirmetur.

a Stat. Eccl. antiq. *in cod. Barb.* c. XIV. conc. IV. Carth. c. XXII.

Æra b X.

Ut Episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendaverint vitium, recipiantur ad communionem, & non ad Clerum.

b *In cod. Barb.* c. XVII. conc. IV. Carth. c. LV.

Æra c XXX.

Catholicus qui causam suam *d* ad judicium alterius fidei Judicis provocat, excommunicetur.

c *In cod. Barb.* c. XXX. conc. IV. Carth. c. LXXXVII. *d* Sive justam sive injustam.

Æra e XLII.

Quærendum in judicio, cujusnam sit * sationis, cujus fidei is qui accusat, & qui accusatur. Falsus accusator extra Ecclesiam fiat, donec pœnitendo se emendet. Conversationis.

e *In cod. Barb.* c. LII. conc. IV. Carth. c. XCVI.

Æra f LII.

Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant; quia irrita erit, immo & causam in synodo profectò dabunt.

f *In cod. Barb.* c. LIII. conc. IV. Carth. c. XXXI.

Æra g LIII.

h Episcopus dissidentes homines, ad pacem magis quàm ad judicium cohortetur.

g *In cod. Barb.* c. LIV. Conc. IV. Carth. c. XXVI. h *Var.*

CANON CALCIDONENSIS.

Æra i IV.

k Non oportet Clericos habentes invicem adversum se negotia relinquere proprium episcopum, & ad secularia judicia convolare: sed magis apud synodum judicentur.

i. c. IX. *k* *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

DE CLERICIS QVI AD SECVLARE judicium convolant.

CANON AGATHENSIS.

c. XXXII *Æra* * XXXI.

Clericus ne quemquam præsumat apud secularem Judicem, Episcopo non permittente, pulsare: si pulsatus fuerit, respondeat, non proponat: nec audeat criminale negotium *l* ad seculare judicium perferre. Si quis secularium per calumniam ecclesiam aut Clericum *m* fatigaverit, ab ecclesiæ liminibus, & à *n* communione arceatur *o* usque ad dignam pœnitentiam.

l In judicio seculari proponere. *m* Fatigare tentaverit, & victus fuerit. *n* Catholicorum. *o* Nisi digne pœnituerit.

CANON AURELIANENSIS.

Æra p XXXV.

Clericus *q* sine pontificis sui permissu, nullum ad seculare judicium præsumat attrahere: neque Laico *r* liceat Clericum in seculare judicium exhibere.

p Conc. Aurel. III. c. XXXII. *q* Cujuslibet gradus. *r* Inconsulto sacerdote.

CANON MATICENSIS.

Æra *f* X.

Et ne clericus inscio Episcopo de ecclesia abstrahatur, aut injuriam aliquam patiatur: sed si quis adversus Clericos aliquid habuerit, in notitiam Episcopi producat, & ipse justitia præeunte discutiat causas.

f Conc. Matiscon. I. c. VII. & II. c. X.

Æra *t*, XXII.

Neque *u* judex Clericum absque causa criminali, hoc est, homicidio, furto, aut maleficio ad judicium pertrahat. Quod si fecerit, quamdiu episcopo *x* visum fuerit: ab ecclesia *y* arceatur, & communione privetur.

t Conc. Matisc. I. c. VII. *u* *Var.* *x* Loci illius. *y* Ecclesiæ liminibus.

Æra *z* XVIII.

Qui innocentes *a* ad Principes vel ad Judices accusant, si Clericus *b* est, *c* degradetur: si verò Laicus, communione privetur.

z Ejusd. conc. c. XVIII. *a* *Var. V. not. V. Cl. I. Sirmondi.* *b* Honoratior. *c* Ab officii sui ordine regradetur.

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra XII.

d Si inter Episcopos de rebus terrenis contentio orta fuerit, inter anni spatium per epistolas fratrum commoniti aut inter se aut in præsentia electorum negotium sanare festinent. Quod qui distulerit, donec ipsa causatio abrogetur, à charitate fratrum habeatur extraneus.

d V. conc. IV. Carthag. c. LIX.

IN EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Æra LII.

De rebus Ecclesiæ orta contentio ad metropolitanum

deducatur. Nihil liceat ante Principem ulla ratione suspendi, sed Episcoporum judicio terminetur.

CAPUT XL.

De Episcopo, vel Clericis accusatis & Accusatoribus eorum.

CANON NICÆNUS.

Æra e XIV.

f Si Episcopus judicatus fuerit in alia causa, & ipse voluerit, renovetur Concilium: & scribatur ab Episcopis qui causam examinaverunt Romano Episcopo, & ut ipse judicaverit impleatur.

e Conc. Sardicens. c. III. *f Var. apud Dionys. & Isid.*

Æra g XII.

h Alius verò Episcopus in loco ejus, qui Romanum Episcopum appellavit, non ordinetur ante examinationis causam.

g Conc. Sard. c. IV. *h Var. apud Dionys. & Isid.*

CANON ANTIOCHENUS.

Æra i XVI.

K Si contigerit ut Episcopus de criminali causa accusetur, & diversæ sententiæ contra eum apud Episcopos proferantur; placuit metropolitanum alterius provinciæ revocari, & aliquot cum eo Episcopos, ut ipsi dirimant quæstiones, & firmum probetur judicium.

i c. XIV. *K Interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra l XIV.

Qui ab omnibus Episcopis comprovincialibus consonam recepit sententiam, ab aliis ulterius judicari non poterit, nisi Episcopum Romanæ Ecclesiæ appellaverit, ut renovetur examen.

l c. XV. *m Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra *n* II.

Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primatem Provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator, nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam dicendam *o* Primatis literis convocatus minime occurrerit, hoc eſt *p* inter ſpatium menſis ex die qua eum literas accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi *q* veras cauſas neceſſitatis probaverit, *r* pro quibus non occurrerit, intra alium menſem cauſæ ſuæ dicendæ *ſ* habeat facultatem; verùm poſt menſem ſecundum tamdiu non communicet, donec purgetur. Si autem nec ad Concilium anniverſarium *t* occurrerit, ut vel ibi cauſæ ſuæ terminentur, ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe judicetur. Tempore ſanè quo non communicat, nec in ſua *u* plebe communicet. Accuſator autem ejus, ſi nunquam diebus dicendæ cauſæ defuerit, à communione non removeatur. Si verò aliquando defuerit, *x* reſtituta *y* communione Epiſcopo, ipſe removeatur; *z* ita tamen, ut ipſi *a* donetur facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere *b* voluiſſe, ſed non potuiſſe probaverit. *c* Ad accuſandum tamen vel arguendum ne quis admittatur, niſi qui proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas dicere voluerit. *d* Si Preſbyter aut Diaconus fuerint accuſati, adjuncto ſibi ex vicinis locis *e* legitimo numero collegarum, *f* in Preſbyteri nomine ſex, in Diaconi tres Epiſcopi ipſorum cauſas diſcutiant, eadem dierum vel dilationum, & à communione remotionum, & diſcuſſione perſonarum, inter accuſatores & eos qui accuſantur, forma ſervata. Reliquorum *g* autem cauſas, ſolus etiam Epiſcopus loci cognoſcat & finiat.

n Conc. III Carthag. c. VII. cod. can. Eccl. Afric. c. XIX. *o* Electorum judicium die ſtatuta. *p* Infra. *q* Aliquas. *r* *Add. & Var.* *ſ* Integram. *t* *Var.* *u* Eccleſia vel parœcia. *x* Subtrahens ſe. y *Var.* z à communione accuſator. *a* Ipſi non adimatur. b *Var.* c *Mult. Var. & quædam add.* d Conc. III. Carth. c. VIII. cod. can. c XX. *e* Cum proprio Epiſcopo. *f* Quos ab eodem accuſati petierint. *g* Clericorum.

Æra LXXIX.

Si Episcopus Clerico vel Laico crimen injunxerit, deducatur ad probationem.

CANON HYPPONIENSIS.

Æra h LXVII.

Clerici *i* accusati pro crimine, si innocentiam suam voluerint asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum causam suam *k* non purgaverint, nulla eorum vox *l* de hac causa postea *m* audiatur.

h Conc. Carth. V. c. XII. conc. Africanum c. XLVI. i *Quedam add.* *k* Purgare contempserint. l *Deest.* *m* Penitus.

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra n I.

Si quis episcoporum vel clericorum, *o* relicto ecclesiastico judicio, publicis se purgare voluerit judiciis, etiamsi pro illo fuerit prolata Sententia, locum suum amittat: hoc in criminali causa. In titulis verò perdat quod evicit, ut *p* undique Ecclesiæ *q* pateat auctoritas. Ipse se indignum fraterno consortio judicat, qui de universali ecclesia male sentiendo, de seculari judicio poscit auxilium; cùm Apostolus privatorum Christianorum causas ad Ecclesiam deferri *r* præcipiat. *f* Si à quibuscumque judicibus Ecclesiasticis, ubi est major causa, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia; si convinci non potuerint, vel inimico animo judicasse, vel aliqua cupiditatis *t* gratia depravati. Sanè si ex consensu partium judices electi fuerint, *u* etiamsi hîc minus habeatur, rectè ad accusationem non admittitur qui excommunicatus est.

n Conc. Carth. III. c. IX. cod. can. c. XV. o *Quedam add. & Var.* *p* Cui enim ad eligendos judices. q *Var.* *r* Atque ibi determinari. *f* c. X. *t* Vel aliqua cupiditate vel gratia. *u* Etiam à pauciore numero, quàm constitutum est, non liceat provocari.

Æra. x II.

Liberti non admittantur, ut Dominos suos accusent, nec omnes quos ad accusanda crimina publicæ leges non admittunt, & omnes etiam quos infamis macula aspersit, id est *y* turpitudinibus *z* subjecti; nec Hæretici, sive Pagani, aut Judæi. Sed tamen *a* in causis propriis omnibus permittatur accusare, etiam illis quibus aliunde denegatur accusandi facultas. *b* Quotiescunque Clericis *c* multa objiciuntur crimina, & unum, *d* quod primum accusatores proposuerint, probare non potuerint, ad cetera *e* nullatenus admittantur. Testes autem illi non recipiantur, qui *f* ad accusationem admitti prohibentur; nec ii quos accusator de domo sua ad testimonium adduxerit, neque *g* illi qui infra annos quatuordecim sunt.

x Conc. Carth. VII. c II. conc. Afric. c. XCVI. cod. Eccl. Afric. c. CXIX. *y* Histriones. *z* Subjectæ personæ. *a* *Var.* *b* c. III. *c* Ab accusatoribus. *d* Et unum ex his de quo prius egerit. *e* Jam non. *f* Nec ad accusationem præcepti sunt. *g* *Var.*

Æra *h* III.

Accusatus vel accusator, si in eo loco, *i* ubi causa agitatur, metuit aliquam vim *k*, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes producere, & ibi causa finiatur.

h Cod. Can. Eccles. African. c. XIX. *i* *Var.* *K* Temerariæ multitudinis.

Æra *l* XXXI.

Catholicus qui causam suam *m* ad judicium judicis *n* non Catholici provocat, excommunicetur.

l Id. in cod. Barb. Conc. IV. Carthag. c. LXXXVII. *m* *Add.* Sive justam sive injustam. *n* Alterius fidei.

Æra o XLVI.

Qui frequenter litigat, & ad p accuſandum facilis eſt, ejus teſtimonium nemo abſque grandi q examinatione recipiat.

o Id. in cod. Barb. Conc. IV. Carth. c. LVIII. p Cauſandum. q Examinc.

Æra VIII.

r Qui majoribus ſceleribus irretitus eſt, vocem adverſum majorem natu non habeat accuſandi.

r *V. cap. Hadriani I. Ingelramno data cap. xvii. paululùm var.*

IN EPISTOLA ſ SILVESTRI PAPÆ.

Silveſter Papa in gremio ſynodi conſtitutus dixit: Preſbyter adverſus Epiſcopum, diaconus adverſus preſbyterum, vel alii inferiores ordines adverſus ſuperiores non dent accuſationem. t Et non damnetur ſummus Præſul niſi à LXXII. teſtibus: non damnetur Preſbyter niſi à XLIII. teſtibus: Diaconus cardine conſtitutus urbis Romæ non damnetur niſi in XXXVI. teſtibus: Subdiaconus vel alii minores ordines non damnentur, niſi in VII. teſtimonia

ſ *Hic locus citatur quoque ab Egberto Eboracenſi Arch. in excerpt. cxlii. & in cod. Ms. capitulorum Theodori. V. ſuprà. Capitul. l. v. c. cxxxix. & in cap. Hadriani I. Ingelramno datis cap. lxxii. V. Hincmarum.* t *Paululùm var.*

CANON CALCIDONENSIS.

Æra. * XXXII.

u Clericos aut Laicos accuſantes epiſcopos vel clericos, paſſim & ſine probatione ad accuſationem recipi non debere, niſi prius diſcutiatur exiſtimationis opinio. x Placuit, ut ſemper in accuſatione Clericorum fides & vita blaſphemantium perſcrutetur. Nam fideles omnes actus hominis de-

u *Paululum differt ab interpret. Dionyſ.* x *Cetera deſunt.*

bet

bet præcedere, quia dubius in fide infidelis. Nec eis omnino est credendum, qui aut veritatis fidem ignorant, aut non rectè conversationis ducunt, quoniam tales facilè & indifferenter lacerant & criminantur rectè piéque viventes.

Æra XXXIII.

Ut nullus judex neque Presbyterum, neque Diaconum vel Clericum, ac juniores ecclesiæ sine conscientia pontificis per se distringat, aut damnare præsumat. Quòd si fecerit, ab ecclesia cui irrogare injuriam dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quamdiu reatus sui temeritatem corrigat & emendet. Vid. Conc. Arelat. V. c. IV.

CAP. XLI.

De Clericis usurariis, & ebriosis, & fidejussoribus: contra convivia, vel cantica turpia, & alia plura his similia.

CANON NICÆNUS.

Æra XIX.

a Et nequis Clericus usuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem, *b* in novo datum sexcuplum vel duplum recipi. Quod si fecerit, tamquam turpis lucri reum abjiciendum.

a *Interpret. Ruf.* *b* Quod solet.

CANON ARELATENSIS

Æra c XIII.

d Ministros qui fœnerant, placuit juxta formam divinitus datam à communione abstineri.

c Conc. Arel. I. c. XII. *d* De ministris,

e CANON CÆSARIENSIS.

Æra IX.

f Nullus Clericorum amplius recipiat, quàm quod com-

e Desideratur in ed. *f* V. Conc. Carth. III. can. XVI.

Bb

mendaverit, sive pecuniam sive quamlibet speciem.

CANON SARDICENSIS.

Æra XVIII.

g Clerici fœnerantes & qui centesimas exigunt vel usuras ex quolibet negotio, dejiciantur ex clero.

g V. Conc. Nicæn. C. XVIII. ex prisca interpretatione quæ legitur apud Isidorum Mercat.

CANON *h* ARELATENSIS.

Æra XIV.

Si quis Clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor alienæ rei *i* fuerit, aut turpis lucri gratia *k* genus aliquod negotiationis exercuerit, & *l* officio & communione privetur.

h Conc. Arelat. II. *i* Voluerit esse. *k* *Deest.* *l* Depositus à communione alienus fiat.

CANON AGATHENSIS.

Æra *m* XXXIX.

n Clericum quem ebriosum fuisse constiterit, ut ordo *o* pandit, aut XXX. dies à communione *p* suspendatur, aut corporali subdatur supplicio.

m C. XLI. *Quædam præcedunt.* *o* Patitur. p *Var.*

CANON LAODICENSIS.

Æra XXIV.

q Presbyteros, Monachos, vel Continentes non oportet ingredi tabernas.

q *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra *r* XII.

Non oportet Sacerdotes vel Clericos, ex collatis vel

r C. LV. *interp. Dionys. à qua differt. sicut ab Isid.*

comessationibus convivia celebrare: hoc autem nec Laicis potest congruere.

CANON AGATHENSIS.

Æra XXXIX.

Presbyteri *s* vel ceteri ministri, quibus licentia non est uxores habere, *t* aliorum convivia nuptiarum evitent, *u* ne auditus aut visus sacris mysteriis deputatus polluatur turpium spectaculorum, atque verborum *x* ambagibus.

s Diacones vel Subdiacones, vel deinceps. *t* Alienarum. *u* *Quædam add.* *x* Contagione.

CANON CÆSARIENSIS.

Æra VII.

y Presbyteros secularium nuptiarum conviviis interesse non debere: maximè cum competat secundis nuptiis pœnitentiam tribuere.

y *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AFRICANORUM.

Æra *z* LXXIII.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio retrahendum.

z Stat. Eccl. antiq. c. LXXIII. Conc. IV. Carthag. c. LX.

Æra *a* LXXIV.

Clericum per creaturas jurantem acerrimè jurgandum; si perseveraverit in judicio, excommunicandum.

a Statut. Eccles. antiq. *In cod. Barb.* c. LXXIV. Concil. IV. Carthag. c. LXI.

Æra b LXXV.

Clericum inter epulas cantantem, c supradicta sententia coercendum.

b *Id in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. LXII. c Supradictæ sententiæ severitate.

Æra d LXXIX.

Clericus quamvis verbo Dei eruditus, e artificio suo victum quærat.

d *In cod. Barb. id.* conc. IV. Carth. c. LI. e *Var.*

Æra f LXX.

Clericus Hęreticorum & Schismaticorum convivia & sodalitates devitet.

f In cod. Barb. LXXX. conc. IV. Carth. c. LXX.

CAPUT XLII.

Ut Clerici non negligant officium suum, & non sint conductores, & contumaces, & à secularibus abstineant.

Conc. Chalced. c. III.

a Nulli liceat Episcopo, vel Clericorum, neque Monachorum possessiones conducere, aut negotiis secularibus se miscere. Propter pupillorum, si fortè leges imponant, inexcusabilem curam, aut civitatis Episcopus Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum & viduarum, quæ sine ullo provisore sunt: & propter timorem Domini causa deposcat.

a *Interp. paululum differt ab interp. Dionys.*

CANON b AURELIANENSIS.

Æra XIII.

c Episcopus, Presbyter, vel Diaconus ad tutelæ curam non implicentur.

b Conc. Aurel. IV. c. XIII. c *Fusius in ed.*

CANON *d* AFRICANUS.

Æra XXVII.

Nullus Clericorum, vel alia quæcumque persona alterius cujusque ecclesiæ res aut petat, aut præsumat accipere. Quod si fecerit, tamdiu habeatur communione suspensus, quousque res restituantur suæ ecclesiæ.

d V. conc. V. Aurelianens. c. XIV.

Æra *e* XI.

Clericus per plateas & andronas, *f* sine certa necessitate sui officii non ambulet.

e *In cod. Barb.* c. XXVIII. conc. IV. Carth. c. XLVIII. *f* *Var.*

Æra *g* IX.

Clericus victum & vestitum sibi artificiolo vel agricultura, absque officiii sui dumtaxat detrimento præparet.

g *In cod. Barb.* c. LII. conc. IV. Carth. c. XXIX.

. . . .
. . . .

Clericus qui non pro emendo * aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio degradetur. *In cod. Barb.* c. XXIX. Concil. IV. Carth. c. XLVIII.

Æra *h* XXV.

Clericus, qui absque corpusculi inæqualitate vigiliis deest, stipendio privetur.

h *In cod. Barb.* c. XXXV. Conc. IV. Carth. c. XXIX.

Æra *i* XXI.

Clericum in tentationibus ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem ab officio removendum.

i Conc. IV. Carthag. can. L.

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra x LXXI.

Clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum.

x *Id. in cod. Barb.* Conc. IV. Carth. c. XLII.

CANON AGATHENSIS.

Æra VIII.

l Clericus, si relicto officio suo propter districtionem, ad *m* secularem confugerit, & *n* ille solatium ei defensionis impenderit, cum eodem à communione Ecclesiæ pellatur.

l Item placuit, ut. *m* Judicem. *n* Is ad quem confugerit.

CANON *o* MATICENSIS.

Æra X.

Ut *p* ordines ecclesiastici *q* ita episcopo suo devotione obedientiæ subjaceant, ut non alibi dies feriatos, nisi in ejus obsequio, liceat tenere. Et qui hoc facere distulerit degradetur.

o Conc. Matisconens. I. c. x. *p* Presbyteri, Diaconi, vel quolibet ordine clerici. *q* *Var. V. not. V. Cl. I. Sirm.*

Æra XI.

Omnes *r* Clerici qui sublimi sapientiæ dignitate sublimantur, actibus omnino renuntient seculi, & *s* sacro electi ministerio repudient carnale consortium.

r Episcopi, Presbyteri, vel universi honoratiores Clerici, cum. *s* *Var. V. not. V. Cl. I. Sirm.*

CAPUT XLIII.

Ut non habitet Clericus cum extraneis mulieribus: & de relicta sacerdotis.

CANON NICÆNUS.

Æra III.

a Ne quis Episcoporum, vel ceterorum Clericorum, cum mulieribus habitet *b* præter matrem, vel si quæ sunt hujuscemodi personæ.

a *Interp. Rufini.* b *Var. & ad.*

CANON AFRICANORUM.

Æra *c* XXVII.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

c *Id in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XLVI.

CANON ARELATENSIS.

Æra IV.

Nullus Episcopus, vel Presbyter, aut Diaconus, ad cellarii secretum intromittat *d* feminam.

d Puellam, vel ingenuam vel ancillam.

CANON AGATHENSIS.

Æra XI.

e Feminas à cellario, vel secreto ministerio, vel ab ea mansione, in qua Clericus manet, placuit removeri.

e Ancillas vel libertas.

CANON MATICENSIS.

Æra *f* IV.

Ut nulla mulier in cubiculum Episcopi absque duobus

f Concil. Matiscon. I. c. III.

Presbyteris, aut certè *g* Diaconibus, ingredi permittatur.

g Diaconis.

CANON AURELIANENSIS.

Æra h IV.

Statuimus, ut ne quis antistitum, Clericorumque omnium licentiam habeat, intra domum suam ullam *i* mulierem habere, *k* præter eas quas superiores Canones eloquuntur. Si quis Clericorum *l* suspectionem adversam, *m* obtrectationem de muliere quacumque *n* incurrerit: statim *o* eam abjiciat: & *p* ita eam omnibus conditionibus studeat evitare, ut infamia quæ excitata est abrogetur. Qui verò hæc non vitaverit, pro inobedientia sua triennii excommunicatione mulctetur; *q* In quibus commonitionibus metropolitanus à comprovincialibus, comprovinciales à metropolitano cum reliquis comprovincialibus distringantur.

h Conc. Aurel. III. c. IV. *i* Personam. *k* Suspicionem. *l* Oblocutionem. *m* Fortassis. n *Quædam add.* *o* Si certè extranea & sui juris est. p *Quæd. add.* q *Var. V. not. V. Cl. I. Sirm.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXXII.

Relictam Presbyteri sive Dioconi *r* quicumque renupserit, *s* cum eadem ab Ecclesia pellatur: donec à conjunctione illicita separentur.

r Relicta &c. si cuicumque. *s* Eatenus.

CANON AURELIANENSIS.

Æra t IX.

u Presbyteri vel Diaconi relicta, si se cuicumque conjunxerit, pari excommunicatione plectatur.

t Conc. Aurel. I. c. XIII. u *Quædam Var. & add.*

CANON

CANON APOSTOLORUM.

Æra VI.

x Ut Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, uxorem propriam nequaquam sub obtentu Religionis abjiciat: & si rejecerit, excommunicetur: si perseveraverit, dejiciatur.

x *Paululum differt ab interp. Dionys.*

CAPUT XLIV.

De Episcopis, vel Regulis Clericorum, & vestibus eorum, &c.

CANON AFRICANUS.

Æra a I.

Ut Episcopus non longè ab Ecclesia, hospitiolum habeat.

a *In in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XIV.

Æra b II.

Ut Episcopus in Ecclesia, in consessu Presbyterorum sublimior sedeat: intra domum verò, collegam se Presbyterorum esse cognoscat.

b *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XXXV.

Æra c III.

Ut Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet: sed ut lectioni & orationi, verbo Dei *d* & prædicationi tantummodo vacet.

c *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XX. d *Var.*

Æra e IV.

Ut Episcopus vilem supellectilem & mensam *f* habeat, & victum pauperem: & dignitatis suæ auctoritatem *g* fidei & vitæ meritis *h* adquirat.

e *Id. in c. B.* conc. IV. Carth. c. XV. f *Var.* g Fide. *h.* Quærat.

Æra *i* v.

Ut Episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate *k* & tempore.

i *Id. in c. B.* conc. IV. Carth. c. xvi. *K In Quibusdam cod.* temporis.

Æra *l* vi.

Ut Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

l Id in cod. Barb. conc. IV. Carth. c. xviii.

Æra *m* vii.

Ut Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum, non per se, sed per archipresbyterum vel archidiaconum agat.

m *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. xvii.

Æra *n* viii.

Ut Episcopus *o* nec provocatus pro rebus transitoriis litiget.

n *Id. in c. B.* conc. IV. Carth. c. xix. *o* *Var.*

Æra *p* xii.

Ut Episcopus quolibet loco sedens, stare Presbyteros non patiatur.

p *Id in c. B.* conc. IV. Carth. c. xxxiv.

CANON NICÆNUS.

Æra *q* xxxvi.

r Si Episcopus, quod esse non debet, fuerit iracundus, & commotus adversus Clericum suum, cito aut asperè eum de Ecclesia exterminare voluerit; habeat potestatem ille Clericus, ut finitimos Episcopos interpellet: ut causa ejus di-

q Conc. Sard. c. xvii. *r* *Lectio nec Dionys. nec Isid.*

ligenter tractetur & negotium discutiatur : ut aut probetur, aut emendetur ejus sententia.

CANON ſ VASENSIS.

. . . .
. . . .

Si Episcopus tantum t alicujus scelera novit, u secretis correptionibus eum corrigat. Quòd si castigatus pertinacior fuerit, & se communioni x ingesserit; etiamsi Episcopus in redarguendo illum quem reum judicat, probationibus deficiat: indemnatus licet, ab his qui nihil sciunt secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo, quamdiu probare Episcopus nihil potest, in communione omnium, præterquàm ejus qui eum reum judicat, permanente.

ſ Conc. I. Valens. c. VIII. t Alieni sceleris conscium. u *Add. & Var.* x Publicæ.

CANON AURELIANENSIS y II.

Æra XXXVI.

Si Episcopus ad Clerum alterius Ecclesiæ de facultatibus suæ Ecclesiæ donaverit, non valebit.

y *V. Conc. IV. Aurel. c. xxxvi. in quo iste canon referri videtur.*

CANON * CALCIDONENSIS. Conc. Chalced.

Æra * XXIII. c. XXVI.

Placuit, omnem Ecclesiam habentem Episcopum, & œconomum habere de suo clero dispensantem Ecclesiæ res secundùm ordinationem sui Episcopi, ut ne sine testimonio sit dispensatio Ecclesiæ: Si Episcopus hæc neglexerit habere, subjacere eum divinis institutis. *Inter. nec Dionys. nec Isid.*

CANON ROMANORUM.

Æra z III.

Paschæ temporibus Presbyteri & Diaconi, per Paro-

z c. VII. *V. sup.*

chias dare *a* remissionem peccatorum, & ministerium implere consuerunt. Etiam præsente episcopo in fontem descendere. Sed episcopi *b* nomini facti summa conceditur. Reliquis verò temporibus, *c* in necessitate ægritudinis licet Presbytero per salutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum: quum & munus ipsi licet causa emundationis offerre. Diaconibus verò nulla licentia invenitur concessa. Sed quod semel fortè contigit usurpari, *d* pro necessitate dicitur excusatum, *e* ne postea securitate sit commissum.

a Repromissionem. *Male in ed.* b *Var. non rectè.* c *Add. & Var.* *d* Per necessitatem. *e Var.*

IN *f* EPISTOLA CÆLESTINI PAPÆ.

Æra I.

Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare; nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obviare. *g*

f Epist. Cæl. I. ad Episcopos Apuliæ & Calabriæ cap. 1. g *Add.*

CANON AGATHENSIS.

Cap. X.

Nullus Clericorum, *h* extranearum mulierum *i* familiaritate jungatur pro quacumque causa.

h Extraneæ mulieri. *i* Qualibet consolatione &c.

CANON *k* AURELIANENSIS.

Cap. XXIII.

Servis Ecclesiæ, & sacerdotum, prædas & captivitates exercere non liceat. *l* Sed justum est, ut eorum Domini redemptionis prębeant suffragium.

k Conc. Aurel. IV. c. xxIII. *l Add. & Var.*

CANON LAODICENSIS.

Æra m x.

n Non est populis concedendum, electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi. *o* Non liceat præter canonicos psaltes, qui in pulpitum ascendunt & de codice legunt, alium quemlibet psallere. *p* Non oportet ministros panem dare, nec calicem benedicere.

m Conc. Laodicen. c. XIII. n *Interp. nec Dionys. nec Isid.* o c. XV. p c. XXV.

Æra q XXI.

r Non oportet Clericos spectaculis interesse: sed antequam Themelici ingrediantur, surgere eos & abire.

q c. LIV. *r Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra s XXIV.

t Clericus semetipsum abscidens, omnino damnetur.

s In gr. c. XXII. *Dionys.* c. XXIII. t *Interp. non Dionys.*

Æra u XXVI.

Laicus semetipsum abscidens, annos III. communione privetur.

u c. XXIII. *in gr.* XXIV. *interp. Dionys.*

. . . .

. . . .

Clericis tantum, & lectoribus, atque cantoribus liceat habere uxores *In gr. c. XXV. int. Dionys. c. XXVII. a quo differt.*

CANON XLII.

Subdiaconi, lectores, vel cantores ebrietati servientes, aut desinant, aut communione priventur; similiter & laici. *Interp. non Dionys.*

CANON x CARTHAGINENSIS.

Æra x I.

Lectores usque ad annos pubertatis legant. Deinceps autem, nisi aut custoditâ pudicitiâ, aut uxores duxerint, legere non sinantur. Clericorum autem nomen etiam lectores retinebunt.

x *V. Similem canonem paulò infrà.*

CANON LAODICENSIS.

Æra y XII.

z Solis ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

y Conc. Laod. c. XIX. z *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AURELATENSIS.

Æra XIII.

Si Clericum b de quacumque ope venientem c aliquis publicis actionibus applicare præsumpserit, & à sacerdote commonitus d non emendaverit, cognoscat se pacem Ecclesiæ non habere.

a Concil. Aurelian. IV. b De quolibet corpore c *Quædam add.* d *Var.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra e XVI.

f Lectores, cum ad annos pubertatis pervenerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

e Conc. Carth. III. c. XIX. eod. can. c. XVI. *V. sup.* f Placuit, ut

CANON HIPPONIENSIS.

Æra g IX.

Ut clerici de judicii sui cognitione h non cogantur in

g Conc. Carth. V. c. I. h *Var.*

publico dicere testimonium, nec ad testimonium dicendum Ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra i XIX.

Ad locum examinationis reorum, nullus Clericorum accedat, neque intersit. Quod si affuerit defraudatus honestiori stolâ, illis gregibus examinatorum societur, quos divinis prætulerit mysteriis.

i V. Conc. Matiscon. II. c. XIX.

CANON AGATHENSIS.

Æra k LV.

Omnes Clerici, qui ad operandum *l* validi sunt, artificiola & literas discant.

k Id in cod. Barb. stat. Eccles. concil. IV. Carthag. c. LIII. *l* Validiores sunt.

Æra m LVIII.

Ut diaconus, præsente Presbytero, Eucharistiam corporis Christi Populo, si necessitas cogit, jussus eroget. *n* Ut Diaconus quolibet loco jubente Presbytero sedeat.

m *Id. cod. B.* concil. Carthag. c. XXXVIII. *n* c. b. e. I. concil. IV. Carthag c. XXXIX.

Æra o LX.

Ut Diaconus tempore tantum oblationis & lectionis, albâ utatur.

o Id. cod. Barb. conc. IV. Carthag. c. XLI.

Æra p LXI.

Ut Diaconus in conventu Presbyterorum interrogatus loquatur.

p *Id. cod. Barb.* conc. IV. Carthag. c. LXI.

CANON LAODICENSIS.

Æra XXV.

q Quod non oporteat Subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

q *Eadem interp. Dionys.*

Æra XXVI.

r Quòd hi qui non sunt ab Episcopo ordinati, exorcizare non possunt.

r *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AFRICANUS.

Æra s XXV.

Clericus nec comam nutriat, nec *t* barbam.

s Conc. IV. Carth. c. XLIV. t *Var. V. not. in ult. ed. conc.*

Æra u XXVI.

Clericus professionem suam, etiam habitu & incessu probet: & ideo nec *x* vestium, nec calceamentorum decorem quærat.

u *Id. cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XLV. *x Var.*

CANON AGATHENSIS.

Æra XX.

Clerici qui comam nutriunt, inviti *y* tondantur. Vestimenta, vel calceamenta, nisi quæ *z* ad religionem deceant, eis habere non liceat.

y Ab archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur. *z* *Deest.*

CANON

CANON *a* MATICENSIS.

Æra V.

Ut nullus Clericus ſagum aut veſtimenta ſecularia, niſi quæ ad religionem deceant, induere præſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem Clericus, aut cum indecenti veſte, aut cum armis inventus fuerit, *b* xxx. dierum incluſione detentus, aqua tantùm & *c* modici panis edulio diebus ſingulis ſuſtentetur.

a Conc. Matiſcon. I. *b* A ſeniore ita coerceatur, ut. c *Var. V. not. V. Cl. I. Sirmondi.*

CANON LAODICENSIS.

Æra XX.

d Ut Diaconus juſſus à Preſbytero ſedeat: ſimiliter autem & Diaconibus honor exhibeatur, & ſubſequentibus gradibus.

d *Interp. nec Dionyſ. nec Iſid.*

Æra XXI.

e Quòd non oporteat Subdiaconos, & reliquos infra ordines, Dominica vaſa contingere.

e *Nec Dionyſ. nec Iſid.*

Æra XXII.

f Quòd non oporteat, niſi Subdiaconos uti orario, & oſtium derelinquere.

f *Nec Dionyſ. nec Iſid.*

Æra XXIII.

Quod non oporteat Lectores, & Cantores, orariis uti,

CANON CÆSARIENSIS.

Æra XIV.

g Diaconi VII. esse debent, quamvis magna sit civitas; secundum regulam actuum Apostolorum.

g *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON NICÆNUS.

Æra XX.

h Et ne Diaconi Presbyteris præferantur, neque sedeant in consessu Presbyterorum, aut illis præsentibus eucharistiam dividant, sed *i* solummodo ministrent. Si verò Presbyter nullus sit in præsenti, tunc demum etiam ipsis licere. k. Aliter verò agentes, abjici *l* debent.

h *Interp. Rufini. i* Illis agentibus. *k* Dividere. *l* Jubent.

CAPUT XLV.

De venationibus & hospitalitate.

Conc. Matiscon II.

CANON * MATICENSIS.

Æra XIII.

Volumus igitur *m* Episcopalem domum, quæ ob hoc *n* instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat; ne fortè qui in eis miseriarum suarum levamen habere confidunt, infestorum canum morsibus lanientur. *o* Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus; operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est & dedecoris nota, canes ibi & accipitres habitare.

o *Add. & Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra p VII.

Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, canes ad venandum & accipitres habere non liceat. Si *q* Episcopus hæc præsumpserit, tribus mensibus communione se suspendat: Presbyter, duobus abstineat: uno, Diaconus ab omni officio & communione cessabit.

p Conc. Epeaunens. c. IV. *q* Quòd si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si Episcopus est.

CAP. XLVI.

Ut peccantes fideles non liceat passim verberari.

CANON APOSTOLORUM.

Æra. r XXVIII.

Episcopum, Presbyterum, Diaconem, percutientes passim infideles aut infideles, & per hujusmodi .... volentes timeri, dejici ab officio præcipimus; quia nusquam hoc nobis Dominus docuit.

r In Gr. c. XXVI. c. XXVIII. *Interp. Dionys.*

CAPUT XLVII.

De Parochiis, & Oratoriis construendis.

CANON TOLETANUS.

Æra s XXIX.

Qui Ecclesiam ædificaverit contra Canonum statuta, & non eam ab Episcopo legitimè petierit consecrari, *t* aut destruat: aut dotem, quam eidem Ecclesiæ fecerat, censeat ad Episcopi ordinationem pertinere. Quod tale factum & *u* in præsenti displicet, & in futuro prohibeatur; sed omnia *x* ad Episcopi ordinationem *y* pertineant.

s Conc. Toletan. III. c. XIX. t *Mult. Var. u* Et in præteritum; *x Add. y* Et potestatem.

Æra z VII.

Ne Episcopi verò Parœchias affligant. *a* Audiant scriptum : *forma estote gregi, neque dominantes in Clero*. Ideoque, excepto quòd veterum institutiones à parœchiis jubent habere Episcopos, alia *b* omnia denegentur; hoc est, neque in angariis *c* Presbyter aut Diaconus fatigetur; *d* ne videantur in Ecclesia Dei Episcopi exactores potiusquàm pontifices nominari. Hi verò Clerici tam locales, quàm diœcesani, qui se ab Episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum *e* deferant. Qui metropolitanus *f* hujusmodi præsumptionem coerceat.

z c. xx. a *Mult. Var.* *b* Quæ hucusque præsumpta sunt. c *Var.* *d* Fatigent indictionibus. *e* Deferre non differant. f *Add. & Var.*

CANON TOLETANUS.

Æra I V.

Si Episcopus unam de *g* parrœchiis monasterium dedicare voluerit, *h* habeat licentiam : & res *i* quas de Ecclesia ibidem pro stipendio monachorum monacharumve dederit, perpetuo ibi maneant : hoc est rationabiliter dare.

g De parochitanis Ecclesiis. h *Add. & Var.* i *Mult. Var.*

CANON AURASICORUM.

Æra k VIII.

Si Episcopus *l* in fundo Ecclesiæ suæ, & in alterius Episcopi parochia Ecclesiam ædificare voluerit, non prohibeatur: *n* dedicatione verò illi omnimodis reservata Episcopo, in cujus territorio Ecclesia assurgit. Episcopus verò *o* qui ædificavit ipse, ibidem Clericos suos ordinet; vel si ordinati jam sunt, ipse eos habeat. Omnis tamen Ecclesiæ ipsius gubernatio ad illum Episcopum pertinebit, in cujus territorio *p* sita est.

k Conc. Arausic. I. c. x. *l* In alienæ civitatis territorio. *m* Disponit. n *Add. & Var.* o *Var.* *p* Ecclesia surrexit.

CANON *q* AURELIANENSIS.

Æra XXVI.

Si quæ parœchiæ in potentum domibus constitutæ sunt, *r* Clerici qui ibidem sunt, secundùm qualitatem ordinis sui, *s* ab Archidiacono civitatis coerceantur secundùm ecclesiasticam disciplinam. Si verò de agendo officio ecclesiæ à *t* quibuslibet in aliquo *u* prohibeantur, auctores nequitiæ usque ad emendationem communione priventur.

q Conc. Aurel. IV. *r* *Mult. Var.* *s* *Add.* *t* Ab agentibus potentum; vel ab ipsis rei dominis. *u* *Add. & Var.*

CANON *x* TOLETANUS.

Æra XV.

Si *y* servus fisci *z* ecclesiam ædificaverit, eamque *a* dotaverit, hoc procuret Episcopus prece sua, auctoritate *b* principis confirmari.

x Conc. Tolet. III. *y* Qui ex servis fiscalibus. *z* *Var. & add.* *a* De sua paupertate. *b* Regiâ.

CAPUT XLVIII.

De Natalitiis martyrum.

CANON LAODICENSIS.

Æra * XXII.

Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrare: sed eorum in Sabbato & in Dominica tantùm memoriam fieri.

Conc. Laodicen. c. 51. *Non differt ab. Isid. interp.*

CAPUT XLIX.

De fictis martyribus, & locis quæ inaniter venerantur.

. . . .
. . . .

Conc. Laod. c. IX.

Non concedendum cœmeteria, vel quæ martyria dicun-

Æra i V.

Ut Episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate k & tempore.

i *Id. in c. B.* conc. IV. Carth. c. XVI. k *In Quibusdam cod.* temporis.

Æra l VI.

Ut Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

l Id in cod. Barb. conc. IV. Carth. c. XVIII.

Æra m VII.

Ut Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum, non per se, sed per archipresbyterum vel archidiaconum agat.

m *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XVII.

Æra n VIII.

Ut Episcopus o nec provocatus pro rebus transitoriis litiget.

n *Id. in c. B.* conc. IV. Carth. c. XIX. o *Var.*

Æra p XII.

Ut Episcopus quolibet loco sedens, stare Presbyteros non patiatur.

p *Id in c. B.* conc. IV. Carth. c. XXXIV.

CANON NICÆNUS.

Æra q XXXVI.

r Si Episcopus, quod esse non debet, fuerit iracundus, & commotus adversus Clericum suum, cito aut asperè eum de Ecclesia exterminare voluerit; habeat potestatem ille Clericus, ut finitimos Episcopos interpellet: ut causa ejus di-

q Conc. Sard. c. XVII. r *Lectio nec Dionys. nec Isid.*

ligenter tractetur & negotium discutiatur : ut aut probetur, aut emendetur ejus sententia.

CANON ſ VASENSIS.

. . . .
. . . .

Si Episcopus tantum t alicujus scelera novit, u secretis correptionibus eum corrigat. Quòd si castigatus pertinacior fuerit, & se communioni x ingesserit; etiamsi Episcopus in redarguendo illum quem reum judicat, probationibus deficiat: indemnatus licet, ab his qui nihil sciunt secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo, quamdiu probare Episcopus nihil potest, in communione omnium, præterquàm ejus qui eum reum judicat, permanente.

ſ Conc. I. Valens. c. VIII. t Alieni sceleris conscium. u *Add. & Var.* x Publicæ.

CANON AURELIANENSIS y II.

Æra XXXVI.

Si Episcopus ad Clerum alterius Ecclesiæ de facultatibus suæ Ecclesiæ donaverit, non valebit.

y *V. Conc. IV. Aurel. c. XXXVI. in quo iste canon referri videtur.*

CANON * CALCIDONENSIS. Conc. Chalced.

Æra * XXIII. c. XXVI.

Placuit, omnem Ecclesiam habentem Episcopum, & œconomum habere de suo clero dispensantem Ecclesiæ res secundùm ordinationem sui Episcopi, ut ne sine testimonio sit dispensatio Ecclesiæ: Si Episcopus hæc neglexerit habere, subjacere eum divinis institutis. *Inter. nec Dionys. nec Isid.*

CANON ROMANORUM.

Æra z III.

Paschæ temporibus Presbyteri & Diaconi, per Paro-

z c. VII. *V. sup.*

chias dare *a* remissionem peccatorum, & ministerium implere consuerunt. Etiam præsente episcopo in fontem descendere. Sed episcopi *b* nomini facti summa conceditur. Reliquis verò temporibus, *c* in necessitate ægritudinis licet Presbytero per salutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum: quum & munus ipsi licet causa emundationis offerre. Diaconibus verò nulla licentia invenitur concessa. Sed quod semel fortè contigit usurpari, *d* pro necessitate dicitur excusatum, *e* ne postea securitate sit commissum.

a Repromissionem. *Male in ed.* b *Var. non rectè.* c *Add. & Var.* *d* Per necessitatem. *e Var.*

IN *f* EPISTOLA CÆLESTINI PAPÆ.

Æra 1.

Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare; nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obviare. *g*

f Epist. Cæl. I. ad Episcopos Apuliæ & Calabriæ cap. 1. g *Add.*

CANON AGATHENSIS.

Cap. X.

Nullus Clericorum, *h* extranearum mulierum *i* familiaritate jungatur pro quacumque causa.

h Extraneæ mulieri. *i* Qualibet consolatione &c.

CANON k AURELIANENSIS.

Cap. XXIII.

Servis Ecclesiæ, & sacerdotum, prædas & captivitates exercere non liceat. *l* Sed justum est, ut eorum Domini redemptionis prębeant suffragium.

k Conc. Aurel. IV. c. XXIII. *l Add. & Var.*

∞

CANON LAODICENSIS.

Æra m X.

n Non est populis concedendum, electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi. *o* Non liceat præter canonicos psaltes, qui in pulpitum ascendunt & de codice legunt, alium quemlibet psallere. *p* Non oportet ministros panem dare, nec calicem benedicere.

m Conc. Laodicen. c. XIII. n *Interp. nec Dionys. nec Isid.* o c. XV. p c. XXV.

Æra q XXI.

r Non oportet Clericos spectaculis interesse: sed antequam Themelici ingrediantur, surgere eos & abire.

q c. LIV. *r Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON APOSTOLORUM.

Æra s XXIV.

t Clericus semetipsum abscidens, omnino damnetur.

s In gr. c. XXII. *Dionys.* c. XXIII. *t Interp. non Dionys.*

Æra u XXVI.

Laicus semetipsum abscidens, annos III. communione privetur.

u c. XXIII. *in gr.* XXIV. *interp. Dionys.*

. . . .

. . . .

Clericis tantum, & lectoribus, atque cantoribus liceat habere uxores *In gr. c. XXV. int. Dionys. c. XXVII. à qua differt.*

CANON XLII.

Subdiaconi, lectores, vel cantores ebrietati servientes, aut desinant, aut communione priventur; similiter & laici. *Interp. non Dionys.*

CANON x CARTHAGINENSIS,

Æra x I.

Lectores usque ad annos pubertatis legant. Deinceps autem, nisi aut custoditâ pudicitiâ, aut uxores duxerint, legere non sinantur. Clericorum autem nomen etiam lectores retinebunt.

x *V. Similem canonem paulò infrà.*

CANON LAODICENSIS,

Æra y XII.

z Solis ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

y Conc. Laod. c. XIX. z *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AURELATENSIS,

Æra XIII.

Si Clericum b de quacumque ope venientem c aliquis publicis actionibus applicare præsumpserit, & à sacerdote commonitus d non emendaverit, cognoscat se pacem Ecclesiæ non habere.

a Concil. Aurelian. IV. b De quolibet corpore c *Quadam add.* d *Var.*

CANON CARTHAGINENSIS,

Æra e XVI.

f Lectores, cum ad annos pubertatis pervenerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

e Conc. Carth. III. c. XIX. cod. can. c. XVI. V. *sup.* f Placuit, ut

CANON HIPPONIENSIS,

Æra g IX.

Ut clerici de judicii sui cognitione h non cogantur in

g Conc. Carth. V. c. I. h *Var.*

publico dicere testimonium, nec ad testimonium dicendum Ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra i XIX.

Ad locum examinationis reorum, nullus Clericorum accedat, neque intersit. Quod si affuerit defraudatus honestiori stolâ, illis gregibus examinatorum societur, quos divinis prætulerit mysteriis.

i V. Conc. Matiscon. II. c. XIX

CANON AGATHENSIS.

Æra K LV.

Omnes Clerici, qui ad operandum *l* validi sunt, artificiola & literas discant.

K *Id in cod. Barb.* stat. Eccles. concil. IV. Carthag. c. LIII. *l* Validiores sunt.

Æra m LVIII.

Ut diaconus, præsente Presbytero, Eucharistiam corporis Christi Populo, si necessitas cogit, jussus eroget. *n* Ut Diaconus quolibet loco jubente Presbytero sedeat.

m *Id. cod. B.* concil. Carthag. c. XXXVIII. *n* c. b. c. I. concil. IV. Carthag c. XXXIX.

Æra o LX.

Ut Diaconus tempore tantum oblationis & lectionis, albâ utatur.

o *Id. cod. Barb.* conc. IV. Carthag. c. XLI.

Æra p LXI.

Ut Diaconus in conventu Presbyterorum interrogatus loquatur.

p *Id. cod. Barb.* conc. IV. Carthag. c. LXI.

CANON LAODICENSIS.

Æra XXV.

q Quod non oporteat Subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

q *Eadem interp. Dionys.*

Æra XXVI.

r Quòd hi qui non ſunt ab Epiſcopo ordinati, exorcizare non poſſunt.

r *Interp. nec Dionyſ. nec Iſid.*

CANON AFRICANUS.

Æra ſ XXV.

Clericus nec comam nutriat, nec *t* barbam.

ſ Conc. IV. Carth. c. XLIV. t *Var. V. not. in ult. ed. conc.*

Æra u XXVI.

Clericus profeſſionem ſuam, etiam habitu & inceſſu probet: & ideo nec *x* veſtium, nec calceamentorum decorem quærat.

u *Id. eod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XLV. *x Var.*

CANON AGATHENSIS.

Æra XX.

Clerici qui comam nutriunt, inviti *y* tondantur. Veſtimenta, vel calceamenta, niſi quæ *z* ad religionem deceant, eis habere non liceat.

y Ab archidiacono, etiamſi noluerint, inviti detondeantur. *z* *Deeſt.*

✿

CANON

CANON *a* MATICENSIS.

Æra v.

Ut nullus Clericus sagum aut vestimenta secularia, nisi quæ ad religionem deceant, induere præsumat. Quòd si post hanc definitionem Clericus, aut cum indecenti veste, aut cum armis inventus fuerit, *b* xxx. dierum inclusione detentus, aqua tantùm & *c* modici panis edulio diebus singulis sustentetur.

a Conc. Matiscon. I. *b* A seniore ita coerceatur, ut. c *Var. V. not. V. Cl. I. Sirmondi.*

CANON LAODICENSIS.

Æra xx.

d Ut Diaconus jussus à Presbytero sedeat: similiter autem & Diaconibus honor exhibeatur, & subsequentibus gradibus.

d Interp. nec Dionys. nec Isid.

Æra xxi.

e Quòd non oporteat Subdiaconos, & reliquos infra ordines, Dominica vasa contingere.

e Nec Dionys. nec Isid.

Æra xxii.

f Quòd non oporteat, nisi Subdiaconos uti orario, & ostium derelinquere.

f Nec Dionys. nec Isid.

Æra xxiii.

Quod non oporteat Lectores, & Cantores, orariis uti,

CANON CÆSARIENSIS.

Æra XIV.

g Diaconi VII. esse debent, quamvis magna sit civitas, secundum regulam actuum Apostolorum.

g *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON NICÆNUS.

Æra XX.

h Et ne Diaconi Presbyteris præferantur, neque sedeant in consessu Presbyterorum, aut illis præsentibus eucharistiam dividant, sed *i* solummodo ministrent. Si verò Presbyter nullus sit in præsenti, tunc demum etiam ipsis licere. k. Aliter verò agentes, abjici *l* debent.

h *Interp. Rufini.* *i* Illis agentibus. *k* Dividere. *l* Jubent.

CAPUT XLV.

De venationibus & hospitalitate.

CANON * MATICENSIS.

Conc. Matiscon II.

Æra XIII.

Volumus igitur *m* Episcopalem domum, quæ ob hoc *n* instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat; ne fortè qui in eis miseriarum suarum levamen habere confidunt, infestorum canum morsibus lanientur. *o* Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus; operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est & dedecoris nota, canes ibi & accipitres habitare.

o *Add. & Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra p VII.

Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, canes ad venandum & accipitres habere non liceat. Si *q* Episcopus hæc præsumpserit, tribus mensibus communione se suspendat: Presbyter, duobus abstineat: uno, Diaconus ab omni officio & communione cessabit.

p Conc. Epeaunens. c. IV. *q* Quòd si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si Episcopus est.

CAP. XLVI.

Ut peccantes fideles non liceat passim verberari.

CANON APOSTOLORUM.

Æra. r XXVIII.

Episcopum, Presbyterum, Diaconem, percutientes passim infideles aut infideles, & per hujusmodi .... volentes timeri, dejici ab officio præcipimus; quia nusquam hoc nobis Dominus docuit.

r In Gr. c. XXVI. c. XXVIII. *Interp. Dionys.*

CAPUT XLVII.

De Parochiis, & Oratoriis construendis.

CANON TOLETANUS.

Æra s XXIX.

Qui Ecclesiam ædificaverit contra Canonum statuta, & non eam ab Episcopo legitimè petierit consecrari, *t* aut destruat: aut dotem, quam eidem ecclesiæ fecerat, censeat ad Episcopi ordinationem pertinere. Quod tale factum & *u* in præsenti displicet, & in futuro prohibeatur; sed omnia *x* ad Episcopi ordinationem *y* pertineant.

s Conc. Toletan. III. c. XIX. t *Mult. Var. u* Et in præteritum. *x Add. y* Et potestatem.

CANON *q* AURELIANENSIS.

Æra XXVI.

Si quæ parochiæ in potentum domibus constitutæ sunt, *r* Clerici qui ibidem sunt, secundùm qualitatem ordinis sui, *s* ab Archidiacono civitatis coerceantur secundùm ecclesiasticam disciplinam. Si verò de agendo officio ecclesiæ à *t* quibuslibet in aliquo *u* prohideantur, auctores nequitiæ usque ad emendationem communione priventur.

q Conc. Aurel. IV. *r* *Mult. Var.* *s* *Add.* *t* Ab agentibus potentum, vel ab ipsis rei dominis. *u* *Add.* & *Var.*

CANON *x* TOLETANUS.

Æra XV.

Si *y* servus fisci *z* ecclesiam ædificaverit, eamque *a* dotaverit, hoc procuret episcopus prece sua, auctoritate *b* principis confirmari.

x Conc. Tolet. III. *y* Qui ex servis fiscalibus. *z* *Var.* & *add.* *a* De sua paupertate. *b* Regiâ.

CAPUT XLVIII.

De Natalitiis martyrum.

CANON LAODICENSIS.

Æra * XXII.

Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrare: sed eorum in Sabbato & in Dominica tantùm memoriam fieri. Conc. Laodicen. c. LI. *Non differt ab. Isid. interp.*

CAPUT XLIX.

De fictis martyribus, & locis quæ inaniter venerantur.

. . . .

. . . .

Conc. Laod. c. IX.

Non concedendum cœmeteria, vel quæ martyria dicun-

Interp. nec Dionys. nec Isid. tur Hæreticorum, nec orationis gratia intrare. Si qui fecerit, incommunicabilem factum in pœnitentiam usque ad aliquod tempus redigi: & si se errasse confessus fuerit, suscipi cum oportere.

Æra * XVI.

c. xxxv.

Inter. nec Dionys. nec Isid. Qui relinquit Ecclesiam Dei, & vadit ad angulos orare vel congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt, qui huic idololatriæ vacat, anathema sit.

Æra * XXI.

c. xxxiv.

Interp. nec Dionys. nec Isid. Non oportet Christianum, relictis martyribus abire ad falsos martyres: hi enim alieni à Deo sunt, & anathemate percellantur.

Æra *a* XXII.

Illi qui apostatant, & nunquam ad ecclesiam *b* veniunt, nec pœnitentiam quærunt, & postea in infirmitate *c* petunt communionem, eis non dandam ante dignam pœnitentiam.

a Conc. Arelat. I. c. xxii. *b* Repræsentant. *c* *Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXXIII.

Add. Sanct. Basilicas Hæreticorum * sanctis usibus applicari despicimus; * tamen quas illi per violentiam nostris tulerunt, possumus revocare.

CANON HIPPONIENSIS.

Æra *f* LXXXII.

Altaria, quæ per agros & *g* vineas tamquam memoriæ martyrum *h* conduntur, *i* ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, *k* evertantur. Si autem hoc propter motus populares non sinitur, plebs tamen admoneatur, ne illa frequentent loca. *l* Et

f Conc. Carth. V. c. xiv. conc. Afric. L. *g* Vias. *h* Constituuntur. *i* *Add.* *k* Si fieri potest. *l* *Add.*

omnino nulla memoria martyrum *m* acceptetur; nisi ubi corpus aut aliquæ reliquiæ sunt, *n* ibi auctore hoc alicujus habitationis vel passionis fidelissima origine tradatur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi revelationes hominum constituuntur altaria, hæc omni modo *o* prohibentur.

m Probaliter. n *Var.* *o* Reprobentur.

CAPUT L.

De Sortibus & Auguriis.

CANON ARELATENSIS.

Æra p XXIV.

Qui faculas accendunt, aut arbores aut saxa vel fontes venerantur, si hoc *q* episcopus loci illius eruere neglexerit, sacrilegii reum se esse cognoscat. Dominus autem ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione privetur.

p Conc. Arel. II. c. XXIII. q *Var.*

CANON AFRICANORUM.

Æra r LXXIV.

Auguriis, vel incantationibus servientem, à conventu Ecclesiæ separandum.

r Stat. Eccl. *in cod. Barb.* c. LXXXIII. Conc. IV. Carth. c. LXXXIX.

CANON AGATHENSIS.

Æra f XL.

Si quis sortes, quas sanctorum vocant, *t* habuerit, vel divinationis scientiam profiteatur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittat: quicumque *u* hæc consulere vel docere præsumpserit, ab Ecclesia habeatur extraneus.

f c. XLII. t *Var.* *u* Clericus vel laicus detectus fuerit.

CANON AURELIANENSIS.

Æra x XXVI.

Si quis divinationes vel auguria crediderit observanda; vel sortes, quas mentiuntur fuisse sanctorum, y cum his qui eis crediderint ab Ecclesiæ communione pellatur.

x Conc. Aurel. I. c. xxx. y *add.*

CANON ANCYRITANUS.

Æra z XXIV.

Qui auguria vel auspicia, aut divinationes quaslibet observant, aut domos suas lustrant, confessi quinquennio pœnitentiam agant.

z *Id. in gr. c. xxiii. in interp. Dionys. & Isid. à quibus ista discrepat.*

CAPUT LI.

De Clericis, Monachis, vel Abbatibus.

. . . .
. . . .

Conc. Calcedon. c. VII.

a Qui semel in Clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetierunt, statuimus, ut neque ad militiam neque ad aliquam dignitatem venire præsumant mundanam: aut hæc tentantes & non agentes pœnitentiam, quominus redeant ad hoc quod propter Dominum primitus elegerunt, anathematizentur.

a *Interp. nec Dionys. nec Isid. V. conc. Andegav. c. 7.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra b IX.

Hi qui suscepta pœnitentia religione suæ professionis obliti ad secularia relabuntur, à communione c & omnium Catholicorum convivio separentur. d Si verò post interdictum

b Conc. Aurel. I. c. xi. c Placuit &c. suspendi. d *Var.*

cum

cum eo quis præsumpserit manducare, & ipse communione privetur.

Æra e XV.

Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant. Et si quid f contra regulam fecerint, ab episcopis corripiantur, qui semel in anno, in locum ubi episcopus elegerit, acceptâ vocatione conveniant. Monachi autem Abbatibus omni se obedientia g & devotione subjiciant. Quòd si quis per contumaciam extiterit non devotus, aut per aliqua loca evagari, aut peculiare habere præsumpserit, omnia quæ adquisierit Abbatibus auferantur, secundùm regulam Monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubicumque inventi fuerint, cum auxilio Episcopi tamquam fugaces sub custodia revocentur. Et reum se ille Abbas futurum esse cognoscat, qui h hujusmodi personas non regulari animadversione distrinxerit, vel qui monachum susceperit alienum.

e *Eiusd. conc.* c. XIX. f Extra. g *Var. V. not. Cl. I. Sirmondi.* h In.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra IV.

i Monachos verò per unamquamque provinciam aut civitatem subjectos esse Episcopo: & quietem diligere: & intentos esse tantummodo jejunio & orationi: permanentes in locis, in quibus renuntiaverunt seculo: nec Ecclesiasticis neque secularibus negotiis communicare, vel in aliquo esse molestos, propria monasteria deserentes: nisi fortè eis præcipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis. Nullum verò monasterio servum obtentu monachi propter sui Domini conscientiam recipi. Transgredientem verò hanc definitionem nostram excommunicatum esse decrevimus, ne nomen Domini blasphemetur. Verumtamen Episcopum convenit competenter monasteriorum providentiam gerere.

i *Paululum differt ab interpret. Dionys.*

CANON AGATHENSIS.

Æra k xix.

Monasterium verò novum, nisi Episcopo permittente, *l* incipere aut fundare nemo præsumat. Monachi autem vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, neque in civitatibus, neque in parochiis ordinentur. Monachum verò, nisi Abbatis sui permissu, *m* ad alterum monasterium migrantem nullus Abbas suscipere aut retinere præsumat: sed ubicumque fuerit, Abbati suo auctoritate canonum revocetur. Si necesse fuerit *n* ad officium Clericatus, cum consensu & voluntate Abbatis monachum præsumat Episcopus. *o* Monasteria puellarum, longiùs à monasteriis monachorum collocentur propter insidias diaboli, vel *p* obtrectationes hominum.

k c. xxvii. *l* Aut probante. *m* Aut voluntate. *n* Clericum de monachis ordinari. *o* c. xxviii. *p* Oblocutiones.

Æra xxxviii.

Servandum quoque de monachis, ne eis *q* per solitarias cellulas liceat à congregatione discedere; nisi forte probatis post emeritos labores, aut infirmitatis necessitate, asperior ab Abbatibus regula remittatur. *r* Tamen intra eadem septa monasterii, sub Abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur.

q Ad. *r* *Add. & Var.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra *s* xviii.

Monacho uti orario, *t* vel *u* ciangas habere non liceat.

s Conc. Aurel. I. c. xx. *t* In monasterio. *u* *Var. V. not. Cl. I. Sirm.*

CANON ARELATENSIS

Æra x II.

Ut monasteria, & monachorum disciplina, ad eum pertineant Episcopum, in cujus sunt territorio constituta.

x Concil. Arel. V. c. II.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XXIV.

y Quæ semel dedicata sunt monasteria consilio Episcoporum, maneant perpetuò monasteria: & res, quæ ad ea pertinent loca monasteriis reservare oportet, nec posse ultra fieri secularia habitacula. Qui verò hoc fieri permiserint, canonum sententiis subjacebunt

y *Interpret. nec Dionys. nec. Isid.*

CANON AUGUSTODUNENSIS.

Æra I.

z Abbatibus, vel monachis peculiares res habere non liceat: & Monachi ab Abbate victum & vestitum consuetum accipiant.

z *add. & Var.*

Æra VIII.

Ut Monachi Abbati suo, vel præposito sint obedientes.

Æra VI.

Ut in civitatibus errari non inveniantur, * nisi casu pro humilitate mittantur: & tunc cum literis abbatis sui ad Archidiaconum dirigantur. *rari*

Æra V.

Ut compatres nullus monachorum audeat habere; * nec familiaritatem extranearum mulierum. Et qui inventus fuerit, severius corrigatur. *c. ad*

Æra x.

Ut mulieribus, in monasterium virorum nullatenus liceat ingredi. Statuimus, ut nullus monachum alterius, absque permissu Abbatis sui præsumat retinere; sed cùm inventus fuerit vagans, ad cellam propriam revocetur, ibi juxta culpam meriti coercendus.

Æra xv.

De Abbatibus verò, vel monachis, ita observare convenit; ut quicquid canonicus ordo, & regula sancti Benedicti edocet, *a* custodire in omnibus debeant. Si enim hęc omnia legitime fuerint *b* custodita ab Abbatibus vel monachis in monasteriis omnibus, & numerus monachorum Deo propitio augebitur, & mundus omnis per eorum orationes assiduas omnibus malis carebit contagiis. *c* Si quis autem hæc, quæ à nobis propitio Deo instituta sunt, tentaverit aliqua transgressione cassare, si Abbas est, annis tribus communio ei suspendatur; si præpositus, annis duobus; si monachus, aut verberetur, aut communione, & mensæ participatione tribus annis privetur.

a Et implere &c. *b* *Var.* *c* *Mult. add. & var. De his canonibus Vide not. V. Cl. Iacobi Sirmondi.*

CANON AGATHENSIS.

Æra d XXXVI.

e Monachis, sine commendatitiis literis Episcopi, vel Abbatis sui licentia non pateat evagandi. *f* Quòd si verborum increpationibus non emendaverint, verberibus coerceantur.

d c.XXXVIII. *e* Clericis. *f* *add. & Var.*

IN *g* EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Monachos quoque, quos morum gravitas & *h* vita sancta

g Ad Himerium Tarracon. cap. XIII. *h* Et vitæ ac fidei institutio sancta.

commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus; ita ut *i* si qui intra tricesimum ætatis annum sunt, per gradus singulos crescenti tempore promoveantur ordinibus singulis: & sic ad Diaconatus vel Presbyteri k ordines *l* maturi perveniant, ne saltu ad Episcopatus culmen ascendant, nisi *m* singulis gradibus & ordo & tempora fuerint custodita.

i Var. *k* Insignia. *l* Maturæ ætatis consecratione. *m Var.*

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ

Æra n XI.

Monachi *o* ad Clericatus ordinem pervenientes, non debent à priori proposito deviare: & quod diu servaverunt, in meliori gradu positi amittere non debent. Qui ante baptismum corruptus fuit, si post baptismum nubat, *p* nullo modo potest ad Clericatum admitti.

n Ad Victricium Episcopum Rothomagensem cap. x. o *Add. & var.* p *Add. & var.*

IN SYNODO NICÆNA.

q Si quis in monasterio nutritus usque ad summum studium, & postmodum discesserit, nisi revertatur, desertoris discrimine damnetur. Si quis susceperit monachum alienum, ambo excommunicandi sunt. *r* Puer usque ad XII. annos sit in potestate patris. Tunc & deinceps, potest semetipsum monachum facere. *ſ* Infans pro infante potest dari in monasterio, quamvis alium vovisset: tamen melius est votum implere, ne reus in voto invenias. Et quod semel egressum est de labiis tuis observa, sicut promisisti Domino Deo tuo.

q *V. Conc. Nicæn.* II. c. XXI. r *V. Vet. cod. pœnitent. Theod. cap.* XI. *ſ* cap. XIII.

CANON LAODICENSIS.

Æra XXV.

q Quod non oporteat Subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

q *Eadem interp. Dionys.*

Æra XXVI.

r Quòd hi qui non sunt ab Episcopo ordinati, exorcizare non possunt.

r *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AFRICANUS.

Æra *s* XXV.

Clericus nec comam nutriat, nec *t* barbam.

s Conc. IV. Carth. c. XLIV. t *Var. V. not. in ult. ed. conc.*

Æra *u* XXVI.

Clericus professionem suam, etiam habitu & incessu probet: & ideo nec *x* vestium, nec calceamentorum decorem quærat.

u *Id. cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. XLV. *x* *Var.*

CANON AGATHENSIS,

Æra XX.

Clerici qui comam nutriunt, inviti *y* tondantur. Vestimenta, vel calceamenta, nisi quæ *z* ad religionem deceant, eis habere non liceat.

y Ab archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur. *z* *Deest.*

CANON

CANON *a* MATICENSIS.

Æra v.

Ut nullus Clericus ſagum aut veſtimenta ſecularia, niſi quæ ad religionem deceant, induere præſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem Clericus, aut cum indecenti veſte, aut cum armis inventus fuerit, *b* xxx. dierum incluſione detentus, aqua tantùm & *c* modici panis edulio diebus ſingulis ſuſtentetur.

a Conc. Matiſcon. I. *b* A ſeniore ita coerceatur, ut. c *Var. V. not. V. Cl. I. Sirmondi.*

CANON LAODICENSIS.

Æra xx.

d Ut Diaconus juſſus à Preſbytero ſedeat: ſimiliter autem & Diaconibus honor exhibeatur, & ſubſequentibus gradibus.

d Interp. nec Dionyſ. nec Iſid.

Æra xxi.

e Quòd non oporteat Subdiaconos, & reliquos infra ordines, Dominica vaſa contingere.

e Nec Dionyſ. nec Iſid.

Æra xxii.

f Quòd non oporteat, niſi Subdiaconos uti orario, & oſtium derelinquere.

f Nec Dionyſ. nec Iſid.

Æra xxiii.

Quod non oporteat Lectores, & Cantores, orariis uti,

CANON CÆSARIENSIS.

Æra XIV.

g Diaconi VII. esse debent, quamvis magna sit civitas; secundum regulam actuum Apostolorum.

g. *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON NICÆNUS.

Æra XX.

h Et ne Diaconi Presbyteris præferantur, neque sedeant in consessu Presbyterorum, aut illis præsentibus eucharistiam dividant, sed *i* solummodo ministrent. Si verò Presbyter nullus sit in præsenti, tunc demum etiam ipsis licere. k. Aliter verò agentes, abjici *l* debent.

h. *Interp. Rufini. i* Illis agentibus. *x* Dividere. *l* Jubent.

CAPUT XLV.

De venationibus & hospitalitate.

Conc. Matiscon II.

CANON * MATICENSIS.

Æra XIII.

Volumus igitur *m* Episcopalem domum, quæ ob hæc *n* instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat; ne fortè qui in eis miseriarum suarum levamen habere confidunt, infestorum canum morsibus lanientur. *o* Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est & dedecoris nota, canes ibi & accipitres habitare.

p *Add. & Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra p VII.

Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, canes ad venandum & accipitres habere non liceat. Si *q* Episcopus hæc præsumpserit, tribus mensibus communione se suspendat: Presbyter, duobus abstineat: uno, Diaconus ab omni officio & communione cessabit.

p Conc. Epeaunens. c. IV. *q* Quòd si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si Episcopus est.

CAP. XLVI.

Ut peccantes fideles non liceat passim verberari.

CANON APOSTOLORUM.

Æra. x XXVIII.

Episcopum, Presbyterum, Diaconem, percutientes passim infideles aut infideles, & per hujusmodi . . . . volentes timeri, dejici ab officio præcipimus; quia nusquam hoc nobis Dominus docuit.

x In Gr. c. XXVI. c. XXVIII. *Interp. Dionys.*

CAPUT XLVII.

De Parochiis, & Oratoriis construendis.

CANON TOLETANUS.

Æra s XXIX.

Qui Ecclesiam ædificaverit contra Canonum statuta, & non eam ab Episcopo legitimè petierit consecrari, *t* aut destruat: aut dotem, quam eidem Ecclesiæ fecerat, censeat ad Episcopi ordinationem pertinere. Quod tale factum & *u* in præsenti displicet, & in futuro prohibeatur; sed omnia *x* ad Episcopi ordinationem *y* pertineant.

s Conc. Toletan. III. c. XIX. t *Mult. Var. u* Et in præteritum. *x Add. y* Et potestatem.

CANON *q* AURELIANENSIS.

Æra XXVI.

Si quæ parœchiæ in potentum domibus constitutæ sunt, *r* Clerici qui ibidem sunt, secundùm qualitatem ordinis sui, *s* ab Archidiacono civitatis coerceantur secundùm ecclesiasticam disciplinam. Si verò de agendo officio ecclesiæ à *t* quibuslibet in aliquo *u* prohideantur, auctores nequitiæ usque ad emendationem communione priventur.

q Conc. Aurel. IV. *r* *Mult. Var.* *s* *Add.* *t* Ab agentibus potentum, vel ab ipsis rei dominis. *u* *Add. & Var.*

CANON *x* TOLETANUS.

Æra XV.

Si *y* servus fisci *z* ecclesiam ædificaverit, eamque *a* dotaverit, hoc procuret episcopus prece sua, auctoritate *b* principis confirmari.

x Conc. Tolet. III. *y* Qui ex servis fiscalibus. *z* *Var. & add.* *a* De sua paupertate. *b* Regiâ.

CAPUT XLVIII.

De Natalitiis martyrum.

CANON LAODICENSIS.

Æra * XXII. Conc. Laodicen. c. LI. *Non differt ab. Isid. interp.*

Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrare: sed eorum in Sabbato & in Dominica tantùm memoriam fieri.

CAPUT XLIX.

De fictis martyribus, & locis quæ inaniter venerantur.

. . . .

. . . . Conc. Laod. c. IX.

Non concedendum cœmeteria, vel quæ martyria dicun-

Interp. nec Dionys. nec Isid. tur Hæreticorum, nec orationis gratia intrare. Si qui fecerit, incommunicabilem factum in pœnitentiam usque ad aliquod tempus redigi: & si se errasse confessus fuerit, suscipi cum oportere.

c. xxxv. *Æra* * xvi.

Inter. nec Dionys. nec Isid. Qui relinquit Ecclesiam Dei, & vadit ad angulos orare vel congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt, qui huic idololatriæ vacat, anathema sit.

c. xxxiv. *Æra* * xxi.

Interp. nec Dionys. nec Isid. Non oportet Christianum, relictis martyribus abire ad falsos martyres: hi enim alieni à Deo sunt, & anathemate percellantur.

Æra a xxii.

Illi qui apostatant, & nunquam ad ecclesiam *b* veniunt, nec pœnitentiam quærunt, & postea in infirmitate *c* petunt communionem, eis non dandam ante dignam pœnitentiam.

a Conc. Arelat. I. c. xxii. *b* Repræsentant. *c Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra xxxiii.

Add. Basilicas Hæreticorum * sanctis usibus applicari despicimus; * tamen quas illi per violentiam nostris tulerunt, possumus revocare.
Sanct.

CANON HIPPONIENSIS.

Æra f lxxxii.

Altaria, quæ per agros & *g* vineas tamquam memoriæ martyrum *h* conduntur, *i* ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, *k* evertantur. Si autem hoc propter motus populares non sinitur, plebs tamen admoneatur, ne illa frequentent loca. *l* Et

f Conc. Carth. V. c. xiv. conc. Afric. L. *g* Vias. *h* Constituuntur. i *Add.* *k* Si fieri potest. l *Add.*

omnino nulla memoria martyrum *m* acceptetur; nisi ubi corpus aut aliquæ reliquiæ sunt, *n* ibi auctore hoc alicujus habitationis vel passionis fidelissima origine tradatur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi revelationes hominum constituuntur altaria, hæc omni modo *o* prohibentur.

m Probaliter. n *Var.* *o* Reprobentur.

CAPUT L.

De Sortibus & Auguriis.

CANON ARELATENSIS.

Æra p XXIV.

Qui faculas accendunt, aut arbores aut saxa vel fontes venerantur, si hoc *q* episcopus loci illius eruere neglexerit, sacrilegii reum se esse cognoscat. Dominus autem ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione privetur.

p Conc. Arel. II. c. XXIII. q *Var.*

CANON AFRICANORUM.

Æra r LXXIV.

Auguriis, vel incantationibus servientem, à conventu Ecclesiæ separandum.

r Stat. Eccl. *in cod. Barb.* c. LXXXIII. Conc. IV. Carth. c. LXXXIX.

CANON AGATHENSIS.

Æra s XL.

Si quis sortes, quas sanctorum vocant, *t* habuerit, vel divinationis scientiam profiteatur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittat: quicumque *u* hæc consulere vel docere præsumpserit, ab ecclesia habeatur extraneus.

s c. XLII. t *Var.* *u* Clericus vel laicus detectus fuerit.

CANON AURELIANENSIS.

Æra x XXVI.

Si quis divinationes vel auguria crediderit observanda; vel sortes, quas mentiuntur fuisse sanctorum, y cum his qui eis crediderint ab Ecclesiæ communione pellatur.

x Conc. Aurel. I. c. xxx. y *add.*

CANON ANCYRITANUS.

Æra z XXIV.

Qui auguria vel auspicia, aut divinationes quaslibet observant, aut domos suas lustrant, confessi quinquennio pœnitentiam agant.

z *Id. in gr. c. xxiii. in interp. Dionys. & Isid. à quibus ista discrepat.*

CAPUT LI.

De Clericis, Monachis, vel Abbatibus.

. . . .

. . . .

Conc. Calcedon. c. vii.

a Qui semel in Clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetierunt, statuimus, ut neque ad militiam neque ad aliquam dignitatem venire præsumant mundanam: aut hæc tentantes & non agentes pœnitentiam, quominus redeant ad hoc quod propter Dominum primitus elegerunt, anathematizentur.

a *Interp. nec Dionys. nec Isid. V. conc. Andegav. c. 7.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra b IX.

Hi qui suscepta pœnitentia religione suæ professionis obliti ad secularia relabuntur, à communione c & omnium Catholicorum convivio separentur. d Si verò post interdictum

b Conc. Aurel. I. c. xi. c Placuit &c. suspendi. d *Var.*

cum

cum eo quis præsumpserit manducare, & ipse communione privetur.

Æra e xv.

Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant. Et si quid *f* contra regulam fecerint, ab episcopis corripiantur, qui semel in anno, in locum ubi episcopus elegerit, acceptâ vocatione conveniant. Monachi autem Abbatibus omni se obedientia *g* & devotione subjiciant. Quòd si quis per contumaciam extiterit non devotus, aut per aliqua loca evagari, aut peculiare habere præsumpserit, omnia quæ adquisierit Abbatibus auferantur, secundùm regulam Monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubicumque inventi fuerint, cum auxilio Episcopi tamquam fugaces sub custodia revocentur. Et reum se ille Abbas futurum esse cognoscat, qui *h* hujusmodi personas non regulari animadversione distrinxerit, vel qui monachum susceperit alienum.

e Eiusd. conc. c. XIX. *f* Extra. g *Var. V. not. Cl. I. Sirmondi. h* In.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra IV.

i Monachos verò per unamquamque provinciam aut civitatem subjectos esse Episcopo: & quietem diligere: & intentos esse tantummodo jejunio & orationi: permanentes in locis, in quibus renuntiaverunt seculo: nec Ecclesiasticis neque secularibus negotiis communicare, vel in aliquo esse molestos, propria monasteria deserentes: nisi fortè eis præcipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis. Nullum verò monasterio servum obtentu monachi propter sui Domini conscientiam recipi. Transgredientem verò hanc definitionem nostram excommunicatum esse decrevimus, ne nomen Domini blasphemetur. Verumtamen Episcopum convenit competenter monasteriorum providentiam gerere.

i Paululum differt ab interpret. Dionys.

CANON ARELATENSIS

Æra x II.

Ut monasteria, & monachorum disciplina, ad eum pertineant Episcopum, in cujus sunt territorio constituta.

x Concil. Arel. V. c. 11.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XXIV.

y Quæ semel dedicata sunt monasteria consilio Episcoporum, maneant perpetuò monasteria: & res, quæ ad ea pertinent loca monasteriis reservare oportet, nec posse ultra fieri secularia habitacula. Qui verò hoc fieri permiserint, canonum sententiis subjacebunt

y *Interpret. nec Dionys. nec. Isid.*

CANON AUGUSTODUNENSIS.

Æra I.

z Abbatibus, vel monachis peculiares res habere non liceat: & Monachi ab Abbate victum & vestitum consuetum accipiant.

z *add. & Var.*

Æra VIII.

Ut Monachi Abbati suo, vel præposito sint obedientes.

Æra VI.

Ut in civitatibus errari non inveniantur, * nisi casu pro humilitate mittantur: & tunc cum literis abbatis sui ad Archidiaconum dirigantur. *ra*

Æra V.

Ut compatres nullus monachorum audeat habere; * nec familiaritatem extranearum mulierum. Et qui inventus fuerit, severius corrigatur. *c. al*

Ee ij

Æra x.

Ut mulieribus, in monasterium virorum nullatenus liceat ingredi. Statuimus, ut nullus monachum alterius, absque permissu Abbatis sui præsumat retinere; sed cùm inventus fuerit vagans, ad cellam propriam revocetur, ibi juxta culpam meriti coercendus.

Æra xv.

De Abbatibus verò, vel monachis, ita observare convenit; ut quicquid canonicus ordo, & regula sancti Benedicti edocet, *a* custodire in omnibus debeant. Si enim hęc omnia legitime fuerint *b* custodita ab Abbatibus vel monachis in monasteriis omnibus, & numerus monachorum Deo propitio augebitur, & mundus omnis per eorum orationes assiduas omnibus malis carebit contagiis. *c* Si quis autem hæc, quæ à nobis propitio Deo instituta sunt, tentaverit aliqua transgressione cassare, si Abbas est, annis tribus communio ei suspendatur; si præpositus, annis duobus; si monachus, aut verberetur, aut communione, & mensæ participatione tribus annis privetur.

a Et implere &c. *b Var. c Mult. add. & var. De his canonibus Vide not. V. Cl. Iacobi Sirmondi.*

CANON AGATHENSIS.

Æra d xxxvi.

e Monachis, sine commendatitiis literis Episcopi, vel Abbatis sui licentia non pateat evagandi. *f* Quòd si verborum increpationibus non emendaverint, verberibus coerceantur.

d c.xxxviii. *e* Clericis. *f add. & Var.*

IN *g* EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Monachos quoque, quos morum gravitas & *h* vita sancta

g Ad Himerium Tarracon. cap. xiii. *h* Et vitæ ac fidei institutio sancta.

commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus; ita ut *i* si qui intra tricesimum ætatis annum sunt, per gradus singulos crescenti tempore promoveantur ordinibus singulis: & sic ad Diaconatus vel Presbyteri k ordines *l* maturi perveniant, ne saltu ad Episcopatus culmen ascendant, nisi *m* singulis gradibus & ordo & tempora fuerint custodita.

i Var. *k* Insignia. *l* Maturæ ætatis consecratione. *m Var.*

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ

Æra n XI.

Monachi *o* ad Clericatus ordinem pervenientes, non debent à priori proposito deviare: & quod diu servaverunt, in meliori gradu positi amittere non debent. Qui ante baptismum corruptus fuit, si post baptismum nubat, *p* nullo modo potest ad Clericatum admitti.

n Ad Victricium Episcopum Rothomagensem cap. x. o *Add. & var.* p *Add. & var.*

IN SYNODO NICÆNA.

q Si quis in monasterio nutritus usque ad summum studium, & postmodum discesserit, nisi revertatur, desertoris discrimine damnetur. Si quis susceperit monachum alienum, ambo excommunicandi sunt. *r* Puer usque ad XII. annos sit in potestate patris. Tunc & deinceps, potest semetipsum monachum facere. *ſ* Infans pro infante potest dari in monasterio, quamvis alium vovisset: tamen melius est votum implere, ne reus in voto inveniaris. Et quod semel egressum est de labiis tuis observa, sicut promisisti Domino Deo tuo.

q *V. Conc. Nicæn.* II. c. XXI. r *V. Vet. cod. pœnitent. Theod. cap.* XI. *ſ* cap. XIII.

CAPUT LII.

De Deo sacratis puellis, & monasteriis earum.

CANON AFRICANUS.

a Æra XXXVIII.

Vir qui religiosis feminis præponendus est, ab Episcopo loci probetur.

a Id. in cod. Barb. c. XXXIX. Conc. IV. Carth. c. XCVII.

CANON AURELIANENSIS.

Æra b VI.

Ut Episcopus curam gerat de puellarum monasteriis *c*: nec Abbatissæ aliquid liceat contra regulam facere.

b Conc. Arelat. V. c. v. *c* Quæ in sua civitate constituta sunt.

CANON AGATHENSIS.

Æra d IX.

Sanctimoniales *e* quamvis vita probatæ, ante annum ætatis suæ XL. non velentur.

d c. XIX. *e* Quamlibet vita eorum & mores probati sint.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XX.

f Viris ad feminas, horis præteritis, id est, meridianis vel vespertinis, prohibemus accessum. Quæ tamen, si causa fuerit, ut ab Episcopo videantur, cum testimonio Presbyterorum & Clericorum videantur.

f Episcopo, Presbytero, & Diacono vel ceteris Clericis.

Æra g XXXV.

Monasteria puellarum nonnisi probatæ vitæ, *h* ætatis

g c. XXXVII. *h Var. V. not. V. Cl. I. Sirm.*

que provectæ ad quascumque earum necessitates *i* permittantur intrare. Ad faciendas verò missas, qui ingressi fuerint, exacto ministerio statim exeant festinanter. Alias autem, nec Clericus nec Monachus juvenis, k ad puellarum congregationes habeat accessum, nisi aut *l* materna, aut germana necessitudo probetur admittere.

i Vel ministrationes. *k* Ullum. *l* Paterna.

CANON MATICENSIS.

Æra m II.

Ut nullus *n* Clericus neque Laicus, in monasteriis puellarum, nisi probatæ vitæ & ætatis provectæ, *o* pro quacumque utilitate vel reparatione, habitare aut secretas collocutiones habere præsumat: nec *p* intra salutatorium aut in oratorio intrare permittantur.

m Conc. Matisc. I. c. II. *n* *Quid. add.* *o* *Var.* p. *Var. extra. V. not. V. Cl. I. Sirmondi.*

Æra q. XI.

Decrevimus, ut si quæ puella voluntariè aut rogantibus *r* suis religionem professa, vel benedictionem fuerit consecrata, & postea ad conjugium vel illecebras seculi *s* transierit, usque in exitu cum eo *t* cui se miscuit communione privetur. Quòd si pœnitentia ducti se sequestraverint, quamdiu Episcopo visum fuerit, *u* communione suspendantur; & si ægritudinis periculum *x* incurrerint, viaticum eis non negetur.

q Ejusd. conc. c. XII. *r* Parentibus. *s* *Add.* *t* *Var.* *u* A Communionis gratia. *x* *Add. & Var.*

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XVI.

y Virgo quæ se Deo consecravit; si nuptialia jura contraxerit, excommunicetur.

y *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra XVIII.

z Tam puellæ, quàm viduæ, quæ in domibus propriis commutatis vestibus convertuntur, cum his qui conjugio copulantur usque ad sequestrationem & pœnitentiam ecclesiæ communione priventur.

z *V. Conc. Aurel. II. c. xvii.*

Æra *a* XIX.

Si quis virgini consecratæ, *b* seu in proposito sub devotione viventi vim inferre præsumpserit, *c* usque ad extremum communione pellatur. Si rapta cum raptore *d* consenserit, *e* similiter excommunicetur. Quæ forma & de pœnitentibus, ac viduis in proposito manentibus *f* servetur. Quod si quis Sacerdos *g* hujusmodi Personis communicaverit, annum integrum pacem ecclesiæ non habeat.

a Conc. Aurel. III. c. XVI. *b* Vel devotæ, id est religionem professæ. *c* Usque ad exitum. *d* Habitare. e *Var.* *f* Sub districtione Ecclesiastica, *g* Sciens.

CANON ANCYRITANUS.

Æra XIX.

h Quòd quidem virginitatem pollicitam prævaricantes inter Digamos qui secundas nuptias transierunt habitare debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

h *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra *i* LXVIII.

Ad reatum Episcopi, vel Presbyteri pertinebit qui parœchiæ præest, si sustentandi *k* victus causa, adolescentiores viduæ vel sanctimoniales Clericorum familiaritati subjiciantur.

i *Id. in cod. Barb.* conc. Carth. IV. c. CII. *k* Sustentandæ vitæ præsentis.

CANON

CANON AURASICORUM.

Æra l XXVI.

Viduitatis servandæ professione *m* coram Episcopo in secretario habita, ab episcopo veste viduali induta, velut professionis desertricem meritò damnandam.

l Conc. Auras. I. c. XXVII. m *Add. & Var.*

CANON AURELIANENSIS *n* IV.

Æra o XVI.

Puellæ quæ sua propria voluntate monasterium expetunt, seu à parentibus ibidem offeruntur, anno uno in ipsa qua intraverunt veste permaneant. In his verò monasteriis, ubi non perpetuò tenentur inclusæ, triennio *p* permaneant.

n Conc. Aurel. V. *o* c. XIX. *p Add.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra q III.

Virgines sacræ cùm Parentum custodia privantur, episcopi vel presbyteri *r* providentiæ gravioribus feminis commendentur, ut simul habitantes invicem se custodiant.

q Conc. Afric. c. II. cod. can. Eccl. Afric. c. XLIV. *r* Ubi Episcopus absens est.

CANON ROMANORUM.

Æra f I.

Puella nec dum velata, *t* sed tamen si proposuerit sic manere, si nupserit, hæ furtivæ nuptiæ appellantur. *u* His pœnitentiæ agendæ tempus constituendum est.

f c. II. *V. Innocent. I. ep. ad Victricium.* c. XIII. t *Var.* u *Add.*

CANON ARELATENSIS.

Æra x XXVI.

Puella quæ se vovit Deo; *y* si post *z* XV. annos ætatis ad

x Conc. Arel. II. c. LII. *y Add.* *z* Viginti & quinque.

Ff

nuptias transierit, cum ipso, cui se alligaverit, communione privetur.

IN EPISTOLA *a* SYMMACHI PAPÆ.

Viduas, *b* quæ religioso proposito diuturna observatione permanserint, ad nuptias transire non patimur. Similiter virgines nubere prohibemus, quamvis annis plurimis in monasteriis *c* peregisse constiterit.

a Ad Cæsarium Episc. Arel. cap. v. *b* *Var.* *c* Ætatem.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra d XII.

Puellæ quæ *e* convenientia parentum se voluntariè in monasterio dedicaverint, *f* & se postea ex ipso monasterio *g* subtraxerint, quousque ibidem se restituant, communione priventur; Viaticum tamen illis non negetur.

d Conc. Lugd. III. c. III. *e* Conniventia. *f* *Quod. add.* *g* *Add.* & *Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra h XVI.

Viduarum consecrationem, quas Diaconas vocant, *i* penitus abrogamus. Solam eis pœnitentiæ benedictionem, si converti cupiunt, imponendam.

h c. XXI. *i* Ab omni regione nostra. *Al.* religione *V. not. V. Cl. I. Sirm.*

CAPUT LIII.

De Raptis.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XXVII.

K Decrevit sancta Synodus, ut qui rapiunt mulieres, si Clerici sunt, decidant gradu proprio: si verò Laici, anathematizentur.

K *Inter. nec Dionys. nec Isid.*

CANON ANCYRITANUS.

Æra XII.

Desponsatas puellas & ab aliis raptas, placuit erui, & his reddi à quibus fuerant desponsatæ: etiamsi eas contigerit à raptoribus florem pudoris amisisse.

IN EPISTOLA *l* SIRICII PAPÆ.

Æra IV.

Desponsatam ne alius accipiat, *m* modis omnibus inhibemus; quia nec benedici possunt, & instar sacrilegii est conjunctio sine benedictione sacerdotali.

l Ad Himerium Tarrocanensem. *m* *Add. & Var.*

CANON *n* AURELIANENSIS.

Æra II.

Si ad Ecclesiam raptor cum rapta confugerit, etiamsi feminam ipsam violentiam pertulisse contigerit, statim liberetur de potestate raptoris: & raptor, mortis vel pœnarum impunitate concessa, ad serviendi conditionem subjectus, aut redimendi se *o* habeat potestatem. Si vero *p* rapta patrem habet, *q* ei excusata reddatur.

o Liberam. *p* *Var.* *q* Potestati patris.

Æra *m* XXIII.

Mancipia quæ sub specie conjugii ad *s* Ecclesiam confugerint, à Dominis accepta fide excusationis, sub *t* reparationis promissione reddantur *u* libertate Dominorum, si eos postea voluerint sociare.

r Conc. IV. Carth. c. XXIV. *s* Ecclesiæ septa. *t* Separationis. u *Mult. Add. & Var.*

CAP. LIV.

De Incestis, adulteris, vel qui uxores suas dimittunt.

CANON AURELIANENSIS.

Æra x xI.

Qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & [1] *y* non prohibentur nubere, quantùm potest consilium eis detur, ne alias uxores viventibus illis accipiant licet adulteris.

x Conc. Arel. I. c. x. *y Deest.*

NOTA.

1. *Hanc negativam particulam quæ desideratur in editis rectè quidem supplet codex Herovallianus. Nam si prohibentur nubere, cur postea consilium datur non nubendi?* Ubi consilium datur, *inquit Hieronymus lib. 1. adversus Iovinianum*, offerentis arbitrium est: ubi præceptum, necessitas est servientis. Præceptum, inquit, Domini non habeo, consilium autem do, tamquam misericordiam consequutus à Domino. *Et Augustinus:* Aliud est consilium, aliud præceptum. Consilium datur ut virginitas conservetur &c. Præceptum vero datur ut justitia custodiatur &c. Consilium qui libenter audierit & fecerit, majorem habebit gloriam. Præceptum qui non impleverit, nisi pœnitentia subvenerit, evadere pœnam non poterit. *Atqui patres hujus concilii celeberrimi nullam pœnam infligunt, consilium tantùm dant. Ergo dicunt Patres rem non prohibitam esse, quam deinceps cum pluribus aliis patribus permisit Theodorus in suo pœnitentiali.*

IN EPISTOLA *z* INNOCENTII PAPÆ.

Æra VI.

Qui uxore vivente *a* quamvis dissociata aliam duxerit, mœchatur, & adulter est, *b* iste communione privetur cum ea quam accepit: similiter parentes eorum, qui talibus consenserunt.

z Ep. Innoc. I. ad Exuperium Episcopum Tolosanum. a *Var.* b *Mult. Var. & add. V. R. V. Steph. II. ad inter. Monach. Brit.*

CANON c AGATHENSIS.

Æra XVII.

d Si mulier viro derelicto discedere voluerit nuptias condemnando, anathema sit.

c *Desideratur in concil. Agathensi.* d *Sed V. conc. Gangrense c. xiv. paucis mutatis.*

CANON NEOCÆSARIENSIS.

Æra II.

e Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen ad exitum si promiserit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vinculum solvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

e *Paululum differt ab interp. Dionys.*

CANON AGATHENSIS.

Æra f XIX.

Qui conjugale consortium, *g* nullas causas discidii probabiliter proponentes, dimiserunt, ut illicita vel aliena appetant; si antequam apud Episcopos provinciæ discidii causas dixerint, & uxores antequam in judicio damnentur abjecerint, à communione sanctæ Ecclesiæ & à sancto Populo *h* excludantur.

f c. xxv. g *Quad. add.* h *Add.* pro eo quod fidem & conjugia maculant.

CANON AURELIANENSIS.

Æra i XII.

K Si quis relictam fratris sororem uxoris privignam, id est filiastram, consobrinam, sobrinamve relictam, id est patrui atque avunculi carnali contagione maculaverit, Apostolicæ

i V. Conc. Aurel. II. c. x conc. Aurel. III. c. x. *K Mult. Var. nam sensus tantum, non verba deprehenduntur.*

institutionis sententia feriatur: & quamdiu in tanto versatur scelere, Christiano cœtu & communione sanctæ privetur Ecclesiæ.

CANON EPAUNENSIS.

Æra l XVI.

Incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservari, nisi eas *m* adulterii separatione sanaverint. *n* Si quis relictam fratris quæ penè prius soror extiterat, *o* carnaliter violaverit: Si quis fratris *p* Germanam, si quis Germanam uxoris, si quis novercam, si quis consobrinam, si quis relictam avunculi aut patrui, vel privignam, concubitu polluerit. *q* Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt *r* melioris conjugii libertatem. *ſ* Si quis de propria cognatione, vel, quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit.

l Conc. Epeaun. c. xxx. m *Var.* n *Qued. add.* *o* Carnali conjunctione. *p* Var. q *Add.* *r* ineundi. *ſ* *V. conc. Agath. c. lxi.*

ITEM GREGORIUS IN LIBRO *t* PASTORUM.

u Incestum committit, qui se consanguineæ suæ, vel quam consanguineus habuit, infra affinitatis lineam conjungit. Nullus enim fidelium usque ad affinitatis lineam, id est, usque in septimam progeniem consanguineam suam ducat uxorem, vel eam quæ aliquo modo incesti macula polluatur. Nam incesti quamdiu in scelere manent, non fidelium Christianorum, sed tantum aut Gentilium, aut Cathecumenorum, vel energumenorum locum teneant. Et si à nefandissimo scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur qui spiritu periclitantur immundo; vel etiam inter eos, de quibus ipsa veritas dicit: *si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.*

t *V. Greg. Magni epist. xxxii. ad Felicem Episcopum lib. xii. excerpt. Egbert. Eborac. c. cxxxvii. & Isaac. Lingon. Episcopi canones titul. iv. de incestis cap. xix.* u *Plura add. in ep. Greg. ad Fel. Ep. quæ desunt in citatis testimoniis ab auctoribus, sicut in collect. cod. Her.*

CANON ANCYRITANUS.

Æra VI.

x Qui cum pecudibus coitu mixti sunt, aut more pecudum incesta cum consanguineis commiserunt, aut cum masculis concubuerunt qui ante xx. annos ætatis suæ tale crimen admiserint, xv. annis in pœnitentia exactis, orationi tantum incipiant participare. Post hæc quinquennio in communione simplici perdurantes, post xx. annos cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur & vita eorum, qualis fuit in pœnitentia, & ita hanc humanitatem consequantur. Qui vero perseverantius hoc crimine abusi sunt, xx. annis pœnitentiam solam suscipiant. Qui vero post xx. annorum ætatem, vel etiam uxores habentes in hoc crimen inciderint, xxxi. annis pœnitentia acta ad communionem tantum admittantur: in qua communione quinquennio perdurantes, plenam communionem cum oblatione recipiant. Quòd si & uxores habentes, & post L. annos ætatis in hoc prolapsi sunt crimen, ad exitum tantum communicent. Hos, qui sicut muta vixerunt animalia, qui & se & alios hujusmodi peccato contaminaverunt, inter eos orare debent, qui tempestate jactantur, qui à nobis Energumeni intelliguntur.

x *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra XIX.

y Qui adulterium commiserint, VII. annos oportet perfectionem consequi secundùm pristinos gradus.

y *Nec Dionys. nec Isid.*

Æra XX.

r Mulieres quæ fornicantur, & partus suos necant, vel conceptos excutiunt, usque ad exitum ab Ecclesia removeantur secundum pristinos gradus. Humanius autem nunc definimus, ut x. annis pœnitentia eis tribuatur.

z *Nec Dionys. nec Isid.*

Æra XXIV.

a Si quis sponsam habens, sorori ejus intulerit vitium, & postea uxorem duxerit eam quam desponsaverat, & illa quæ vitium pertulerit laqueo se peremerit: omnes qui facti hujus consilii sunt, x. annis in pœnitentia redigantur.

a Paululum differt. ab Isid. interp.

CANON AURELIANENSIS.

Æra b XX.

Si quæ mulieres fuerint in adulterio cum Clericis deprehensæ, Clericis districtione adhibitâ *c* etiam & mulieribus, & à civitatibus ipsæ mulieres expellantur.

b Concil. Aurel. IV. c. XXIX. *c Hæc desunt, sed alia add. & var.*

IN EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD RUSTICUM.

Æra d X.

Ancillam oportet à toro abjicere, & uxorem *e* ingenuam accipere. Hoc non duplicatio conjugii est, sed profectus honestatis.

d c. VI. *e* Certæ ingenuitatis.

CAP. II.

f Si pater aut mater proprium filium à sacro baptismo susceperit, hi omnino à conjugio separentur.

f Ista & quæ sequuntur in ed. desiderantur. V. tamen Responsa Stephani P. II. ad consulta Britaniacensium monachorum. cap. IV. ex eadem epistola Leonis I.

CAP. III.

g Si quis vir aut mulier filiastrum aut filiastram à sacro fonte exceperit, aut ad confirmationem tenuerit: tales omnimodo à conjugio disjungi.

g Capitul. l. v. c. v.

CAP.

CAP. IV.

h Si quis in captivitatem ductus ancillam ibidem acceperit uxorem, & postmodum ad proprium reversus ingenuam ducat: & iterum in prædicto loco ubi ancillam habuit ducatur, & invenerit ipsam ancillam alium virum habentem: huic licebit alii se conjungere mulieri, defuncta tamen illa ingenua, quam postea acceperat.

h *V. R. Steph. II. cap.* III.

CAP. VI.

i Si ex conjugio unusquilibet graviter infirmetur, ut non possit ab illo debitum persolvi, ob hoc nunquam licebit eos dividi.

i V. R. Steph. II. cap. II.

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ ad Exuperium Episcopum Tolosanum.

CAP. VI.

k Qui interveniente repudio etiam pro adulterio dimissa alii se copulaverit, eos in utraque parte adulteros esse manifestum est secundum illud: *Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur.* Similiter, *qui dimissam duxerit, mœchatur*: Et ideo tales omnes communione privandos.

K Mult. var. in ed. V. potius. R. Steph. II. cap. v.

CAP. X.

l Si unus ex conjugio filium aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad Chrisma tenuerit, vel ad Christianitatis mysterium: ambo & uxor, & vir compatres existunt parentibus infantis, quia vir & mulier caro una effecti sunt.

l Desideratur.

IN EPISTOLA SIRICII PAPÆ. ad Genesium Episcopum.

CAP. XII.

m Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, aut postmodum ei supervenerit lepra, separentur, ne concepti filii lepra maculentur. Fas namque est, ut mundus ad mundam jungatur.

m *V. R. Steph. II. cap. ix. ex Epist. Siricii Papæ ad Himerium Episcopum.*

IN EPISTOLA LEONIS PAPÆ. ad n *Nicetium Episcopum.*

CAP. I.

Cum per bellicam cladem dividantur conjugia, *o* & mulieres quæ remanserint viris suis destitutæ, aut interemptos putent, aut nunquam reversuros : & *p* solitudine cogente ad aliquod conjugium transierunt : & illi qui putabantur perisse, revertantur ; *q* tunc remotis malis quæ hostilitas intulit, unicuique quod legitime habuit reformetur. *r* Nec tamen culpabilis judicetur ille, *s* qui personam ejus mariti, qui jam non esse æstimabitur, assumpsit. *t* Si verò aliquæ mulieres malunt cum viris his cohærere, quàm ad legitimum redire conjugium, meritò sunt damnandæ ; ita ut communione priventur, quia ipsæ ostenduntur non pro necessitate, sed pro incontinentia sua hoc fecisse, & non eis placuisse, quod hæc remissio potuit expiare. Redeant ergo ad suum rectum voluntaria redintegratione conjugium absque ullo opprobrio : quia sicut hæ mulieres quæ reverti ad viros suos nolunt, impiæ sunt habendæ, ita illæ quæ in affectum ex Deo initum redeunt, meritò laudabiles judicandæ.

n Ad Nicetam Episcopum Aquileiensem. o *Mult. var.* *p* Solicitudine. q *Add.* *r* cap. 11. *s* Et tamquam alieni juris pervasor. *t* *Plura add. & hic incipit cap. iv. Cetera quæ sequuntur mult. var. V. Resp. Stephan. II.* cap. xix.

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ.

u Sicut mulieres, si convictæ fuerint adulterasse, judicio sacerdotali communione privantur: similiter & viri, si detecti fuerint adulterium commisisse, omnimodis à communione submovendos esse decernimus.

u *V. ep. Inn. I. ad Exuperium. cap. iv. ubi mult. add. & var.*

CAP. LV.

De revertentibus ad secula post depositum militiæ cingulum: & de his qui post baptismum administraverunt.

CANON NICÆNUS.

Æra x XVIII.

y Si qui post depositum militiæ cingulum ad proprium vomitum revertuntur, ut pecunias ad usuram darent, & abirent rursus ad militiam, x annis sint inter pœnitentes, post primum triennium quo fuerunt inter audientes. Hoc præcipuè observetur, ut animus eorum & fructus pœnitentiæ observetur. Et quicumque in lacrymis & operibus bonis perseverantes, & bonum opus cum veritate demonstrant; cum post tempus statutum orationi cœperint communicare, licet Episcopum humanius aliquid circa eos agere. Si qui verò indifferenter habuerint lapsum suum, & sufficere sibi quòd Ecclesiam intraverunt arbitrantur, isti omnia tempora statuta complebunt.

x c. XII. *in Gr.* c. XI *in interp. Dionys. & Isid.* y *Paululum differt interp. Isid.*

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ ad Exuperium Episcopum. z

a Qui post baptismum administraverunt, & tormenta exercuerunt, aut etiam capitalem sententiam protulerunt, de his nihil legimus à majoribus definitum. Meminerunt

z cap. III. a *Quædam add.*

enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum & Dei ministrum vindicem in hujusmodi natum. De his ita ut hactenus servatum est sic habemus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur. *c* Hoc etiam sciscitare voluisti, *d* ut si liceat à principibus post baptismum poscere mortem *e* alicujus de reatu: Quam rem Principes nunquam sine *f* cogitatione concedunt, sed ad judices crimina ipsa semper remittunt, ut causa cognita *g* judicetur. Quæ cum *h* secure fuerit delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate proferatur: & dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit *i* distortor immunis.

c *Hic incipit cap. v.* d *Quad. add.* *e* Vel sanguinem. *f* Cognitione. *g* *Var.* *h* Quæsitori. *i* Dictator.

CAP. LVI.

De falsariis, & perjuris, & homicidis: & de captivitate & discordia.

CANON AURELIANENSIS.

Æra a XV.

Qui falso accusant fratres suos, *b* usque ad exitum non communicent.

a Conc. Arelat. I. c. XIV. *b* Placuit &c.

CANON *c* MATICENSIS.

Æra. XVII.

Si quis alios ad falsum testimonium vel perjurium *d* attraxerit, vel *e* sollicitaverit, ipse quidem neque ad exitum communicet: & illi *f* qui eum secuti sunt, ab omni sunt testimonio prohibendi, & infamia notabuntur.

c Conc. Matiscon. I. d *Var.* *e* Quacumque corruptione. *f* *Add. & Var.*

CANON AGATHENSIS.

Æra g xxxvi.

Homicidas & falsos testes h communione privandos usque ad pœnitentiam & satisfactionem.

g c. xxxvii. h *Var.* V. conc. Venet. c. i.

CANON LUGDUNENSIS.

i *Æra* iii.

k Si quis hominem in captivitatem duxerit, aut transmiserit, usquequò eum in loco suo revocaverit, communione privetur.

i Conc. Lugdun. II. c. iii. k *Mult. var. & add.*

CANON ANCYRITANUS.

Æra xxi.

l Si quis voluntariè homicidium fecerit, submittat se ad pœnitentiam, & ad exitum tantùm communicet.

l *Interpret. nec Dionys. nec Isid. V. conc Epeaunens.* c. xxxi.

Æra m xxii.

n Qui verò casu homicidium fecerit, post vii annorum pœnitentiam communicet secundum gradus constitutos. Hæc verò humanior definitio, quinquenni temporis spatio continetur.

m *Interp. Isid. non distinguit. à præcedenti. Sed Gr. & Dionys.* n *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra o xxiv.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, biennii temporis excommunicatione p plectatur.

o c. xxiv. p Effusionem sanguinis expiabit.

CANON q ARELATENSIS.

Æra LIII.

Si quis famulorum, r quasi ad exacerbandam Domini districtionem, se ſ percusserit, t nequicquam ad Dominum sceleris alieni pertinebit injuria.

q Conc. Arel. II. r Cujuslibet conditionis aut generis. ſ Diabolico repletus furore. t *Add. & var.*

IN EPISTOLA PAPÆ LEONIS. u

Captivi, qui immolatitiis cibis fuerint polluti, x pœnitentiæ satisfactione purgentur; quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis contritione pensanda est, sive hoc fames extorserit, sive terror. y

u Ad Nicetam Episcop. Aquileiensem. x *Var. & add.* y *Add.*

CANON AFRICANORUM.

Æra z XLVII.

Dissidentes Episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

z *Id. in cod. Barb.* Conc. IV. Carth. c. XXI.

Æra a XLVIII.

Discordantes Clericos, Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat inobedientes: synodus per b audaciam damnet.

a *Id. in cod. Barb.* Conc. Carthag. c. LIX. b Audientiam.

Æra c XLIX.

Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario neque in gazophilacio recipiantur.

c *Id in cod. Barb.* LXIX. Concil. Carthag. c. XCIX.

CANON ARELATENSIS.

Æra d LXXX.

Hi qui publicis inter ſe odiis exardeſcunt, *e* ab eccleſia removeantur, donec ad pacem *f* redeant.

d Conc. Arel. II. c. L. *e* Ab Eccleſiaſticis conventibus removendi. *f* Recurrant.

CANON AGATHENSIS.

Æra g XXX.

Quicumque odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, *h* à Sacerdotibus arguantur. *i* Et ſi emendare noluerint, communione pellantur.

h *Add.* i *Add. & Var.*

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra k LXIX.

Eorum dona, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutanda.

k In cod. Barb. id. Conc. IV. Carth. c. XCIV.

CAPUT LVII.

De Expoſitis.

CANON AURELIANENSIS.

Æra a XXXI.

Si expoſitus ante Eccleſiam cujuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. Et ſi is qui collectus eſt, intra X. decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſecurus habeat qui collegit. *b* ſi verò poſt prædictum tempus aliquis calumniator extiterit, ut homicida judicetur.

a Conc. Arel. II. c. LI. *b V. conc. Vaſenſe I. c. X.*

CAPUT LVIII.

De libertis.

CANON TOLETANUS.

Æra c VII.

Liberti, qui ex mancipiis Ecclesiæ ab Episcopo facti sunt, *d* in libertate permaneant; & tamen à patrocinio Ecclesiæ *e* non recedant. Ab aliis quoque liberti traditi Ecclesiis, vel commendati, patrocinio Episcopali regantur. *f*

c Conc. Tolet. III. c. VI. *d* *Add.* & *Var.* *e* Tam ipsi, quàm ab eis progeniti. *f* *Add.*

CANON AGATHENSIS.

Æra g XXVII.

Libertos legitimè factos *h* Ecclesia tueatur. *i* Quòd si quis ante audientiam *k* eos pervadere, aut expoliare præsumpserit, ab Ecclesia repellatur.

g c. XXIX. *h* Si necessitas exegerit. *i* Quos. *k* Aut.

CANON AURASICORUM.

Æra *l* VI.

In Ecclesia manumissos, vel per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in servitutem vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione Ecclesiastica coerceatur.

l Conc. Arausic. I. c. VII.

CANON EPAUNENSIS.

Æra VIII.

Mancipia monachis data ab Abbate non liceat manumitti. Injustum putamus, ut monachis *m* ruralia opera facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

m Quotidianum rurale opus.

CANON

CANON AGATHENSIS.

Æra n VI.

Quos de servis Ecclesiæ *o* Episcopus libertati dederit, à successoribus placuit custodiri cum hoc quod eis manumissor in libertate contulerit. Quod tamen jubemus XX. solidorum *p* modum in terris, vel vineis, vel hospiolo tenere, non amplius; *q* quia minusculas res aut Ecclesiæ minus utiles, Peregrinis vel Clericis, salvo jure ecclesiæ, in usum præstari permittimus.

n c. VII. *o* *Var. & add.* *p* Numerum &c. *q* *Add. & Var.*

CANON AURELIANENSIS *r* II.

Æra XXXII.

s Cineres verò servi, seu & posteritas eorum in loco, in quo auctor eorum *t* depositus, in ea quæ constituta est à defunctis studio sacerdotis conditione permaneant. *u* Ille verò qui hoc crediderit obviandum, *x* usque ad veram emendationem ab ecclesia suspendatur.

r Conc. Aurel. IV. *s* *Var. & add.* *t* *Var. V. not. V. Cl. I. Sirm.*
u Cui præcepto si quis secularium humanæ cupiditatis impulsu. *x* *Var.*

CANON AURELIANENSIS *y* IV.

Æra VI.

Quicunque liberti facti sunt, *z* si à quocunque pulsati fuerint, ab Ecclesia defendantur præter eas culpas, quibus leges collatam servis revocare jusserunt libertatem.

y Conc. Aurel. V. c. VII. *z* *Var. & add.*

CANON *a* ARELATENSIS.

Æra XXXIV.

Si quis in Ecclesia manumissum crediderit *b* ingraticulum revocandum, non aliter liceat, nisi eum gestis apud acta municipum reum esse.

a Conc. Arel. II. *b* Ingrati titulo.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra VII.

Quicumque contra libertos Ecclesiæ commendatos actionem habet, non audeat magistratui eos tradere, sed in Episcopi judicio, quæ sunt veritatis audiantur: quia justum est, ut contra calumniatorum versutias defendantur, qui immortalis Ecclesiæ patrocinium concupiscunt. Et qui hoc, quod à nobis decretum est, prævaricare tentaverit, irreparabili damnationis suæ sententia feriatur.

DE HIS QUI AD ECCLESIAM CONFUGIUNT.

CANON *c* AURELIANENSIS.

Æra I.

Homicidæ, adulteri, fures, si ad Ecclesiam confugerint, *d* juxta priores canones & quod lex Romana constituit observetur: ut ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi non trahantur; *e* sed in evangelia datis sacramentis, de morte, de debilitate, & de omni pœnarum genere sint securi: ita ut cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. Quòd si sacramenta sua *f* quis violaverit, *g* ab omni Christianorum convivio & communione separetur. Quòd si reus de Ecclesia fugerit, ab Ecclesiæ Clericis non quæratur.

c Conc. Aurel. I. *d Var.* *e* Nec aliter consignari, nisi ad evangelia. *f* Quis convictus fuerit violasse, reus perjurii. *g Add. & Var.*

Æra h III.

Si verò pro servo sacramento *i* à Domino dato de impunitate, exire noluerit, liceat eum à Domino occupari.

h. *Ejusd. conc. id. c.* *i Mult. Var.*

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXXIX.

Si servus reatu *k* atrociæ culpabilis ad Ecclesiam confu-

k Atrociore.

gerit, à corporalibus tantùm suppliciis excusatur. De capillis *l* verò, vel quocunque opere à domino placuit juramentum non exigi.

l *Vide not. V. Cl. Iacobi Sirmondi.*

CANON AURELIANENSIS.

Æra *m* XXXIX.

Eos qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportere: sed loci *n* reverentia & intercessione defendi. *o* Si quis autem mancipia Clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, *p* districtissima damnatione feriatur.

m *V. Conc. Arausic. I. c.* v. conc. Arelat. II. c. XXX. *n* *Var.* *o* *Hic incipit c. vi. in c. Arausi. & c. xxxii. in c. Arel.* *p* Per omnes Ecclesias.

CAPUT LIX.

De Iudæis.

CANON LAODICENSIS.

Æra *q* XXXIX.

r Hi qui Christiani facti sunt ex Judæis, si postmodum inventi sunt judaizare, vel sabbatizare, anathema sint à Christo.

q Conc. Laodic. c. XXIX. *r* *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

CANON MATICENSIS.

Æra *s* XVI.

Ne Judæi Christianis *t* Judices deputentur, aut telonarii; *u* ne Christiani, quod absit, eis videantur esse subjecti.

s Conc. Matisconens. I. c. XIII. *t* Populis. *u* *Add. & Var.*

Æra XV.

Nullus Christianus Judæorum conviviis *x* participet. Quòd *y* si fecerit, ab omni Christianorum consortio *z* separetur, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus.

x Participare præsumat. *y* *Var & add.* *z* Se noverit compescendum.

Æra XVI.

Nullus Christianus Judæo *a* deserviat, sed datis pro quolibet bono mancipio XII. solidis, quicunque voluerit Christianus *b* ipsum licentiam habeat redimendi, sive ad ingenuitatem, seu ad servitium: quia nefas est, ut quos Christus *c* suo sanguine redemit, persequutorum vinculis *d* teneantur irretiti. Quòd si huic adquiescere Judæus noluerit, liceat mancipium ipsum ad Christianos reverti, & ubicunque voluerit habitare. *e*

a *Quadam preced* & *Var.* *c* Sanguinis sui effusione. *d* Maneant. *e* *Add. sed V. not. Cl. I. Sirmondi.*

CANON AGATHENSIS.

Æra XL.

Omnes deinceps *f* Christiani Judæorum convivia evitent, quia cùm *g* illi Christianis cibis *h* non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos à Christianis sumi; cum ea quæ Apostolo permittēte nos sumimus, ab illis judicentur *i* indigna.

f Clerici sive Laici. g *Var.* *h* Communibus. *i* immunda.

Æra XXXIV.

Iudæi k si ad legem Catholicam venire voluerint, *l* septem mensibus inter Catechumenos *m* sint. Et si puram fidem confiteri noscuntur, baptismatis gratiam mereantur. Quòd si periculosam infirmitatem intra præscriptum tempus incurrerint, baptizentur.

k Quorum perfidia frequenter ad vomitum redit. *l* Octo. *m* *Var.*

CANON *n* AURELIANENSIS.

Æra XXX.

Iudæi *o* à cœna Domini usque ad secundam Sabbati in pascha, *p* procedere inter Christianos non audeant, *q* nec qualicunque occasione faciente.

o A die Cœnæ. *p* Hoc est ipso quatriduo. *q* *Var. & add.*

CANON *r* MATICENSIS.

Æra XIV.

Judæi à cœnâ Domini usque ad *s* secundam sabbati in Pascha, *t* per plateas, & foros deambulandi licentia denegetur: & ut reverentiam cunctis *u* Clericis impendant. *x* Sin aliud, à Judicibus locorum, prout persona fuerit, distringatur.

r Conc. Matisconiens. I. *s* Primum pascha. *t* *Add.* *u* Sacerdotibus Domini, vel. *x* *Add. & Var.*

CAPUT LX.

De Clericis qui Carne abstinent.

CANON ANCYRITANUS.

Æra XIII.

y Hi qui in Clero sunt, si à carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere: & ita, si voluerint, continere. Quòd si tantùm eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, existiment comedenda, tanquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

y *Parum differt ad interp. Dionys.*

CAPUT LXI.

De Hæreticis, & Gentilibus.

CANON NICÆNUS.

Æra XXI.

a Ut Paulianiſtæ, & qui ſunt Photiniani, rebaptizentur.

a *Interpret. Rufini. V. con. Arel.* II. *c. xvi. & not. V. Cl. I. Sirmondi ad hunc canonem.*

Æra XXII.

b Sed Diaconiſſas, quoniam quidem manus impoſitionem non accipiunt, etiam ipſas inter Laicas eſſe debere.

b *Interpret. Rufin.*

CANON ARELATENSIS.

Æra *c* IX.

Si ad Eccleſiam aliquis de hæreſibus venerit, interrogent eum ſymbolum; & ſi perviderint eos in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum baptizatos, manus ei tantum imponatur, & accipiat Spiritum ſanctum. Quòd ſi *d* non reſponderit hanc Trinitatem, baptizetur.

c Conc. Arelat. I. c. VIII. *d* Interrogatus.

CANON AFRICANORUM.

Æra *e* XVI.

Ut Epiſcopus nullum prohibeat ingredi *f* in Eccleſiam, & audire verbum Dei, ſive Gentilem, ſive Hæreticum, ſive Judæum, uſque ad miſſas catechumenorum.

e *Id. in cod.* Conc. IV. Carth. c. LXXXIV. f *Deeſt.*

Æra g LXXXII.

Cum hæreticis neque orandum, neque psallendum est.

g *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Cathag. c. LXXII.

CANON h ARELATENSIS.

Æra XI.

i Puellæ fideles quæ se gentilibus jungunt, placuit ut aliquanto tempore à communione separentur.

h Conc. Arelat. I. i *Var.*

CANON MILITIANUS.

Æra V.

Si quis mulieri, si quis Judaïcæ pravitati conjugali societate conjungitur, à christiano cœtu & communione separetur.

CANON k GANGENSIS.

Æra XIV.

l Si qua mulier ad hoc virili veste utitur, ut virilem habitum immutet, anathema sit.

k Conc. Gangrens. l *Interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra XV.

m Si quis dereliquerit proprios filios, ut virilem habitum immutet, anathema sit.

m *Nec Dionys. nec Isid.*

Æra XVI.

n Si qui filii parentes, maximè fideles despexerint, aut occasione religionis non eis debitum honorem reddiderint, anathema sit.

n *Nec Dionys. nec Isid.*

Æra XVII.

o Mulier, quæ quasi religionem cogitans, comam sibi amputaverit, anathema sit.

o *Nec Dionys. nec Isid.*

CANON LAODICENSIS.

Æra p XVII.

q Nullum Christianum lavacra cum mulieribus habere communia, quia est & apud Gentiles reprehensio.

p Conc. Laodiceni c. xxx. q *Interpret. nec Dionys. nec. Isid.*

Æra r XXXI.

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

r c. XLIV. *Interp. Isid.*

CAP. LXII.

De Catechumenis.

Æra a XVIII.

Ad baptisterium catechumeni nunquam frequentent.

a Conc. Arausic. I. c. XIX.

CANON AURASICORUM.

Æra b XIX.

A fidelium benedictione, etiam inter domesticas orationes, inquantum *c* cavere est, segregandi informandique sunt, ut se revocent: & *d* si grandes sunt liberi, benedicendi sunt, *e* semoti offerantur.

b c. XX. *c* Caveri potest. d *Desunt ista.* e *Var.*

Qq

CANON

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra f XXIV.

Baptiſmum percipiant neophyti, & aliquandiu à lautioribus epulis, & ſpectaculis g liberi, & à conjugibus abſtineant.

f In cod. Barb. id. Conc. IV. Carth. c. LXXXVI. g *Deeſt.*

CAP. LXIII.

De Conjurationibus.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XVIII.

h Si Clerici vel Monachi reperti fuerint conjurantes aut conſpirantes aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis, de gradu proprio abjiciantur.

h *Parùm differt ab interp. Dionyſ.*

CANON i AURELIANENSIS

Æra XXI.

Si qui Clericorum k rebelles inter ſe ſacramenta dederint, aut chartulam conſcripſerint; cùm hoc ad ſynodum ventum fuerit, juxta ordinem & perſonarum qualitatem *l* vindicetur.

i Concil. Aurel. III. k *Add. & Var.* *l* A pontificibus qui tunc in unum collecti fuerint.

CAPUT LXIV.

De Energumenis.

CANON AFRICANORUM.

Æra a LXII.

Omni die exorciſtæ energumenis manus imponant.

a Id. in cod. Barb. conc. IV. Carthag. c. XC.

Æra *b* LXIII.

Pavimenta domorum Dei energumeni scopis *c* mundent.

b *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carthag. c. XCI. *c* Verrant.

Æra *d* LXIV.

Energumenis in domo Dei *e* assistentibus, victus quotidianus per exorcistas oportuno tempore ministretur.

d Id. cod. Barb. conc. Carthag. c. XCII. *e* Assidentibus.

CANON AURASICORUM.

Æra *f* XIII.

Energumeni baptizati, si *g* sollicitudini Clericorum se tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, *h* vel muniendi ab incursu dæmonum, vel purgandi.

f Concil. Arausic. I. c. XIV. *g* De purgatione suâ curant, &c. *h* *Add. & Var.*

Æra *i* XIV.

Energumenis, & Catechumenis, inquantum *k* oportunitas permiserit, de baptismo consulendum.

i Conc. Arausican. c. XV. *k* Vel necessitas exegerit.

Æra *l* XIX.

Placuit, *m* ut Evangelia Catechumenis legantur.

l c. XVIII. *m* *Var. & Add.*

CAP. LXV.

De Chrismate.

CANON AFRICANORUM.

Æra *a* LXXXVII.

Presbyteri qui per diœceses *b* sunt, non à quibuslibet

a *Id. in cod. Barb.* Conc. IV. Carth. c. XXXVI. *b* Ecclesias regunt.

Episcopis, sed à suis; nec per *c* viciniorem Clericum, sed aut per seipsum, aut per illum qui sacrarium tenet, ante Paschæ sollemnitatem chrisma petant.

c Juniorem.

CAP. LXVI.

De exequiis mortuorum, & sepulchris: & ne pallæ super corpora ponantur.

CANON TOLETANUS.

Æra a XXI.

Religiosorum corpora *b* cum psalmis tantummodo, & psallentium vocibus ad sepulchra deferri. Nam funebre carmen, *c* vel pectora *d* cædere omnino prohibemus.

a Concil. Tolet. III. c. XXII. b *Add. & Var.* *c* Quod vulgò defunctis cantari solet. d *Var.*

CANON ARVERNENSIS.

Æra e IV.

Observandum *f* de palliis, vel ministeriis divinis, ne defunctorum *g* corpora obvolvantur.

e Conc. Arvernens. celeb. anno DXXXV. c. VII. *f* Ne pallis. *g* *Var. V. not. Cl. J. Sirm.*

Æra VIII.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur. *h*

h *Add.*

CANON MATICENSIS.

Æra i XVIII.

Comperimus, necdum k marcidis mortuorum corporibus, sepulcra reserari, vel *l* alia corpora superponi. Ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc agere præsumat.

i Conc. Matiscon. II. c. XVII. *k* *Var.* l *Add. & Var.*

CAP. LXVII.

De Lectione ad mensam.

CANON *a* TOLETANUS.

Æra VII.

Quia solent crebrò in mensis otiosæ fabulæ interponi, *b* ideo statuimus, ut in omni sacerdotali, vel religiosorum convivio hoc lectio *c* sancta prohibeat.

a Conc. Tolet. III. *b* *Var. & add.* *c* Scripturarum divinarum.

CAP LXVIII.

De Lapsis & Pœnitentibus.

*

Ut sacerdos pœnitentiam implorantibus, absque personarum acceptione *a* pœnitentiam injungat: *b* & ut negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

* Statut. Eccl. antiq. *in cod. Barb.* c. XVIII. Conc. IV. Carth. c. LXXXV. *a* Pœnitentiæ leges. *b* *Hic incipit in c. Barb.* c. XIX. conc. IV. Carthag. c. LXXV.

Cap. c XIX.

Ei, qui pœnitentiam in infirmitate petit, *d* dum ad eum sacerdos invitatus venit, si *e* obmutuerit, aut in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur *f* in os ejus eucharistia. Si supervixerit, admoneatur à supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum; & subdatur statuto pœnitentiæ *g* tempori, quandiu sacerdos, qui pœnitentiam dederit, probaverit.

c In c. B. c. XX. conc. IV. Carth. c. LXXVI. *d* Si casu. *e* Oppressus infirmitate. *f* Ori. *g* Legibus.

Cap. b XX.

Pœnitentes, qui in infirmitate eucharistiæ viaticum acceperunt, non se credant absolutos, si supervixerint, sine manus impositione.

b In cod. b. c. XXI. conc. IV. Carth. c. LXXVIII.

Æra i XXII.

Pœnitentes, qui *κ* ante legitimam pœnitentiam excedunt, si casu *l* ibi moriantur, ubi eis sacerdos *m* subvenire non potuit, memoria eorum orationibus & oblationibus commendetur.

i Id. in c. Barb. conc. IV. Carth. c. LXXIX. *K* Attentè leges pœnitentiæ exequuntur. *l* In itinere vel in mari. *m Var.*

CANON HIPPONIENSIS.

Æra n XLII.

Secundum differentiam peccatorum, Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. *o* Et ut presbyter *p* sine consultu Episcopi non reconciliet pœnitentem, nisi *q* absentia pro necessitate cogente. Cujuscumque crimen vulgatissimum est, ad publicam pœnitentiam agendam ante *r* apsidam manus ei imponatur, *s* ne Ecclesia commoveatur.

n Conc. Afric. c. X. *ex cod. can. Eccl. Afric.* c. XLIII. conc. III. Carth. c. XXXI. *o* c. XXXII. *p* Inconsulto Episcopo *q* Absente Episcopo, &c. *r* Absidem. *s Var.*

IN DECRETALI INNOCENTII PAPÆ.

Æra s VI.

Pœnitentibus, sive ex gravibus, sive ex levioribus peccatis, si nulla intervenit ægritudo, quintâ feriâ ante pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere *t* delictorum, sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletum *u* corrigentis; & tunc dimittat, cum viderit congruam satisfactionem. Si

s Ad Decentium c. VII. *t* Æstimando. *u* Atque lacrymas.

verò in ægritudinem *x* incurrerit, *y* erit relaxandum, ne *z* absque communione discedat. *a* Chrismatis *b* unctio pœnitentibus infundi non potest, quia genus est sacramentorum. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodò unum genus putatur posse concedi?

x *Var. & add.* *y* Ante tempus paschæ. *z* De seculo. *a* Cap. VIII. *b* *Var.*

CANON NICÆNUS.

Cap. *c* XIII.

Morituris & desiderantibus non negetur eucharistia, ea tamen conditione, ut si supervixerint, non communicent ante statutum tempus pœnitentiæ, vel probationem Episcopi.

c *Idem in Gr. & Dionys. interp. Ruf. c. xiv. & interp. Isid. c. xii. à quibus omnibus ista discrepat.*

CANON AURASICORUM.

Æra III.

Qui recedunt de corpore, *d* post pœnitentiam acceptam, placuit sine reconciliatoria manus impositione communicari: quod morientis sufficit consolationi. *e* Si verò supervixerint, stent in ordine *f* pœnitentiæ, ut legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.

d *Var.* e *Quod add. glossema sapit.* f *Var. & add.*

Æra IV.

Pœnitentiam desiderantibus *g* etiam Clericis non negandam.

g *Deest.*

CANON *h* ARELATENSIS.

Æra XII.

Si hi, qui in pœnitentia positi, vita excesserint, placuit nullum *i* absque communione dimitti; sed pro eo quòd honoravit pœnitenttiam, oblatio illius suscipiatur.

h Conc. Arel. II. *i* Communione vacuum debere dimitti.

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ.

Cap. k xv.

Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput à sacerdote *l* consequantur. Et si aut comas non deposuerint, aut vestem non mutaverint, *m* non recipiantur. Juvenibus autem pœnitentia non facilè committatur propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen in morte *n* omnibus tribuatur.

k V. Conc. Agathens. c. xv. *l* Sicut ubique constitutum est, *m* Abjiciantur: & nisi digne pœnituerint. *n* Positis.

CANON EPAUNENSIS.

Æra xxiii.

o Qui post acceptam pœnitentiam rursus ad secularia relabuntur, communicare non poterunt, *p* nisi professione firmata.

o *Add. & Var. p* Nisi professioni quam illicitè prætermiserat, reformetur.

Æra q xxxv.

Nullus sine remedio, ac spe vitæ ab Ecclesia repellatur; *r* quia nulli si pœnituerit, aut correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruitur. Quòd si *s* periculo mortis constituto, tempora pœnitentiæ relaxentur, & accepto viatico convalescat: statuta tempora pœnitentiæ observentur.

q c. xxxvi. r *Var.* ſ *Add. & Var.*

STATUTA ECCLESIÆ ANTIQUA.

Cap. t lxv.

Omni tempore jejunii, manus pœnitentibus à sacerdotibus imponatur.

t *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. lxxx.

Cap. u LXVIII.

Pœnitentes etiam dies remissionis genua flectant.

u c. LXVI. *in c. Barb.* conc. IV. Carth. c. LXXXII.

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra x XXVII.

Si Presbyter vel Diaconus *y* degradentur, non eis manus tanquam pœnitentibus *z* imponantur.

x Conc. V. Carth. c. XI. eod. can. cap. XXVII. *y* *Add. & var.* *z* Vel tanquam fidelibus laicis.

CANON ARELATENSIS.

Æra a XXII.

Pœnitens *b* mulier, *c* sive defuncto viro alii nupserit, vel *d* interdicta familiaritate cum extraneo vixerit, ab ecclesiæ liminibus arceatur: similiter *e* de viris observetur.

a Conc. Arel. II. c. XXI. *b* Quæcumque. *c* *Var.* *d* Suspectâ, vel. *e* *Add. & Var.*

Cap. f XXIII.

Pœnitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

f Ejusd. conc. c. XXII.

CANON AURELIANENSIS.

Æra g XXIII.

Ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus *h* vel conjugatis; nisi ex consensu, *i* & ætate jam plena dare audeat.

g Conc. Aurel. III. c. XXIV. *h* Personis. *i* Partium.

CANON

CANON AURASICORUM.

Æra k XI.

Subito obmutescens *l* baptizari aut pœnitentiam accipere potest, *m* si voluntatis præteritæ testimonia affuerint.

k Conc. Arausic. I. c. XII. *l* Prout status ejus est. *m* *Add & Var.*

Æra n XII.

Amentibus quæcunque pietatis sunt conferenda.

n *Ejusd.* c. XIII.

DECRETA POENITENTIÆ
In Epistola Leonis Papæ. o

p Pœnitentia, quæ à fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere, in libello scripta professio publice recitetur: cùm reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secretâ. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Domini timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur *q* improbabilis consuetudo: ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referari, quibus possunt legum constitutionibus percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, *r* & etiam sacerdoti, qui pro delictis *ſ* confitentium & pœnitentium precator accedat. Tunc enim demum ad pœnitentiam plures poterunt provocari, si Populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

o Leon I. ad universos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos. *p* *Add. & var.* *q* Tam *r* Tunc. *al.* tum. *ſ* *Deest.*

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ. t

Qui post baptismum omni tempore incontinentiæ vo-

t Ad Exuperium Episc. cap. II.

Æra XV.

Nullus Christianus Judæorum conviviis *x* participet. Quòd *y* si fecerit, ab omni Christianorum consortio *z* separetur, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus.

x Participare præsumat. *y* *Var & add.* *z* Se noverit compescendum.

Æra XVI.

Nullus Christianus Judæo *a* deserviat, sed datis pro quolibet bono mancipio XII. solidis, quicunque voluerit Christianus *b* ipsum licentiam habeat redimendi, sive ad ingenuitatem, seu ad servitium: quia nefas est, ut quos Christus *c* suo sanguine redemit, persequutorum vinculis *d* teneantur irretiti. Quòd si huic adquiescere Judæus noluerit, liceat mancipium ipsum ad Christianos reverti, & ubicunque voluerit habitare. *e*

a *Quedam praced* & *Var.* *c* Sanguinis sui effusione. *d* Maneant. *e* *Add. sed V. not. Cl. I. Sirmondi.*

CANON AGATHENSIS.

Æra XL.

Omnes deinceps *f* Christiani Judæorum convivia evitent, quia cùm *g* illi Christianis cibis *h* non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos à Christianis sumi; cum ea quæ Apostolo permittēte nos sumimus, ab illis judicentur *i* indigna.

f Clerici sive Laici. g *Var.* *h* Communibus. *i* immunda.

Æra XXXIV.

Iudæi k si ad legem Catholicam venire voluerint, *l* septem mensibus inter Catechumenos *m* sint. Et si puram fidem confiteri noscuntur, baptismatis gratiam mereantur. Quòd si periculosam infirmitatem intra præscriptum tempus incurrerint, baptizentur.

k Quorum perfidia frequenter ad vomitum redit. *l* Octo. *m* *Var.*

CANON *n* AURELIANENSIS.

Æra XXX.

Iudæi *o* à cœna Domini usque ad secundam Sabbati in pascha, *p* procedere inter Christianos non audeant, *q* nec qualicunque occasione faciente.

o A die Cœnæ. *p* Hoc est ipso quatriduo. *q Var. & add.*

CANON *r* MATICENSIS.

Æra XIV.

Judæi à cœnâ Domini usque ad *s* secundam sabbati in Pascha, *t* per plateas, & foros deambulandi licentia denegetur: & ut reverentiam cunctis *u* Clericis impendant. *x* Sin aliud, à Judicibus locorum, prout persona fuerit, distringatur.

r Conc. Matisconiens. I. *s* Primum pascha. *t Add. u* Sacerdotibus Domini, vel. *x Add. & Var.*

CAPUT LX.

De Clericis qui Carne abstinent.

CANON ANCYRITANUS.

Æra XIII.

y Hi qui in Clero sunt, si à carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere: & ita, si voluerint, continere. Quòd si tantùm eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, existiment comedenda, tanquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

y Parum differt ad interp. Dionys.

CAPUT LXI.

De Hæreticis, & Gentilibus.

CANON NICÆNUS.

Æra XXI.

a Ut Paulianistæ, & qui sunt Photiniani, rebaptizentur.

a *Interpret. Rufini. V. con. Arel.* II. *c.* XVI. *& not. V. Cl. I. Sirmondi ad hunc canonem.*

Æra XXII.

b Sed Diaconissas, quoniam quidem manus impositionem non accipiunt, etiam ipsas inter Laicas esse debere.

b *Interpret. Rufin.*

CANON ARELATENSIS.

Æra c IX.

Si ad Ecclesiam aliquis de hæresibus venerit, interrogent eum symbolum; & si perviderint eos in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum baptizatos, manus ei tantum imponatur, & accipiat Spiritum sanctum. Quòd si *d* non responderit hanc Trinitatem, baptizetur.

c Conc. Arelat. I. c. VIII. *d* Interrogatus.

CANON AFRICANORUM.

Æra e XVI.

Ut Episcopus nullum prohibeat ingredi *f* in Ecclesiam; & audire verbum Dei, sive Gentilem, sive Hæreticum, sive Judæum, usque ad missas catechumenorum.

e *Id. in cod.* Conc. IV. Carth. c. LXXXIV. *f Deest.*

Æra g LXXXII.

Cum hæreticis neque orandum, neque psallendum est.

g *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Cathag. c. LXXII.

CANON h ARELATENSIS.

Æra XI.

i Puellæ fideles quæ se gentilibus jungunt, placuit ut aliquanto tempore à communione separentur.

h Conc. Arelat. I. i *Var.*

CANON MILITIANUS.

Æra V.

Si quis mulieri, si quis Judaïcæ pravitati conjugali societate conjungitur, à christiano cœtu & communione separetur.

CANON k GANGENSIS.

Æra XIV.

l Si qua mulier ad hoc virili veste utitur, ut virilem habitum immutet, anathema sit.

k Conc. Gangrens. *l Interp. nec Dionys. nec Isid.*

Æra XV.

m Si quis dereliquerit proprios filios, ut virilem habitum immutet, anathema sit.

m *Nec Dionys. nec Isid.*

Æra XVI.

n Si qui filii parentes, maximè fideles despexerint, aut occasione religionis non eis debitum honorem reddiderint, anathema sit.

n *Nec Dionys. nec Isid.*

Æra XVII.

o Mulier, quæ quasi religionem cogitans, comam sibi amputaverit, anathema sit.

o *Nec Dionys. nec Isid.*

CANON LAODICENSIS.

Æra p XVII.

q Nullum Christianum lavacra cum mulieribus habere communia, quia est & apud Gentiles reprehensio.

p Conc. Laodiceni c. XXX. q *Interpret. nec Dionys. nec. Isid.*

Æra r XXXI.

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

r c. XLIV. *Interp. Isid.*

CAP. LXII.

De Catechumenis.

Æra a XVIII.

Ad baptisterium catechumeni nunquam frequentent.

a Conc. Arausic. I. c. XIX.

CANON AURASICORUM.

Æra b XIX.

A fidelium benedictione, etiam inter domesticas orationes, inquantum *c* cavere est, segregandi informandique sunt, ut se revocent: & *d* si grandes sunt liberi, benedicendi sunt, *e* semoti offerantur.

b c. XX. *c* Caveri potest. d *Desunt ista.* e *Var.*

CANON

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra f XXIV.

Baptiſmum percipiant neophyti, & aliquandiu à lautioribus epulis, & ſpectaculis *g* liberi, & à conjugibus abſtineant.

f In cod. Barb. id. Conc. IV. Carth. c. LXXXVI. g *Deeſt.*

CAP. LXIII.

De Conjurationibus.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra XVIII.

h Si Clerici vel Monachi reperti fuerint conjurantes aut conſpirantes aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis, de gradu proprio abjiciantur.

h *Parùm differt ab interp. Dionyſ.*

CANON *i* AURELIANENSIS

Æra XXI.

Si qui Clericorum k rebelles inter ſe ſacramenta dederint, aut chartulam conſcripſerint; cùm hoc ad ſynodum ventum fuerit, juxta ordinem & perſonarum qualitatem *l* vindicetur.

i Concil. Aurel. III. k *Add. & Var.* *l* A pontificibus qui tunc in unum collecti fuerint.

CAPUT LXIV.

De Energumenis.

CANON AFRICANORUM.

Æra a LXII.

Omni die exorciſtæ energumenis manus imponant.

a *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carthag. c. XC.

Æra *b* LXIII.

Pavimenta domorum Dei energumeni scopis *c* mundent.

b *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carthag. c. XCI. *c* Verrant.

Æra *d* LXIV.

Energumenis in domo Dei *e* assistentibus, victus quotidianus per exorcistas oportuno tempore ministretur.

d Id. cod. Barb. conc. Carthag. c. XCII. *e* Assidentibus.

CANON AURASICORUM.

Æra *f* XIII.

Energumeni baptizati, si *g* sollicitudini Clericorum se tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, *h* vel muniendi ab incursu dæmonum, vel purgandi.

f Concil. Arausic. I. c. XIV. *g* De purgatione suâ curant, &c. *h* *Add. & Var.*

Æra *i* XIV.

Energumenis, & Catechumenis, inquantum *k* oportunitas permiserit, de baptismo consulendum.

i Conc. Arausican. c. XV. *k* Vel necessitas exegerit.

Æra *l* XIX.

Placuit, *m* ut Evangelia Catechumenis legantur.

l c. XVIII. *m* *Var. & Add.*

CAP. LXV.

De Chrismate.

CANON AFRICANORUM.

Æra *a* LXXXVII.

Presbyteri qui per diœceses *b* sunt, non à quibuslibet

a *Id. in cod. Barb.* Conc. IV. Carth. c. XXXVI. *b* Ecclesias regunt.

Episcopis, sed à suis; nec per *c* viciniorem Clericum, sed aut per seipsum, aut per illum qui sacrarium tenet, ante Paschæ sollemnitatem chrisma petant.

c Juniorem.

CAP. LXVI.

De exequiis mortuorum, & sepulchris: & ne pallæ super corpora ponantur.

CANON TOLETANUS.

Æra a XXI.

Religiosorum corpora *b* cum psalmis tantummodo, & psallentium vocibus ad sepulchra deferri. Nam funebre carmen, *c* vel pectora *d* cædere omnino prohibemus.

a Concil. Tolet. III. c. XXII. b *Add. & Var.* *c* Quod vulgò defunctis cantari solet. d *Var.*

CANON ARVERNENSIS.

Æra e IV.

Observandum *f* de palliis, vel ministeriis divinis, ne defunctorum *g* corpora obvolvantur.

e Conc. Arvernens. celeb. anno DXXXV. c. III. *f* Ne pallis. *g Var. V. not. Cl. J. Sirm.*

Æra VIII.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur. *h*

h Add.

CANON MATICENSIS.

Æra i XVIII.

Comperimus, necdum k marcidis mortuorum corporibus, sepulcra reserari, vel *l* alia corpora superponi. Ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc agere præsumat.

i Conc. Matiscon. II. c. XVII. *k Var.* l *Add. & Var.*

Cap. b XX.

Pœnitentes, qui in infirmitate eucharistiæ viaticum acceperunt, non se credant absolutos, si supervixerint, sine manus impositione.

b In cod. b. c. XXI. conc. IV. Carth. c. LXXVIII.

Æra i XXII.

Pœnitentes, qui *κ* ante legitimam pœnitentiam excedunt, si casu *l* ibi moriantur, ubi eis sacerdos *m* subvenire non potuit, memoria eorum orationibus & oblationibus commendetur.

i Id. in c. Barb. conc. IV. Carth. c. LXXIX. *K* Attentè leges pœnitentiæ exequuntur. *l* In itinere vel in mari. *m Var.*

CANON HIPPONIENSIS.

Æra n XLII.

Secundum differentiam peccatorum, Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. *o* Et ut presbyter *p* sine consultu Episcopi non reconciliet pœnitentem, nisi *q* absentia pro necessitate cogente. Cujuscumque crimen vulgarissimum est, ad publicam pœnitentiam agendam ante *r* apsidam manus ei imponatur, *s* ne Ecclesia commoveatur.

n Conc. Afric. c. X. *ex cod. can. Eccl. Afric.* c. XLIII. conc. III. Carth. c. XXXI. *o* c. XXXII. *p* Inconsulto Episcopo *q* Absente Episcopo, &c. *r* Absidem. *s Var.*

IN DECRETALI INNOCENTII PAPÆ.

Æra s VI.

Pœnitentibus, sive ex gravibus, sive ex levioribus peccatis, si nulla intervenit ægritudo, quintâ feriâ ante pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere *t* delictorum, sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletum *u* corrigentis; & tunc dimittat, cum viderit congruam satisfactionem. Si

s Ad Decentium c. VII. *t* Æstimando. *u* Atque lacrymas.

verò in ægritudinem x incurrerit, y erit relaxandum, ne z absque communione discedat. a Chrismatis b unctio pœnitentibus infundi non potest, quia genus est sacramentorum. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodò unum genus putatur posse concedi?

x *Var. & add.* y Ante tempus paschæ. z De seculo. a Cap. VIII. b *Var.*

CANON NICÆNUS.

Cap. c XIII.

Morituris & desiderantibus non negetur eucharistia, ea tamen conditione, ut si supervixerint, non communicent ante statutum tempus pœnitentiæ, vel probationem Episcopi.

c *Idem in Gr. & Dionys. interp. Ruf. c. xiv. & interp. Isid. c. xii. à quibus omnibus ista discrepat.*

CANON AURASICORUM.

Æra III.

Qui recedunt de corpore, d post pœnitentiam acceptam, placuit sine reconciliatoria manus impositione communicari: quod morientis sufficit consolationi. e Si verò supervixerint, stent in ordine f pœnitentiæ, ut legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.

d *Var.* e *Quod add. glossema sapit.* f *Var. & add.*

Æra IV.

Pœnitentiam desiderantibus g etiam Clericis non negandam.

g *Deest.*

CANON h ARELATENSIS.

Æra XII.

Si hi, qui in pœnitentia positi, vita excesserint, placuit nullum i absque communione dimitti; sed pro eo quòd honoravit pœnitenttiam, oblatio illius suscipiatur.

h Conc. Arel. II. i Communione vacuum debere dimitti.

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ.

Cap. k XV.

Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam perunt, impositionem manuum & cilicium super caput à sacerdote *l* consequantur. Et si aut comas non deposuerint, aut vestem non mutaverint, *m* non recipiantur. Juvenibus autem pœnitentia non facilè committatur propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen in morte *n* omnibus tribuatur.

k V. Conc. Agathens. c. xv. *l* Sicut ubique constitutum est, *m* Abjiciantur; & nisi digne pœnituerint. *n* Positis.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XXIII.

o Qui post acceptam pœnitentiam rursus ad secularia relabuntur, communicare non poterunt, *p* nisi professione firmata.

o *Add. & Var. p* Nisi professioni quam illicitè prætermiserat, reformetur.

Æra q XXXV.

Nullus sine remedio, ac spe vitæ ab Ecclesia repellatur; *r* quia nulli si pœnituerit, aut correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruitur. Quòd si *ſ* periculo mortis constituto, tempora pœnitentiæ relaxentur, & accepto viatico convalescat: statuta tempora pœnitentiæ observentur.

q. c. XXXVI. r *Var.* ſ *Add. & Var.*

STATUTA ECCLESIÆ ANTIQUA.

Cap. t LXV.

Omni tempore jejunii, manus pœnitentibus à sacerdotibus imponatur.

t *Id. in cod. Barb.* conc. IV. Carth. c. LXXX.

Cap. u LXVIII.

Pœnitentes etiam dies remiſſionis genua flectant.

u c. LXVI. *in c. Barb.* conc. IV. Carth. c. LXXXII.

CANON CARTHAGINENSIS.

Æra x XXVII.

Si Preſbyter vel Diaconus *y* degradentur, non eis manus tanquam pœnitentibus *z* imponantur.

x Conc. V. Carth. c. XI. eod. can. cap. XXVII. *y Add. & var. z* Vel tanquam fidelibus laicis.

CANON ARELATENSIS.

Æra a XXII.

Pœnitens *b* mulier, *c* ſive defuncto viro alii nupſerit, vel *d* interdicta familiaritate cum extraneo vixerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur: ſimiliter *e* de viris obſervetur.

a Conc. Arel. II. c. XXI. *b* Quæcumque. *c Var. d* Suſpectâ, vel. *e Add. & Var.*

Cap. f XXIII.

Pœnitentiam conjugatis non niſi ex conſenſu dandam.

f Ejuſd. conc. c. XXII.

CANON AURELIANENSIS.

Æra g XXIII.

Ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus *h* vel conjugatis; niſi ex conſenſu, *i* & ætate jam plena dare audeat.

g Conc. Aurel. III. c. XXIV. *h* Perſonis. *i* Partium.

CANON

CANON AURASICORUM.

Æra k XI.

Subito obmutescens *l* baptizari aut pœnitentiam accipere potest, *m* si voluntatis præteritæ testimonia affuerint.

k Conc. Arausic. I. c. XII. *l* Prout status ejus est. *m* *Add & Var.*

Æra n XII.

Amentibus quæcunque pietatis sunt conferenda.

n *Ejusd.* c. XIII.

DECRETA POENITENTIÆ
In Epistola Leonis Papæ. *o*

p Pœnitentia, quæ à fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere, in libello scripta professio publice recitetur: cùm reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secretâ. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Domini timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur *q* improbabilis consuetudo: ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referari, quibus possunt legum constitutionibus percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, *r* & etiam sacerdoti, qui pro delictis *s* confitentium & pœnitentium precator accedat. Tunc enim demum ad pœnitentiam plures poterunt provocari; si Populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

o Leon I. ad universos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos. *p* *Add. & var.* *q* Tam. *r* Tunc. *al.* tum. *s* *Deest.*

IN EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ. *t*

Qui post baptismum omni tempore incontinentiæ vo-

t Ad Exuperium Episc. cap. II.

luptati dediti, extremo *u* vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem *x* expoſcunt. *y* Conſuetudo prior tenuit, ut concederetur *z* pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cùm *a* illius temporis creberrimæ perſecutiones eſſent, *b* nec communionis facultas homines de reconciliatione ſecuros revocaverit à lapſu, meritò negata communione, eſt conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis reddidit, *c* communionem dari abeuntibus placuit, & *d* quaſi viaticum profecturis. *e* Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi in ſupremis ſuis, *f* permittente ſalvatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.

u Fine *x* Communionis. *y* *Add. & Var.* *z* Eis. *a* Illis temporibus. *b* *Var.* *c* Jam terrore depulſo. *d* Et propter Domini miſericordiam. *e* *Add.* *f* Pœnitentes miſerante.

CANON TOLETANUS.

Cap. *g* VIII.

Sacerdos cuicunque pœnitentiam tribuit, id obſervet, *h* ut prius eum tondeat: aut ſi mulier eſt, veſtem mutet, ne ad lamentanda rurſus poſt pœnitentiam relabatur.

g Conc. Tolet. III. c. XII. *h* *Mult. add. & Var.*

IN EPISTOLA LEONIS PAPÆ. *i*

Cap. VIII.

k Qui jam deficientes pœnitentiam accipiunt, & ante communionem moriuntur, horum cauſa Dei judicio reſervanda eſt. Nos autem, quibus non communicamus vivis, communicare mortuis non poſſumus.

i Ad inquiſitiones Ruſtici Narbon. *K* *Var. & add.*

Cap. X.

l Pœnitentiam profeſſis non licet in foro litigare. Sita-

l *Mult. Add. & Var.*

men habent, quod negligere non debent, ecclesiasticum judicium, non forense debent expetere.

Cap. XI.

m *Pœnitens, sive post pœnitentiam Negotiator.*

Qualitas lucri aut excusat negotiantem, aut arguit; quia est honestus quæstus, & turpis: Verumtamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter *n* vendentes & ementes non intervenire peccatum.

m *Var.* *n* Ementis vendentisque commercium.

Cap. XIII.

Qui *o* ob pœnitentiam timens lapsum incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris præelegerit, *p* videtur rem fecisse venialem, si præter conjugem nullam omnino *q* cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quod sit tolerabilius æstimamus; quia nihil ei aliud congruit, qui pœnitentiam gessit, quàm *r* castitatis perseverantia.

o *Add. & Var.* *p* Ne crimen fornicationis incurreret. *q* Aliam. *r* Castitas perseverans & mentis & corporis.

Cap. XIX.

Hi qui à gentibus capti sunt, si convivio Solo gentilium, escis immolatitiis usi sunt, possunt jejuniis & manus impositione purgari *f* & communicare. Si autem idola adoraverunt, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam *t* non admitti.

f *Add. & Var.* *t* Publicam.

DE HIS QUI OCCULTE PECCANT & pœnitentiam occulte agunt.

IN *u* LIBRO SANCTI POMERII.

Hi verò qui in aliquo gradu constituti sunt, & occultè

u Lib. II. de vita contemplativa cap. VII.

crimen admittunt, *x* facilius sibi Dominum placabunt, qui non humano judicio convicti crimen agnoscunt: qui aut propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus aliis quales ipsi in occultis suis sint, in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt: & ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separati vitam suam quasi mortuam plangunt; certi quòd, reconciliato sibi Deo efficacis pœnitentiæ fructibus, non solum amissa recipient, sed etiam cives supernæ civitatis effecti, ad gaudia sempiterna pervenient.

x *Mult. add. & Var.*

NOTA.

Libri tres de vita contemplativa, in decreto Gratiani, & in operibus D. Prosperi vulgò, sed falsò ipsi tribuuntur. Testatur enim Isidorus Hispalensis cap. xii. libr. de scriptoribus Ecclesiasticis, horum librorum auctorem esse Iulianum Pomerium, quem quoque præ se ferunt codices MSS. antiquissimi, inter quos recensemus optimum codicem Capituli Bellovacensis, sicut ad me scripsit Ludovicus Haslé Facultatis Parisiensis Doctor doctissimus & Socius Sorbonicus.

IN *y* CONCILIO CÆLESTINI PAPÆ.

Cap ....

Agnovimus *z* quosdam pœnitentiam morientibus denegare, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subvenire. *a* Horrendum, fateor, nec debere tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate, *b* quod absit, desperet; quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quàm morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cùm Deus ad subveniendum paratissimus *c* invitat ad pœnitentiam, & sic promittit peccatori: *In quacumque die peccator conversus fuerit*, *d* *non imputabuntur ei. Et nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.* Salutem ergo ho-

y Ep. Cælest. I. ad Episcopos provinciæ Viennensis & Narbonensis cap. II. *z* *Var.* *a* *Var.* *b* *Deest.* *c* *Var.* *d* Peccata ejus.

mini adimit, quisquis mortis tempore *e* pœnitentiam denegavit: & desperavit de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere, vel *f* posse non credidit. Perdidisset latro præmium in cruce ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cum esset in pœna, pœnituit: & per unius sermonis promissionem, habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Dominum conversio in ultimis positorum, mente potius est æstimanda, quàm tempore, Propheta hoc *g* attestante: *Cum conversus fueris, & ingemueris*, *h* *salvus eris*. Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia *i* pœnitenti, cum *k* illi se obliget Iudici, cui occulta omnia noverit revelari.

e Speratam. *f* In momento. *g* Taliter asserente. *h* Tunc. *i* Postulanti. *k* Ille se obliquet.

CAP. LXIX.

De his qui contra Canones faciunt.

CANON CALCIDONENSIS.

Æra I.

l Regulas sanctorum Patrum per singula nunc usque concilia constitutas, proprium robur obtinere decrevimus.

l Interp. Dionys.

Æra X.

m Qui ausi fuerint post definitionem magnæ & universalis hujus synodi, quicquam ex his quæ sunt prohibita, perpetrare, à proprio gradu recedant.

m Parum differt ab interp. Dionys.

CANON EPAUNENSIS.

Æra XL.

Quocirca hæc quæ superna inspiratione communi *n* sensu

n Consensu.

placuerunt, si quis sanctorum Antistitum, qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firmaverunt, nec non & quos eorum Deus esse voluerit successores, relictâ integritate observationis excesserit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat.

CANON AURELIANENSIS,

Æra *o* XXVI.

Qui circa hæc, quæ Deo inspirante statuta sunt, relictâ observationis integritate, custodire *p* neglexerit, *q* reum se divino judicio esse cognoscat: quia canones suos nec ignorare *r* cuiquam, nec dissimulare permittitur.

o Conc. Aurel. III. c. XXXIII. *p* Et implere. *q* *Var.* *r* Quemquam.

CANON *s* MATICENSIS.

Æra IV.

Omnes *t* qui definitiones nostras per inobedientiam evacuare contendunt, anathemate percellantur.

s Conc. Matisconens. II. *t* Autem.

Æra *u* V.

Si quis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, à membris Ecclesiæ omni tempore separetur.

u Ejusd. conc. id. c.

CANON LUGDUNENSIS.

Æra *x* L.

Hæc verò quæ à nobis inspiratione divinâ *y* definita sunt, quisquis excesserit, *z* reum se divinitatis examini quasi divinorum transgressor mandatorum, reum se Concilio fraternitatis futurum esse cognoscat.

x Conc. Lugdunensis I. c. V. *y* Tractata vel finita sunt. *z* *Add.* & *Var.*

CAP. LXX.

De Episcopis qui Canones supradictos subterfirmaverunt.

Horum conc. Varias lectiones & numeros, quales leguntur in conc. ultima edit. sæpius supra notavimus.

I. Ecclesiasticæ regulæ sanctorum Apostolorum: prolatæ per Clementem Papam, quæ in Græcis exemplaribus in ordine primæ ponuntur.

II. Canones Nicæni Episcoporum CCCXVIII.

III. Canones Calcidonenses Episcoporum CCXXX.

IV. Canones* Ancyritani, quibus consenserunt Osius Episcopus, & alii XII. cum ceteris Episcopis.

De hac synodo V. Epiphanium hær. LXXIII.

V. Canones Sardienses Episcoporum XX. Osius, Gaudentius, Januarius, Ethius &c.

VI. Canones Antiocheni Episcoporum XXII. Eusebius Palæstinus, Theodotus, &c.

VII. Canones Laodicenses Episcoporum XXII. Theodosius, Nicetas, Anatholius, &c.

VIII. Canones Neocæsarienses Episcoporum XVII. Basilius, Gregorius, Lupus, Justus, &c.

IX. Canones Arausicorum Episcoporum XVI. Hilarius, Eucherius, &c.

X. Canones Arelatenses Episcoporum CC. Silvester Papa, Marinus Arelatensis, Reticius Æduorum vocatus Lugdunensis, temporibus Constantini, Volusiano & Aniano consulibus.

Item Canones Arelatenses Episcoporum XIX. Cæsarius Arelatensis, Cyprianus.

Item Canones Arelatenses in Vasensi vico Episcoporum XI. Cæsarius, Cyprianus, Prosper, Eucherius.

XI. Canones Epaunenses Episcoporum XXIV. Avitus, Viventiolus. &c.

XII. Canones Africanorum Episcoporum XXIV.

XIII. Canones Arelatenses Episcoporum XIX. Sabaudus Arelatensis. &c.

XIV. Canones Agathenses Episcoporum XXXIV. Cæsarius, Sophronius. &c.

XV. Canones Aurelianenses Episcoporum XXI. Aurelianus, Agrestarum &c.

Item Aurelianenses Episcoporum XXI. Melanius, Lupus &c.

Item Aurelianenses Episcoporum XXV. Albinus Andegavensis, Lupus Lugdunensis.

XVI. Canones Arvernenses Episcoporum XX. Honoratus, Gallus &c.

XVII. Canones Maticenses Episcoporum LXIII. Priscus Lugdunensis, Siagrius Æduorum, Sulpitius Bituricensis, Eusebius Maticensis. &c.

XVIII. Canones Lugdunenses episcoporum XIII. Nicetius Lugdunensis, Siagrius Æduorum.

Item Canones Lugdunenses episcoporum XX. Priscus Lugdunensis, Siagrius Æduorum.

XIX. Consensio & confirmatio Leodegarii episcopi Augustodunensis.

NOTA.

Hic est titulus Dionys. licet ipse fateatur in epistola ad Stephanum Episcopum, sive in præfatione ad codicem Canonum Ecclesiasticorum, plurimos ipsis consensum non præbuisse facilem, his scilicet verbis: In principio itaque, canones, qui dicuntur Apostolorum, de græco transtulimus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum vestram noluimus ignorare sanctitatem: quamvis postea quædam constituta Pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse videantur. *Hoc idem indicat synodorum index qui legitur initio collect. Et cùm illud caput aut illustret aut exponat, aptè hic referri posse videtur.*

IN NOMINE DOMINI INCIPIUNT CAPITULA Canonum Græcorum.

Canones Nicæni episcoporum CCCXVIII.

Canones Ancilitani episcoporum XII. Hos canones Nicænos fuisse tradunt.

Canones ephesiani primæ synodi episcoporum CC.

Canones Neocæsarienses episcoporum XVIII.

Canones

Canones Gangenses episcoporum xv.
Canones Antiocheni episcoporum xxxii.
Canones Laodicenses episcoporum xxii.
Canones Constantinopolitani episcoporum cl.
Canones Calcidonenses episcoporum. dcxxx.
Canones Apostolorum, quos Dionysius episcopus de Græco in Latinum transtulit, rogante Stephano episcopo.
Canones Nicæni episcoporum xx. Hic canon apud Græcos non habetur, & à quibusdam Sardicensis vocatur.
Canones Hipponienses episcoporum xii.
Canones Militani episcoporum xviii.
Item Canones Latinorum.
Canones Carthaginenses episcoporum ccxviii.
Canones item Carthaginenses secundæ synodi.
Canones Tholonenses episcoporum xxxiii.
Canones Romanorum. Item Canones Romanorum sub sancto Sylvestro Papa. Canones item Romanorum sub beato Gregorio primo, secundo, & tertio.
Canones Angenses episcoporum xxxiii.
Canones Aurelianenses episcoporum xxi. Canones item Aurelianenses episcoporum xxxv. Canones item Aurelianenses tertiæ & quartæ synodi.
Canones Arelatenses episcoporum dc.
Canones Arausicani episcoporum xviii.
Canones Valentiniani episcoporum xix.
Canones Ragenses episcoporum xii.
Canones Vasenses episcoporum cviii.
Canones Arelatenses episcoporum xv. Presbyterorum v. Diaconorum xvi.
Conones Arvernenses episcoporum xv.
Canones Maticenses episcoporum xxi.
Canones Lugdunenses episcoporum viii.
Canones Epaunenses episcoporum xxvii.
Canones Arausicani episcoporum xxxv.
Canones Cæsarienses episcoporum xxxvi.
Canones Lumnatiani episcoporum xxxvii.
Canones Agathenses episcoporum xxii.
Canones Viennenses episcoporum xxviii.

Canones Urbicanenses episcoporum xv.
Canones Toletani episcoporum x.
Canones Augustodunensium sancti Leodegarii episcopi.

CAPUT LXXI.

a CANONES SANCTI GREGORII PAPÆ.

Cap. XII.

I. Qualiter episcopus cum suis Clericis debet conversari.
II. De Clericorum stipendiis, qui uxores ducunt.
III. De communi vita vel eleemosynis.
IV. De missa celebranda.
V. De furtis Ecclesiæ.
VI. De conjugio cum propinquis mixto.
VII. De ordinationibus faciendis.
VIII. De Episcopis Galliarum, ac Britannorum.
IX. De baptismo, & periclitantibus, & partu earum.
X. De enixa muliere, aut menstruatâ.
XI. De coitu cum propria uxore.
XII. De illusione, quæ in somnis accidit.

a *Ista desiderantur in ed.*

b *RESCRIPTA BEATI GREGORII PAPÆ AD Augustinum, quem pro se in Saxoniam ad prædicandum misit.*

c Beati Pauli ad Timotheum testantur epistolæ, in quibus eum erudire studuit, qualiter eum in domo Dei conversari d oportuisset. Mos est autem sedis Apostolicæ, ordinatis Episcopis præcepta tradere, ut ex omni stipendio quod accidit, quatuor debeant fieri portiones. Una videlicet episcopo & familiæ, propter hospitalitatem e: alia clero: tertia pauperibus: quarta Ecclesiis reparandis. Sed tua fraternitas monasterii regulis erudita seorsum vivere non debet à clericis suis in Ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est: hanc debet conversationem institue-

b *Var. V. epistol. xxxi. lib. xii. regist. epist. ult. ed.* c *Quædam add. scilicet interrogat. August & alia &c. in Resp.* d Debuisset. e Et susceptionem.

re, quæ in initio nascentis ecclesiæ fuit patribus nostris, in quibus nullus, *f* quæ possidebat eorum aliquid suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia

f Var.

NOTA.

Petrus Gussanvillæus rectè animadvertit in illa Epistola aliqua esse, quæ à genio S. Gregorii aliena videntur. Quare ea præsertim notanda sunt quæ non recipit collectio antiquissima & accuratissima cod. Her. cum ex ipsis pateat, quænam in ed. redundent.

II. g *DE CLERICORUM STIPENDIIS, QUI uxores ducunt.*

Si qui verò sunt, qui *h* intra sacros ordines constituti se continere non possunt, sortiri uxores debent, & stipendia sua exterius accipere, quia scriptum est: *Dividebatur singulis, prout cuique opus erat.* De eorum quoque stipendio *i* providendum est, & sub ecclesiæ regulâ sunt tenendi, ut bonis moribus vivant & canendis psalmis invigilent, & ab omnibus illicitis cor & linguam & corpus Deo auctore conservent. *k*

g *Var.* *h* Extra. *i* Cogitandum atque. *k* *Add.*

l *III. DE COMMUNI VITA, VEL Eleemosynis.*

Jam *m* deficientibus portionibus, de exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia, nobis quid erit loquendum? Omne quod superest, *n* in causis piis ac religiosis erogandum est, Domino & magistro omnium dicente: Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt.

l *In ult. ed. non disting. à sup. cap.* *m* De faciendis portionibus. *n* Necessitatibus.

NOTA.

De his ita sentit vir eruditus in suis notis: In I. Resp. *inquit*; jam de quatuor portionibus actum, & vita communis indicta: nec erat quod super his non rogatus responderet.

Rectè quidem notatur, illud idem jam suprà esse dictum; si legatur ut in ed. Sed aliam prorsus esse quæstionem & maximi momenti, probat lectio varia cod. Herovall.

o *IV. DE MISSA CELEBRANDA.*

p Noverit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua *q* nutritus es. Sed mihi placet, ut sive in Romana, sive in Galliarum, sive in qualibet ecclesia aliquid invenisti quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas, & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in fide nova est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro *r* bonis rebus loca *s* amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis *t* tua fraternitas quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt eligat. Et hæc quasi in fasciculo collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem ponat.

o *Var.* p *Add. interr.* q *Var.* r *Deest.* s Nobis. t *Var.*

u *V. DE FURTIS ECCLESIÆ.*

x Ex persona furis pensare oportet, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alii, qui ex inopia *y* perpetrant. Unde necesse est, *z* quosdam damnis, quosdam verò verbis, & alios levius, alios verò districtius corrigi. Et cùm paululùm districtius agitur, ex charitate, non ex furore agendum est: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehenna ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus disciplinam tenere debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent, quos & pro culpis verberibus feriunt; & tamen ipsos quos doloribus affligunt, habere hæredes quærunt: & quæ possident, illis servant, quos insequi videntur. Hæc ergo charitas in mente tenenda est, *b* ita ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. *c* Quomodo autem furtum reddi debeat? absit ut ecclesia cum auctomento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amisisse & lucra de *d* vanis quærere.

u *Var.* x *Var. & add.* y Delinquunt. z *Var.* a Irati. b *Add. & var.* c *Add. & var.* d Damnis.

VI. d *DE CONIVGIO CVM PROPINQVIS Mixto.*

Et quidem quædam lex *e* Romanorum permittit, ut sive fratris, & sororis, seu duorum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. *f* Unde necesse est, etiam tertiâ vel *g* quartâ generatione fideles licenter conjungere. Nam secundâ quam prædiximus *h* hac se omnimodo debet abstinere. Cum noverca autem misceri, grave est facinus, quia *i* scriptum est: *Turpitudinem patris tui non revelabis.* k Et qui turpitudinem novercæ revelat, turpitudinem patris revelat, cum quâ una caro dudum fuit. *l* Cognata vero per conjunctionem fratris tui soror tua facta est. *m* Si vero in Anglorum gente, *n* dum esset in infidelitate, aliqui huic nefando conjugio fuerunt admixti, admonendi sunt; ut se abstineant, & pœniteant: *o* non tamen pro hac re, quã ignoranter ante baptismum commiserunt, communione priventur. *p*

d Var. e In Romana republica. *f In ed. quedam. male interponuntur.* g *V. not. Petri Gussanv.* h A se. i Et in lege. k *Var. & add.* l *Add. & Var.* m *Hic incipit vii. Resp. sed rectius in coll. cùm agatur de eadem questione. V. not. Petri Gussanv.* n *Var.* o *Add.* p *Plura add. que glossema sapiunt.*

NOTA.

I. *Alia in ed. add. scilicet ab his verbis* soror tua facta est. *usque ad* si vero, *de quibus sic vir eruditus in suis notis:* pro qua re Ioannes baptista &c. hæc disparilia, *inquit*, non miscuisset S. Gregorius: aliud quippe est misceri uxori fratris viventis, aliud mortui, ut ex veteri lege constat, &c. Existimo totam hanc appendicem à quodam concionatore ad marginem positam fuisse, de quâ postmodum in textum irrepsit. Non solet S. Gregorius extra chorum saltare, & res à proposito alienas admiscere tam frigidè. *Quod absque ullius cod. auctoritate, sed sola perspicacitate sui ingenii hic profert vir eruditus, illud idem confirmatur collect. cod. Herovall. exquisitissima, à qua longe absunt, quæcunque sunt à Gregorio aliena. Unde licet colligere non esse quoque Gregorii quamplurima alia, quæ indicant notæ ad marg.*

VII. DE ORDINATIONIBUS FACIENDIS.

q Episcopi non longo intervallo inter se disjungantur, ut ad ordinandum Episcopum tres aut quatuor convenire possint: *r* quia aliter fieri non oportet. Nam in ipsis rebus spiritalibus, ut sapienter & maturè disponantur, exemplum trahere à rebus etiam carnalibus possumus. Certe enim dum conjugia *s* celebrantur, conjugati quique vocantur ut qui in via jam conjugii præcesserunt, in subsequentibus quoque gaudio misceantur. Cur non ergo nobiscum in hac spiritali ordinatione, qua per sacrum mysterium homo Deo conjungitur, tales conveniant, qui *t* in profectum Episcopi gaudeant, vel pro ejus custodia omnipotenti Deo preces pariter Deo fundant?

q *Quaed. praecedunt.* *r* *Mult. add. & Var.* *s* In mundo. *t* In profectu ordinati.

1. *IX. DE BAPTISMO, ET PERICLITANTIBUS; & partu earum.*

1. Mulier prægnans *u* potest baptizari, cùm non sit ante omnipotentis Dei oculos culpa aliqua fœcunditas. *x* Nam cùm primò parentes nostri deliquissent in paradiso, immortalitatem quam acceperant, recto Dei judicio perdiderunt. Quia itaque idem omnipotens Deus humanum genus in culpâ suâ funditus extinguere noluit, & immortalitatem homini *y* per peccatum suum abstulit, & *z* benignitatem suæ pietatis fœcunditate sobolis eis reservavit. Quod ergo *a* non naturæ humanæ, sed omnipotentis Dei dono reservatum est, qua ratione poterit sacri baptismatis gratiâ prohiberi? In illo quippe mysterio, in quo omnis culpa funditus extinguitur, valde stultum est, si donum gratiæ contradici posse videatur. Cùm verò enixa fuerit, post quot debeat dies mulier Ecclesiam intrare, veteris testamenti *b* præceptum est: ut pro masculo XXXIII. diebus, pro femina autem LXVI. diebus de-

u *Var.* *x* Carnis. *y* Pro peccato. *z* *Var.* a *Mult. Var.* *b* Præceptione didicisti.

beat abstinere. *c* Sed hæc in mysterio accipiuntur. Nam si horâ eadem quâ genuerit, gratias actura intret ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur. Voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. *d* Si enim enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei pœnam suam in culpa deputamus. baptizari autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, *e* si mortis periculo urgetur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem hora qua natum est, nullo modo prohibetur: quia sancti mysterii gratia sicut viventibus atque discernentibus cum magna discretione providenda est, ita his quibus mors imminet, sine ulla dilatione proferenda, ne dum adhuc tempus ad præbendum mysterium redemptionis quæritur, interveniente paululum *f* mora inveniri non valeat qui redimatur.

c *Var.* d *Add.* e Sine mora. *f* Morte. *male.*

NOTÆ.

1. *Hoc caput notatur in ed. x. quia de reliquiis S. Sixti præcedit aliud, quod repugnat genuinæ ac certæ epistolæ xxx. lib. iv. unde istud abest à collect. cod. Her. sicut à Mss. Tell. & Carn. &c. sicut observavit Petrus Gussanvileus in suis notis.* 2. *Ab his verbis* hoc non ambigo, *usque ad*, mulier prægnans, *vir doctus innuit non esse S. Gregorii; quia* non satis sapiunt, *inquit*, genium Gregorii magni. *Quod dicit nullius cod. auctoritate fretus, hoc confirmamus collectione cod. Her. in qua nihil ejusmodi legitur.*

g *X.* h *DE ENIXA MULIERE, AUT menstruata.*

1. Ad mulierem *i* enixam vir suus accedere non debet, quoadusque proles quæ gignitur, ablactetur. Prava autem in conjugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres infantes suos aliis mulieribus k ad nutriendum tradant. Quod ex sola causa incontinentiæ videtur inventum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierit, viris suis non

g *In ed. non disting. à precedenti.* h *Var.* i Ad ejus verò concubitum. k *Var.* & *ad.*

debent admisceri: quia & sine partus causa, cum *l* insuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibentur; ita ut morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruatam *m* accedat. Quæ tamen mulier, dum *n* consuetudinem menstruam patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet: quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet reputari. Et per hoc quod invita patitur, justum non est, ut ingressu Ecclesiæ privetur. Novimus namque quòd mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere; cur quæ menstruam sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare? *o* sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere prohiberi non debet. Si verò illa ex magna veneratione percipere non præsumit, laudanda est: si verò percepit, non judicanda. Bonarum mentium est, & ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est: quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Unde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, ut esuriamus. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quæ naturaliter accidit. Sed tamen quòd natura ipsa ita vitiata est, ut etiam sine voluptatis studio videatur esse polluta; *p* ex culpa venit vitium, in quo seipsam qualis per judicium facta sit humana natura cognoscat: & homo qui culpam sponte perpetravit, reatum culpæ portet invitus. *q* Sicut in testamento veteri exteriora opera observantur; ita in testamento novo non tam quod exterius agitur, quàm id quod exterius cogitatur, sollicita intentione adtenditur, ut subtili sententia *r* perpendatur.

l Consuetis. *m* Mulierem. *n* *Var.* o *Hîc plurima interponuntur, quæ glossema sapiunt.* p Ex culpæ venit vitio. q *Add. eadem quæ supra satis superque dicta sunt.* *r* Puniuntur.

NOTA,

1. *Petro Gussanvillæo hæc propositio videtur suspecta* propter, *inquit*, verba sequentia, DONEC ABLACTETUR. Quis enim viro-

virorum ista se lege teneri credat? Quis prælatorum tale audeat jugum imponere. Vide Joann. Gers. de præparatione ad missam post pollutionem nocturnam considerat. VII. & VIII. *Hæc est una ratio viri docti, quæ quin mihi videatur vera, tria impediunt. I. quia nullo cujuscunque codicis testimonio utitur. II. quia codex Herovallianus qui veras ipsius conjecturas sæpius confirmat, hanc ut falsam revincit. III. quia ex hac ratione sequeretur, quædam patrum testimonia certissima expungi debere; V. G. quum S. Clemens Alexandrinus ita loquitur lib. III. stromatum.* Unde nullum ex veteribus ex scriptura ostenderis qui cum prægnante rem habuerit; sed postquam gestavit uterum, & postquam editum fœtum à lacte depulit, rursus à viris cognitas fuisse uxores. Jam hunc scopum & institutum invenies servantem Mosis patrem, cum triennium post Aaronem editum intermisisset, genuisse Mosem. Et rursus levitica tribus servans hanc naturæ legem à Deo traditam, aliis numero minor ingressa est in terram promissam. Non enim facilè multiplicatur genus, cum viri quidem seminant qui legitimum ineunt matrimonium, expectant autem non solum uteri gestationem, sed etiam à lacte depulsionem. *Eadem commendant & præcipiunt quidam alii patres S. Ambrosius, Gregorius Papa III. & quotquot sunt fere pœnitentialium auctores. Sed vide notas ad caput Pœnit. Theod. de quæstionibus conjugiorum.*

ἀναμένοντες δ' οὐ τὴν κυοφορίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν γαλακτουχίαν.

Ex Cap. LXXV.

f IN EPISTOLA HIERONYMI.

De eo quod ait Apostolus, *Unius uxoris virum.*

Numquam, fili Oceane, fore putabam, indulgentiam Principis calumniam sustinere reorum. t Consurgit mihi u Cainiana hæresis, & emortua vipera contritum caput levat, x dicendo esse aliqua quæ Christus purgare non possit. y Carterius Hispaniæ Episcopus, unam antequam baptizaretur,

f Hieronymus Oceano, num repetens matrimonium à baptismo possit fieri sacerdos. t *Mult. redundant in ed.* u Caina. x *Var. & add.* y *Multa redundant.*

alteram post baptismum priore mortua duxit uxorem. z & arbitraris eum contra Apostolum fecisse. *a* Sustinui Romæ à viro eloquentissimo cornutum, ut dicitur, syllogismum, *b* qui interrogavit me: uxorem ducere est peccatum? Ego *c* simpliciter respondi: Non est peccatum. Et ille dixit: in baptismo mala opera dimittuntur, non bona. *d* Ergo quæ non dimittuntur, reservantur. *e* Et ego inquio: baptismus ex toto novum hominem facit? Resp. ex toto interrogavi: Nihil ergo veteris hominis in baptismate reservatur. *f* non potest novo imputari, quod in veteri quondam fuit? obmutuit. Sed cùm loqui nesciret, tacere non potuit: *g* cæpit sudare, pallescere, tremere labia: erupit aliquando, & ait: Non legisti unius uxoris virum debere fieri sacerdotem, & rem non tempora definiri? *h* Dixi ego: baptizatus Episcopus eligitur in Episcopatum. Quæritur enim quid sit, non quid fuit. Quia igitur non fuit quod dimitteretur, ideo non est dimissum in baptismate; & quia peccatum non fuit, in peccatum reputabitur? Omnia *i* scorta, parricidium, & incestum fonte purgātur: uxoris inhærebunt maculæ, & lupanaria thalamis præferentur. Audiant hoc Ethnici, catechumeni k & non honesta jungant matrimonia: sed Scottorum, & Atticorum ritu *l* promiscuas uxores, & communes liberos habeant: imo caveant qualecunque vocabulum conjugis, ne postquam in Christum crediderint, noceat eis quòd uxores & non concubinas & meretrices habuerint. *m* Imputabitur infelicitas conjugis mortuæ, & libido meretricia coronabitur; *n* & si matrimonio copulasses, non posses aliquando Clericus ordinari. Illi benedictioni Domini servientes, *crescite, & multiplicamini*, & quod licebat, verecundo pudore cælarunt: tu quod non licebat, impudenter gessisti. Illis scriptum est, *honorabiles nuptiæ*: tibi legitur, *fornicatores & adulteros perdet Dominus*. Omnia

z *Add. & Var.* a *Interponitur nimis gestiens oratio & falsa. V. ep. Innoc. & aliorum testim. in not. ad pæn.* b *Add. & Var.* c *Var.* d *Var.* e *Mult. add.* f *Add. & var.* g *Var & add.* h *Plura per paginam intergram effutita, quæ ad rem non pertinent.* i *Add. & var.* k *Add. & Var.* l *Add. & var.* m *Mult. add.* n *Var. sic in sequent.*

hæc in baptiſmo condonata ſunt crimina, dicente Apoſtolo: *hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis.* Sed quæro quomodo tuæ ſordes lotæ ſunt, & meæ munditiæ ſordidatæ. Si ſordes fuiſſent, lotæ utique eſſent. Si verò ſordes non ſunt, quomodo pro ſordibus imputantur? Quæ eſt iſta tergiverſatio, & acumen omni piſtillo retuſius? quia quod non eſt peccatum, peccatum eſt, quod non dimittat Dominus; quia non habuit, quod dimitteret: & idcirco manet, quod dimiſſum non fuit. Sed *o* de hoc quod dicit, *unius uxoris virum*; prima chriſti Eccleſia quæ ab Apoſtolo docebatur, ex Iſraël fuit, cui conſuetudo erat ex lege & exemplo Patriarcharum ipſis quoque ſacerdotibus in multis uxoribus liberos ſpargere. Præcepit ergo, ne eandem licentiam Eccleſiæ ſibi vindicent Sacerdotes, *p* ſed ut ſingulis uno tempore habeant. *q* Quæram & aliud, ſi quis ante baptiſmum habuerit concubinam, & illa mortua baptizatus uxorem duxerit, utrum Clericus fieri debeat? Reſpondebis poſſe fieri, quia concubinam habuit, non uxorem. Ergo *r* dotalia jura ab Apoſtolo, non coitus condemnatur. *ſ* Unde quum unius uxoris virum dicit, unius mulieris poſſit intelligi coitus. *t* Non ad tabulas dotales oportet ferre ſcripturas ſanctas, ſed, ita ut ſunt intelligere: nec evacuare baptiſmum Salvatoris, *u* in quo omnia peccata merguntur. Et ſi omnia peccata merguntur, quomodo una uxor ſupernatat? *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Arbitror, quòd poſſimus & nos huic aliquid cantico jungere: *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* *x* Mirari ſatis nequeo, quæ hominum tanta ſit cæcitas, de uxoribus ante baptiſmum diſputare, & rem in baptiſmo mortuam, imo cum Chriſto vivificatam ad calumniam trahere: *y* cùm omnia alia tam evidentiſſima Apoſtoli præcepta, quæ de vita ſacerdotum narrat, nemo cuſtodiat. *z* Qui dixit, *unius uxoris virum*, ipſe mandavit eum eſſe irreprehenſibilem,


o *Add.* p *Add. & Var.* q *Mult. add.* r Conjugales tabulæ &c. ſ *Hic plura interjecta ſunt de concubinis.* t *Var.* u *Hic diſcurrit per paginas integras ſermo de aquis frigidus atque ad rem nequicquam pertinens.* x *Multa per plures paginas inſeruntur, quæ à propoſito prorſus ſunt aliena.* y *Var.* z *Add.*

& cetera quæ sequuntur : & ad omnia claudimus oculos, & solas videmus uxores. *a* Itaque cum quis nobis opposuerit uxorem ante baptismum, nos ab eo requiramus omnia quæ post baptismum præcepta sunt. Prætereunt quod non licet, & objiciunt quod concessum est.

a *Mult. Add.*

NOTÆ.

Tot parergis ubique turget hæc epistola in ed. ut necesse sit dicere. Quorsum ista? *Et post longum sermonem :* Dies me deficiet, si cuncta &c. *Et infrà :* antequam dictandi finem faciam, jam enim intelligo mensuram me excedere epistolæ. *Quæ omnia longè absunt à coll. cod. Her. antiquissima ; cùm à proposito hæc sint prorsus aliena, etsi ab ipsius stylo non omnino abhorreant.*





INDEX
OMNIVM CAPITVM
COLLECTIONIS CODICIS HEROVALLIANI.

Ex quo licet perſpicere quænam à nobis prætermiſſa ſunt.



EXCERPTA



EXCERPTA
EX ALIIS CODICIBUS MSS.
DE QVIBVSDAM REBVS PRÆCIPVIS.
Quæ tractantur in
POENITENTIALI
THEODORI,
AC IPSIVS CAPITVLIS.

PRÆFATIO.



VETUSTISSIMAM collectionem codicis Herovalliani de disciplina Ecclesiastica, quæ in pœnitentiali Theodori proponitur, subsequi debent ex optimis codicibus Mss. Excerpta de iis quæ fusius supersunt exponenda. In tria autem capita hæc distinguimus. Primum continet quasdam benedictiones & consecrationes ad usum Ecclesiæ Anglicanæ, quibus disciplina passim in quinque primis Capitibus Pœnitentialis descripta egregiè illustratur. Codex Ms. ex quo illæ benedictiones ac consecrationes desumuntur, & quem Petrus Phileftre Ecclesiæ Rotomagensis Bibliothecarius eruditissimus

mecum communicavit, antiquissimus est; de quo J. Morinus ita loquitur in appendice lib. de pœnitentia. *Quatuor*, inquit, *varios codices ex bibliotheca Ecclesiæ Metropolitanæ Rotomagensis aliquando citamus: unum antiquissimum pulcherrimè & magnificentissimè descriptum: Rubricæ omnes literis uncialibus perfectè quadratis scriptæ sunt. Prima litera textus longè maxima est & aurea, & prima linea unciali litera, quadrata & aurea, cæteræ nitidissimæ. Benedictiones Episcopales præsertim continet.*

Secundum caput unum habet ex pœnitentiali Ms. Magistri Roberti de Flamesbure Canonici S. Victoris & Pœnitentiarii excerptum de vestibus sacris, quod præsertim exhibeo; ne quis in dubium revocet, quasi à Pœnitentiali Theodori nimis alienum, quod de sacris vestibus in capite II. legitur. Duos codices hujus pœnitentialis, ex quibus alia selecta in capite sequenti & in Notis refero, mihi subministraverunt Bibliothecæ S. Victoris & Choletæorum.

Tertium denique caput multa complectitur ex variis codicibus Mss. excerpta de peccatis & pœnitenta. Primum locum tenet confessio coram Deo, & Angelis, & coram omnibus sanctis, tum quia proculdubio viris eruditis antiqua videbitur; tum quòd deprompta sit ex vetusto codice Ms. Bibliothecæ Congregationis Oratorii Parisiensis, quem benignè mihi suppeditavit vir doctissimus Paschasius Quesnel ejusdem congregationis Presbyter. Sequitur sermo de utilitate confessionis, quæ fit Deo & amicis Dei, excerptus ex codice Ms. Bibliothecæ Monachorum S. Augustini magni Conventus Parisiensis sub titulo sermonum S. Augustini. Quædam esse S. Augustini fatemur; sed cetera ad Venerabilem Bedam, seu auctorem ejusdem ferè temporis pertinere animadvertimus. Ea verò quæ ex veteri Breviario Ms. ad usum Chori Monasterii Montis Cassini exquisitè selecta, accuratissiméque descripta mecum communicavit vir doctissimus Paschasius Quesnel, magni esse pretii facilè quisque intelliget ex eruditissimis ipsius observationibus, quas his excerptis subjecimus. Postremò alia excepta ex variis codicibus Mss. Bibliothecarum S. Victoris, Regiæ Navarræ, & Choletæorum promimus, quæ pauca videri debent, si ingentia ex quibus ea selegimus volumina spectentur. Quantùm debeam humanitati,

diligentiæ, atque eruditioni Caroli Tonnelerii Canonici Regularis S. Victoris & Bibliothecæ Præfecti clarissimi dicere non valeo; cùm non solùm insignis illius Bibliothecæ volumina, verùm etiam plura alia sedulò à se descripta liberatissimè mihi suppeditaverit. De horum operum auctoribus J. Morinus abunde differit in appendice lib. de Pœnitentia, duobus exceptis nempe Bartholomæo Oxoniensi Episcopo, & Magistro Roberto de Chorçon. Hi duo viri præstantissimi summa cum laude Conciliis interfuere. Bartholomæus Oxoniensis Episcopus Concilio Londoniensi interfuit anno M. C. LXXV. Concilio Westmonasteriensi anno M. C. LXXVII. Robertus verò de Chorçon Cardinalis Legatus Apostolicus præfuit Concilio Parisiensi anno M. CC. XII. Quare non dubium est, quin ipsorum doctrina, quam primùs in suo pœnitentiali expressit, & alter in summa, magni æstimanda sit.

CAPUT PRIMUM.

DE BENEDICTIONIBUS, ET CONSECRATIONIBUS.

Ex Bibliothecæ Ecclesiæ metropolitanæ Rotomagensis codice antiquissimo, pulcherrimè & magnificentissimè descripto, qui præsertim benedictiones Episcopales atque consecrationes continet ad usum Ecclesiæ Anglicanæ.

POst multas & varias benedictiones Episcopales, istæ recensentur, quæ pœnitentialis Theodori aliquot capita valdè illustrant.

BENEDICTIO IN Ordinatione Episcopi.

Deus benedictionum omnium largus infusor, conventui famulorum tuorum benignus adesto: & hunc famulum tuum, cui sacramenta Pontificatus indidimus, benignus respice: & respiciendo eum meritis perfice. Amen.

Item.

Et quem per manus nostræ impositionem in Episcopalis dignitatem ordinis consecramus & ordinamus, hunc fluenta divini fontis fideliter haurire, & aliis cum multiplici fœnore facias ministrare. Amen.

Item.

Sic ei regendi curam gregis te præveniente & subsequente ministrare & dispensare concedas, quatenus gregem Domini verbi tutamine ab antiqui hostis defendat formidine, & lupi rabiem divino deterreat prædicamine. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

BENEDICTIO IN
Ordinatione Presbyteri.

Benedictionum omnium largitor & divini verbi seminator, hujus fratris præcordia quem hodie in presbyteratum elegimus, & benedicere & divini semine verbi digneris replere. Amen.

Item.

Et quem tuis sacrariis ministrum una cum clero constituimus, hunc pro tuo intercessorem populo sollicitum reddas, & ad cœlestis atria regni prævium plebi tuæ præficias. Amen.

Item.

In receptaculo cordis demptis vitiorum spinulis supernas virtutes inseras, quarum copia & corda populorum enutriat, & enutriens in bonis operibus nunquam deficiat. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

BENEDICTIO IN
Ordinatione Diaconi.

Omnipotens Deus, qui in veteri lege filios Levi in divini cultus ministerium ordinare & consecrare præcepisti, hunc Levitam in tuorum ministerium sacramentorum, & consecrari præcipias & benedici. Amen.

Item.

Et qui quondam Levitas aram & tabernaculum vasaque sacrarii gestare mandasti, hunc famulum tuum altitudinem fidei Ecclesiæ tuæ gestare facias, & sanctarum animarum dignum ad superna latorem perficias. Amen.

Item.

Quique in moderna lege hujusce ordinationis Apostolos tuos decrevisti ordinatores extitisse, horum precamine tuæ ministrum Ecclesiæ & benedicas, & idoneis tibi jugiter moribus in Ecclesia perseverare concedas. Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum, &c.

BENEDICTIO POST Confirmationem.

Benedicat vobis omnipotens Dominus, qui cuncta ex nihilo creavit, & vobis in baptismate remissionem omnium peccatorum tribuit. Amen.

Item.

Quique eundem spiritum sanctum in igneis linguis discipulis suis dedit, ipsius illustratione corda vestra perlustret, atque in suum amorem jugiter accendat. Amen.

Item.

Quatenus ejus dono à cunctis vitiis emundati, ipsiusque opitulatione ab omnibus adversitatibus defensi, templum illius effici mereamini. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

BENEDICTIO SPONSI & sponsæ.

Omnipotens Deus, qui primos parentes nostros Adam & Evam sua virtute creavit, suaque benedictione sanctificavit, & in sua societate copulavit, ipse corda & corpora vestra san-

ďificet & benedicat, atque in ſocietatem veræ dilectionis conjungat. Amen.

Item.

Quique ad præparandas Tobiæ & Saræ nuptias Raphaëlem Angelum miſit, ipſe à ſupernis ſedibus Angelum ſuum ſanctum mittat, qui vos in ſuo ſancto ſervitio confortet, viamque juſtitiæ oſtendat, & perpetuò ab omni malo defendat. Amen.

Item.

Et qui unigenitum filium ſuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum redemptorem mundi voluit de virgine naſci, qui ſua præſentia ſuoque miraculo nuptias conſecravit, quando aquam in vinum convertit, ipſe nuptiis veſtris intereſſe, voſque ſanctificare & benedicere dignetur. Amen.

Item.

Concedatque vobis quieta tempora, ſanitatem mentis & corporis, gaudium ex procreatione ſanctorum filiorum; & poſt finitos hujus vitæ labores, faciat vos pervenire feliciter ad conſortium ſanctorum Angelorum. Quod ipſe præſtare dignetur.

BENEDICTIO PRO DEFVNCTIS.

Deus, quem trinum in perſonis & coæternum divinitate unum conſubſtantialem Dominum Catholica confitetur Eccleſia, qui medelam vivis, vitam præſtare ſoles poſt mortem, placatus ad cunctorum preces reſpice fidelium, quas tibi pro defuncti fratris abſolutione cumulatis muneribus perpetuæ redemptionis ſinguli detulerunt. Amen.

Item.

Et quem unici filii tui cruore redimere, ac redemptum coæterni ſpiritus munimine fovere voluiſti; terrenis exutum contagiis, tartareis erutum cruciatibus ſanctorum cœtibus conjungi jubeas coronandum in aſtris. Amen.

Item.

Supplicum vota propitius confidera, & reatus singulorum ad purum relaxa, ut à vitiorum omnium nævo remoti, fanctique Spiritus charifmate irradiati, pro defuncto libentius valeant exaudiri. Amen. Quod ipfe præftare digneris, qui unus in trinitate perfecta vivis & gloriaris Deus per infinita fecula feculorum. Amen. Benedictio Dei patris &c.

Subfequuntur abfolutiones dicendæ ab epifcopo fuper converfum & pœnitentem, quas I. Morinus fparfim inferuit libro de adminiftratione pœnitentiæ viii. cap. ii. fect. xv. lib. ix. c. xxxi. fect. xvii. plura quoque de confecrationibus ecclefiarum: & aliæ benedictiones in ordinationibus à I. Morino editæ in libris de facris ordinationibus. Itaque iis prætermiffis, veniam ad ceteras benedictiones fcilicet Abbatis, Monachorum, Virginum, & viduarum, de quibus mentio fit in pœnitentiali Theodori.

DE BENEDICTIONE ABBATIS.

ORATIO.

Deus qui fub tuæ majeftatis arbitrio omnium regnorum contines poteftates, tibi fupplices fundimus preces humiliter exorantes, ut hunc famulum tuum N. à nobis indignis in gradum Abbatis electum tuæ fupernæ fummæque fanctificationis gratia benedicere digneris: ut in diebus ejus devotio renafcatur difciplinæ, & te adjuvante fuis fubditis tibi placita præbere poffit exempla: tibique cum timore fubditus ac militans manfuetus tuæ majeftatis mereatur ubique clipeo pacifice protegi. Dextera tuæ divinitatis eum digneris locupletare, ut opem frugalem fratribus inferre, & omnibus undique advenientibus pie poffit profutura exhibere. Tu illi efto honor: Tu gaudiũ in domo, in itinere focius, in mœrore folatium, in ambiguitate confilium, in ægritudine medicina: in laboribus adjutor, in adverfis defenfor, in tribulatione patientia. Ponat in te providentiam mentis: per te difcat confilio commiffi fibi gregis gubernacula fapienter moderari; ut femper felix, femperque exultans de tuæ bonitatis ditatus beneficiis mereatur gaudere, & prolixitatem præfentis vitæ per tempo-

ra bona benignè suscipere, ac supernis civibus, Angelorumque choris per æterna commercia copulari. Per Dominum nostrum, &c.

Alia.

Super hunc famulum tuum, Domine, quæsumus, dignanter intende: & da ei scientiam veram, spem firmam, consilium rectum, doctrinam sanctam; ut aptus inveniatur ad accipiendam gratiam tuæ benedictionis, quatenus & ipse sine offensione sanctorum vestigia patrum sequatur: suosque sequaces sanctis admonitionibus sequi faciat: sciatque quia suscipit animas regendas in die judicii pro his omnibus rationem redditurus Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat per omnia secula, &c.

DE ORDINATIONE Monachorum.

Cum autem novitius in cella novitiorum regulæ examinatione probatus fuerit, exutus seculi rebus coram altare præsentetur: hisque verbis votum suum coram altare Deo offerat in chartula, ita voce clara dicendo.

Ego frater N. Deo datus promitto stabilitatem meam, & conversionem morum meorum, & obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram Deo & sanctis ejus in præsentia Domni N. episcopi.

Impositâ verò propriâ manu promissione super altare, hunc sequentem versum tertio repetat, dicens:

Suscipe me secundùm eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab expectatione mea.

Quem versum omnis congregatio respondet. Tunc eo prostrato ab episcopo sive abbate inchoetur letania, quam sequantur hæ orationes.

ORATIO.

Præsta, quæsumus, huic famulo tuo renuncianti secularibus pompis, gratiæ tuæ januas aperiri, qui despecto Diabolo confugit sub titulum Christi. Jube venientem ad te sereno vultu suscipi, ne eo valeat inimicus triumphare: tribue ei infatigabile brachium auxilii tui: mentem ejus lorica fidei circunda

cunda, ut felici muro vallatus mundum ſe gaudeat evaſiſſe. Per dominum, &c.

Alia.

Tu famulum tuum, quæſumus, Domine, bonis moribus placatus inſtitue. Tu in eo quod tibi placitum eſt dignanter infunde, & præſta ſemper ad te toto corde concurrere: tibi ſubdita mente ſervire; tuam miſericordiam humiliter exorare: ut dignus ſit, & tua beneficia valeat promereri. Per Dominum &c.

Alia.

Deus, qui famulum tuum à ſeculi vanitate converſum ad ſupernæ vocationis accendis amorem, pectori illius purificando inlabere; & gratiam quâ in te perſeveret infunde, ut tuæ protectionis munitus auxilio, quod te donante promiſit, impleat: & ſuæ promiſſionis executor effectus, ad ea quæ perſeverantibus in te dignatus es promittere, pertingat. Per Dominum, &c.

Alia.

Da, quæſumus, Domine, famulo tuo N. indulgentiam ſuorum delictorum; quatenus de omnibus, quæ carnali delectatione, vel animi cogitatione, atque vana hujus ſeculi ambitione contra rectitudinem tuorum præceptorum perfecit, in præſenti vita perſeverans in monaſterio veniam accipere mereatur. Per Dominum.

Tunc erigatur de pavimento, ſtetque inclinatus, quouſque cuculla his orationibus fuerit ſacrata.

ORATIO.

Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infuſor, exaudi preces noſtras: & hoc veſtimentum, quod famulus tuus pro conſervandæ regulæ ſigno ſe ad induendum expoſcit, benedicere & ſanctificare digneris.

Alia.

Deus, qui veſtimentum ſalutare, & indumentum æternæ

jucunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, ut hoc indumentum mortificationem carnis, humilitatem cordis, & contemptum mundi significans, quo famulus tuus sancto visibiliter est informandus proposito, propitius benedicas: & monasticæ religionis habitum, quem te inspirante susceperit, te protegente custodiat. Per Dominum &c.

Alia.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum N. benedicere dignare. In tuo sancto nomine habitum sacræ religionis imponimus, ut te largiente & devotus in monasterio persistere, & vitam percipere mereatur æternam.

Alia.

Deus, qui renunciantibus seculo mansionem paras in cœlo, dilata hujus famuli tui habitaculum mentis, & reple cœlesti desiderio, ut fraternâ teneatur compagine charitatis, præcepta regulæ custodiat: sobrius, simplex, & quietus gratis sibi gratiam datam noscat: concordet ejus vita cum nomine: professio sentiatur in opere. Per Dominum. &c.

Tunc exuatur vestimentis, quibus utebatur; & aspersa aqua super cucullam, atque super ipsum, induaturque ita dicendo:

Accipe vestem, indue sanctitatis decorem, ornare habitu beati Benedicti Abbatis cum timore & reverentia, quem interveniente beata Dei genitrice Maria cum bonorum observantia operum ignita castitatis lampade suffultus immaculatum ante tribunal Christi perferas.

Cum autem induitur, canatur Amen. *Quo induto super caput fratris capitium cucullæ superinducatur, sequanturque hæ orationes.*

Clementissime dominator Domine, tuam invocamus pietatem super hunc famulum tuum N. quem à seculo conversum in numerum sanctorum tuorum accersire dignatus es. Quæsumus, ut conversionis suæ fidem dignè custodiat, & quidquid pro salute animæ suæ fuerit deprecatus, obtineat: sit vita probabilis, sit sapiens & humilis, sit scientia verus, obedientia clarus, conveniens in doctrina, in increpationibus immobilis, in gravitate decorus, in passione piissimus, in ope-

ratione cautus, in dispositione sollicitus, in tentationibus fortis, in injuriis patiens, in pace fixus, in eleemosynis promptus, in orationibus frequens, in misericordia efficax, in subditis pius: nec sit immemor, quod à te de suis erit factis tuo judicio judicandus. Hujus quoque, Domine, deprecamur, ut munera placatus accipias: & quidquid à te petierit, clementer impertiri digneris. Per Dominum &c.

Alia.

Omnipotens & misericors Deus totius sanctæ religionis origo, omnisque professionis in te æterna salvatio, suscipe propitius vota, professionesque famuli tui, qui de hujus seculi vanitate & turbine ad te confugit. Sit, quæsumus, te adjuvante, ab omni negotiorum secularium strepitu exutus, à delectationibus spectaculorum evulsus, à cunctis mũdi occupationibus extraneus, ab antiqui hostis insidiis ereptus, mundo huic mortuus, mundi blandientis illecebris crucifixus: remotus à cunctis malorum implicamentis, remotus à pravis delectationibus, remotus à præsentis vitæ contagiis, remotus ab omnibus pravorum retinaculis, remotus à cunctis antiqui hostis insidiis. Doce eum, Domine, omnia hujus vitæ contemnere prospera, non timere adversa, injurias non inferre, sed illatas æquanimiter tolerare; inimicos diligere, pro persequentibus & calumniantibus suppliciter deprecari, nihil concupiscere carnaliter vel ambire. Non superborum injuriis fatigatus deficiat: non eum superbia inflet: non ardor avaritiæ inflammet: non vana gloria turpiter jactet: non gula, aut ebrietas præpediat: non ambitio ventosa præcipitet: non ardor animosæ contentionis examinet: non desiderium humanæ opinionis elevet: non diabolus auctor perditionis lædat, aut perdat; sed tuæ pietatis dextera, Clementissime Deus, à cunctis eruat malis, eumque in præsenti & futuro seculo protegat atque gubernet, ut te timeat, imitetur, & diligat. Aperi ei sensum, ut in divinarum studiis literarum te legat corde, ore, & opere meditetur, & intellecta die noctuque servet; cœlestia & æterna sapiat, terrena respuat & caduca; obediens sit, & alios instruat: amicos & inimicos pro tui nominis amore amet & diligat: humilitatem & utilitatem teneat,

æque & exerceat : patientiam & longanimitatem arripiat, atque custodiat : castimoniam & pudicitiam corde & corpore amplectetur & teneat : jejunium & abstinentiam studeat, simul & amet : gemitum & orationem desideret, atque invigilet : peccata sua incessanter cum lacrymis & suspiriis accuset : & te Deum omnipotentem corde & opere circumferat, atque deserviat. Suscipe, Domine, quæsumus, Pater omnipotens, hunc famulum tuum N. quem de hujus seculi naufragiis & periculis eruere, & ad Monasticam vocare dignatus es gratiam. Concede propitius, ut arctam & angustam, quam professus est, vitam jugiter teneat, diligat atque sectetur; quatenus ad æternam, quam in te perseverantibus promittere dignatus es, gloriam pervenire mereatur. Per Dominum &c.

DE BENEDICTIONE Vestium Virginis.

ORATIO.

Deus qui vestimentum salutare & indumentum æternæ jucunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus; ut hæc indumenta humilitatem cordis & contemptum mundi significantia quibus famula tua sancto visibiliter est informanda proposito, propitius benedicas, ut beatæ castitatis habitum, quem te inspirante susceperit, te protegente custodiat. PerDominum &c.

Alia.

Deus bonorum, virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, exaudi preces nostras : & hanc vestem, quam famula tua N. pro conservandæ castitatis signo se ad operiendum exposcit, benedicere & sanctificare digneris. Per Dominum &c.

DE BENEDICTIONE Virginis.

ORATIO.

Benedicat te Deus conditor cœli & terræ, Deus Pater omnipotens, qui te eligere dignatus est ad instar sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi ad conservandam integram & immaculatam virginitatem, quam professa est coram Deo & Angelis sanctis. Idcirco serva propositum, serva castitatem per patientiam, ut coronam virginitatis tuæ accipere digna sis. Per Dominum &c.

Alia.

Benedicat te Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus omni benedictione spiritali, ut maneas incorrupta, inviolata, & immaculata sub vestimento sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi. Requiescat super te Spiritus septiformis Dei, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis. Repleat te Spiritus timoris: fragilem solidet, invalidam roboret, validamque confirmet: pietate allevet, miseratione conservet; mentem regat, vias dirigat, cogitationes sanctas instituat, actus probet, opera perficiat; charitate ædificet, sapientiâ illuminet, castitate muniat, scientia instruat, fide firmet; in virtute multiplicet, in sanctitate sublimet; ad patientiam præparet, ad obedientiam subdat, ad continentiam det fortitudinem; in humilitate prosternat: reddat sobriam, protegat pudicam, in infirmitate visitet, in dolore relevet, in tentatione erigat, in conversatione custodiat, in prosperitate temperet, in iracundia mitiget, iniquitatem emendet, infundat gratiam, remittat offensam, tribuat disciplinam: ut his aut similibus virtutibus fulta, & sanctis operibus illustrata, illa semper studeas agere quæ digna fiant in remuneratione: illum habeas testem, quem habitura es judicem: & apta te, ut præfulgentem gestes in manu lampadem intratura sponsi thalamum: occurras venienti cum gaudio: & nihil in te reperiat fœtidum, nihil sordidum, nihil incultum, nihil corruptum, nihil

inhoneſtum; ſed niveam & candidam animam, corpuſque lucidum atque ſpendidum: ut cum dies ille tremendus remunerationis juſtorum, retributioniſque malorum advenerit, non inveniat in te ultrix flamma quod uret, ſed divina pietas quod coronet: ut tribunal æterni regis aſcenſura celſaque palatia, cum eiſdem merearis portionem, qui ſequuntur agnum, & cantant canticum novum ſine ceſſatione; illuc perceptura præmium poſt laborem, ſemperque maneas in viventium regione: atque ipſe benedicat te de cœlis, qui per crucis paſſionem humanum genus eſt dignatus redimere in terris Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum æterno Patre & Spiritu ſancto in trinitate perfecta vivit & regnat in ſecula.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, adjuva quam virginitatis honore dignatus es decorare. Perferat inchoati operis conſummatum effectum, & votorum ſuorum expediat inſtitutum, virginalique habitu perferat. Tibi offerat plenitudinem, & initia ſua mereatur perducere ad finem; ut matura ſanctimoniæ cumulet merita, & centenarium munus de perfecto agone virginitatis accipiat. Per dominum.

Item.

Deus caſtorum corporum benignus inhabitator, & incorruptarum amator animarum. Deus qui humanam ſubſtantiam Diabolica fraude vitiatam, ita in verbo tuo, per quod omnia facta ſunt, reparas; ut eam non ſolùm ad primæ originis innocentiam repares, ſed etiam ad experientiam horum bonorum, quæ in novo ſunt ſeculo habenda, perducas: & obſtrictum adhuc conditione mortalium jam ad ſimilitudinem provehas Angelorum. Reſpice, Domine, ſuper hanc famulam tuam in manu tua continentiæ ſuæ propoſitum collocantem, quæ tibi devotionem ſuam offert, à quo ipſa vota ſumpſit. Quando enim animus mortali carne circundatus legem naturæ, libertatem licentiæ, vim conſuetudinis, & ſtimulos ætatis evinceret; niſi tu hanc flammam virginitatis clementer accenderes, & hoc deſiderium in eorum corde benignus

áleres, & fortitudinem ministrares? Effusa namque est in omnes gentes gratia tua ex omni natione quæ est sub cœlo, a in stellarum innumerabilem numerum novi testamenti hæredibus adoptatis. Inter ceteras virtutes, quas filiis tuis non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed de tuo spiritu genitis indidisti; etiam hoc donum in quorundam mentes delargitatis tuæ fonte defluxit, ut cùm super conjugalem copulam tua benedictio permaneret, existerent tamen sublimiores animæ, quæ non hoc concupiscerent quod habet mortale connubium, sed hoc eligerent, quod promisit divinum Christi Ecclesiæ sacramentum. Agnovit auctorem suum beata virginitas, & æmula integritatis Angelicæ illius thalamo, illius cubiculo se devovit, qui sic perpetuæ virginitatis est sponsus, quemadmodum perpetuæ virginitatis filius. Implorantibus ergo auxilium tuum, Domine, & confirmari se benedictionis tuæ consecratione cupientibus, da protectionis tuæ munimen & regimen; ne hostis antiquus, qui excellentiora studia subtilioribus infestat insidiis, ad obscurandam perfectæ continentiæ palmam per aliquam serpat mentis incuriam: & rapiat de proposito virginum, quod etiam decet inesse nuptiarum. Sit in ea, Domine, per donum Spiritus tui prudens modestia, & quod sit professa custodiat, scrutatori peccatorum non corpore placitura sed mente. Transeat in numerum sapientium puellarum, ut cœlestem sponsum accensis lampadibus cum oleo præparationis expectet: nec perturbata improvisi regis adventu, sed secura cum lumine præcedentium choro virginum occurrat: nec excludatur cum stultis, sed regalem januam cum sapientibus virginibus licenter introeat: & in agni tui perpetuo comitatu probabilis mansura castitate permaneat. Per dominum &c.

a *Iuxta sententiam quorumdam Patrum Augustini lib.* XXII. *de civitate Dei cap.* I. *Enchir. cap.* XXIX. LXI. LXII. *Gregor. I. lib.* XXXI. *Moral. cap.* XXXV. *Homil.* XXI. *&* XXXIV. *super evangelia Isid. Hispal. l.* I. *officiorum. &c.*

Post hæc imponas puellæ pallium, & dicas:

Accipe puella pallium, quod perferas sine macula ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, cui flectitur omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum; qui vivit cum patre &c.

DE BENEDICTIONE EIUSDEM VIRGINIS ad Missam.

ORATIO.

Effunde, Domine, benedictionem cœlestem super hanc famulam tuam sororem nostram, quæ se humiliavit sub dextera tua. Amen.

Alia.

Protege eam protectione divina, fugiat universa delicta, sciat sibi bona desideria præparata, ut regni cœlestis sancta conquirat lucra. Amen.

Alia.

Pareat semper divinis præceptis, ut te adjuvante vincat incendia carnis, omnemque libidinem pravæ voluptatis superet amore castitatis: habeat in se oleum sanctitatis, & lætetur cum lampadibus sempiternis. Amen.

Alia.

Gestet in manibus suis faces sanctas, & apud sapientes & castissimas animas duce Christo introire mereatur januam regni cœlestis. Amen. Quod ipse præstare dignetur. Benedictio Dei patris &c.

DE BENEDICTIONE vestis viduæ.

ORATIO.

Deus æternorum bonorum fidelissime promissor, certissime persolutor, qui vestimentum salutare & indumentum jucunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus; ut hæc indumenta humilitatem cordis & contemptum mundi significantia, quibus famula tua sancto visibiliter est informanda proposito, propitius benedicas: ut beatæ viduitatis habitum, quem te aspirante susceptura est, te protegente custodiat: & quam vestibus venerandæ promissionis indues temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Dominum &c. *Alia.*

Alia.

Visibilium & invisibilium creator Deus, adesto propitius, & hæc indumenta sanctitatis effigiem ostendentia desuper gratiâ tuâ irrigante benedicere & sanctificare digneris. Per te, Salvator mundi &c.

Alia.

Illumina, quęsumus, Domine, oculos majestatis tuæ ad benedicendas has viduitatis vestes: ut quæ se his castitatis professione ad operiendam exposcit, benedictionem cordis & corporis percipere, & beatæ viduitatis perseverantiam te largiente servare mereatur. Per Dominum nostrum &c.

BENEDICTIO VIDUÆ.

Consolare, Domine, hanc famulam tuam viduitatis laboribus constrictam, sicut consolari dignatus es Sareptanam viduam per Heliam Prophetam. Concede ei pudicitiæ fructum, ut antiquarum non meminerit voluntatum. Nesciat etiam incentiva desideria, ut soli tibi subdat propria colla, quo possit pro laboribus tantis sexagesimum fructum percipere munus delectabile sanctitatis. Per Dominum &c.

De ceteris quæ sequuntur vide Pontificale Romanum.

CAPUT II.

DE SACRIS VESTIBUS.

Ex pœnitentiali Magistri Roberti de Flamesbure canonici sancti Victoris, & Pœnitentiarii lib. III. cod. Mss. Bibliothecæ Victorinæ, & Cholctæanæ.

IN vestibus etiam sacris per earum significationes intelligitur, quid earum sit substantia benedictionum. Alba, id est, tunica illa, quæ Græce poderis, id est, talaris dicitur, significat munditiam in anima: Zona, castitatem in corpore: superhumerale, quod Hebraice dicitur Ephod, justitiam: Rationale, quod Græce dicitur logios, sapientiam. Superhu-

merale portabant in veteri lege in humeris, rationale in pectore; utriusque typum hodie tenet amictus. Unde & humeros protegit & pectus. Stola quæ alio nomine dicitur orarium per sinistrum humerum transiens ad dextrum, in prosperis & adversis fortitudinem significat, longitudo stolæ, perseverantiam. Idem facit alba, in hoc quod talaris est. Stola cum zona colligatur, quia virtutes sibi invicem conjunguntur. Casula quæ planeta, vel infula dicitur, charitatem exprimit, quæ loco prudentiæ ponitur; quia plenitudo legis est dilectio. Mapula, quæ in sinistra ponitur ad tergendum oculos, significat vigilantiam pro acedia, quæ sæpe mentibus accidit, & post supradictas virtutes subrepit, sæpe removenda & abstergenda ab oculis rationis sive animæ. Dalmatica etiam, quâ utuntur Levitæ, latitudine sui idem significat quod casula, id est, charitatem. Per duas lineas coccineas, quibus ipsa ante & retro à summo usque deorsum decoratur, utriusque testamenti prædicatio Dei & proximi dilectio figuratur. Duodecim fimbriæ linearum utrimque duodecim ramos charitatis exprimunt quos Apostolus enumerat, dicens: *Charitas patiens est, benigna est &c.* Tertia linea, quæ inter duas est, & tribus fimbriis ante & retro insignitur, charitatem fide sanctæ Trinitatis condecoratam demonstrat. Per fimbrias in sinistro latere, sollicitudo activæ vitæ circa plurima intelligitur. Per dextrum latus, quod caret fimbriis, contemplatio cœlestium sine multitudine perturbationum significatur. Quia autem pontifices utuntur duabus tunicis præter poderem, qua veteri utuntur, monstrat quòd proprium est eorum scientiam habere duorum testamentorum, ut sciant de thesauro suo proferre nova & vetera. Præter hoc, & unaquæque ex tribus tunicis typum gerit proprium. Poderis enim in eo quòd byssina vel linea, munditiam significat; quia sicut in bysso vel linea candor, qui non est per naturam, contingit per exercitium abluendi: ita munditiam, quam natura non administrat, sancti per industriam juvante gratia adquirunt; dum per exercitium bonorum operum corpus macerant & mundificant. Secunda autem tunica serica, quæ originem traducit à vermibus, qui sine coitu creantur & parvuli sunt, castitatem demonstrat & humilitatem. Tertia verò tunica, sicut olim erat hyacinthina,

est concolor lapidi hyacinthino, qui ætheris serenitatem imitatur, sacerdotes significat cogitantes & imitantes cœlestia; & meritò hæc tunica hyacinthini est coloris, quia sicut ille lapis imitatur colorem cum aëre, in sereno aere serenus est, & in obscuro aëre est pallidus: sic spiritualiter & propriè decet Episcopum gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Mitra pontificis corniculata duo prætendit testamenta, quibus ipse debet expugnare hostes Ecclesiæ. Sandalia, quibus utuntur Episcopi & Cardinales, integra sunt inferius, quia non debent inhiare terrenis: desuper sunt perforata, quia oculos mentis debent aperire ad ea quæ sursum sunt. Quòd enim in quibusdam locis sunt aperta, in quibusdam integra; hoc monstrat apertè, quod cœlestia sacramenta quibusdam sunt revelanda, & quibusdam tegenda. Unde Dominus in evangelio: *Vobis datum est nosse mysterium Iesu Christi.* Horum calceamentorum mysteria consideravit, qui ait: *Quam speciosi pedes annunciantis pacem.* Caligæ Pontificales significant præparare iter, & festinare ad prædicandum. Annulus Episcopi fidei est signaculum, quia sicut antiquitus in sigillo annuli nomen & imago Regis exprimebatur: ita in fide Catholica nomen Regis cœlestis, & imago declaratur. V. G. nomen ejusdem, quum dicitur Dominus pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus; quia Dominus nomen est illi. Imago autem ejus ostenditur, hoc est qualis ipse sit, quum dicitur Omnipotens, æternus, & his similia; licet secundùm proprietatem loquendi nulla qualitas vel diversitas in eo reperiatur. Gerit itaque Episcopus annulum pro Ecclesia, quam ornare debet fide, & cœlesti sponso castam exhibere sponsam juxta illud: *Despondi enim uni viro virginem castam &c.* ut sponsa cantare possit: *Annulo suo subarravit me Dominus Iesus Christus.* Quia annulum in manu gerit Episcopus, docet quòd fidem in opere monstrare debet. Per chirothecas in manibus, exempla sanctorum, quæ in operibus habenda sunt, intelliguntur: & quòd opera ab omni inquinamento munda sunt, ne modicum fermenti totam massam corrumpat. Baculus Pastoris rectitudinem, sive rectum regimem significat. Quia autem una pars curva, & altera acuta, monstrat parcere subjectis, & debellare superbos. Unde dictum est: Pp ij

Curva trahit mites, pars pungit acuta rebelles.
Curva trahit, quos virga regit, pars ultima pungit.
Attrahe per curvum, medio rege, punge par imum.

Pallium quod super ponitur Archiepiſcopis, torquem & bravium ſignificat, quod legitimè certantes accepturi ſunt: & diſciplinam exprimit, quia ſe ſemper induere, & conſtringere ad exemplum ſubditorum debent. Coccinea verò planeta, qua induitur Apoſtolicus vir, quocumque proficiſcitur, prædicando martyrium declarat. Crucem præcedere, hoc ſignificat ei convenire illud: *Mihi abſit gloriari &c.* Tonſura capillorum in Clericis, docet omnia ſuperflua eſſe reſecanda, ut liberè poſſint videre & audire legem Dei. Corona monſtrat Clericos ſpiritaliter eſſe Regnum Dei. Quòd manus ſacerdotis inunguntur oleo, ſignificat eos habere per Spiritum ſanctum virtutem conſecrandi: & quòd manus ejus debent eſſe porrigibiles, & non aridæ, & curvæ ad retinendum.

CAPUT III.

DE PECCATIS ET POENITENTIA.

Ex variis cod. Mss.

EXCERPTUM I.

Ex codice Ms. vetuſto Bibliothecæ Oratorii Pariſienſis, in quo ante librum Sacramentorum S. Gregorii hæc legitur. *Confeſſio coram Deo, & Angelis & coram omnibus ſanctis.*

CONfiteor tibi, Domine, pater cœli & terræ, tibique bone & benigniſſime Jeſu unà cum ſancto Spiritu, coram ſanctis Angelis tuis, & coram omnibus ſanctis tuis, & coram præſenti altari tuo; quia in peccatis conceptus, in peccatis natus, in peccatis nutritus, in peccatis poſt baptiſmum uſque ad hanc horam ſum converſatus. Confiteor etiam, quia peccavi nimis in ſuperbia tam viſibili, quàm inviſibili: in inani gloria, in extollentia tam oculorum, quam veſtium, & om-

rium actuum meorum : in invidia, in odio, in avaritia tam honoris, quàm pecuniæ : in ira, in tristitia, in acidia, in ventris ingluvie, in comessationibus, in ebrietatibus, in fabulis otiosis, in osculis, in amplexibus immundis, in luxuria sodomiticâ, in femoribus, & in genitalibus meis, & in omni genere fornicationis : in adulteriis, quæ & ipse feci, & aliis facientibus consensi : in sacrilegiis, in perjuriis, in furtis, in rapinis, in homicidiis : in fide, spe & charitate : in accipiendo corpus & sanguinem indignè, in exhortationibus, & adulationibus malignis, in dandis & accipiendis muneribus, in usuris, in prælationibus, in sacris locis mihi commissis, in dispensandis & subtrahendis male rebus Ecclesiasticis, in subtrahendis eleemosynis, in exasperando pauperes, in deceptionibus & despectionibus proximorum, in afflictione Populi mihi commissi : non visitando infirmos juxta præceptum Evangelicum, & in carne positos, non sepeliendo mortuos, non recreando esurientes, non potando sitientes, sollemnitatibus ac Dominicis diebus honorem debitum non impendendo, nec castè & sobriè in eis vivendo, consentiendo suadentibus mihi in malum, nocendo potiusquam adjuvando petentes, clamores pauperum non libenter nec misericorditer audiendo, seniori meo necnon Principibus ac subditis detrahendo & blasphemando, amicis & benefactoribus meis fidem non reservando, & debita obsequia non rependendo, animalium & pecudum concubitus conscientia immunda intuendo, in Ecclesiam Dei superbè intrando, stando, sedendo, & egrediendo, & otiosis fabulis ac turpibus colloquiis in ea cum aliis insistendo, vasa sancta & ministerium sanctum polluto corde ac manibus immundis tangendo, orationem & psalmodiam atque officium divinum negligenter in Ecclesia Dei faciendo, & audiendo : in cogitationibus etiam pessimis, in meditationibus perversis, in suspicionibus falsis, in judiciis temerariis, in consensu malo, & consilio iniquo, in concupiscentia carnali, in delectatione ac pollutione immundâ, in verbis otiosis & superfluis, luxuriosis atque contumeliosis, in mendaciis, in falsis juramentis, in diversis detractionibus, in rixis ac discordiis disseminandis, in susurratione, in inani lætitia, & in omni malo linguæ, in cachinnis, in somnolentiis,

in conviciis, in turpiloquiis, in vigiliis Deo contrariis, in transgressione præceptorum Dei, in negligentia propositi mei, in visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu superfluo & immundo, & omnimodâ cogitatione, locutione, sive actione perditus sum. Quoniam in his, & in aliis vitiis in quibus humana fragilitas contra Dominum & creatorem suum aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, * in omnibus me peccasse & reum in conspectu Dei super omnes homines confiteor esse. Et ideo supplico vobis omnibus sanctis Angelis & omnibus sanctis, in quorum conspectu hæc omnia confessus sum, ut testes mihi sitis in die judicii contra diabolum hostem & inimicum humani generis; quatenus non gaudeat de me inimicus meus, & glorietur adversum me in die judicii dicens, peccata mea & scelera mea tacuisse & confessum non fuisse: sed sit gaudium in cœlo de me, sicut dicit Dominus in evangelio de uno peccatore pœnitentiam agente. Hæc omnia facinora mea commendo in manus vestras omnes sancti & electi Dei, & rogo vos ut oretis pro me misero peccatore.

* *Rationem hujus confessionis innuit S. August. lib. de sancta virginitate cap xl.* Deputate vobis tamquam omnino dimissum, quicquid mali à vobis non est illo regente commissum. *Idem l. iii. confess. cap. vii. lege in appendice lib. de pœnitentia I. Morini similes confessiones, quibus add. confessio quæ fit coram sacerdote.*

EXCERPTUM. II.

Ex Codice Ms. Biblioth. Monachorum S. Augustini Magni Conventus Paris. sub titulo Sermonum S. Augustini.

SERMO DE UTILITATE CONFESSIONIS quæ fit Deo & amicis Dei.

PEr omnes scripturas, fratres dilectissimi, saluberrimâ admonitione crebriùs exhortamur, ut mala quæ fecimus, & peccata, quibus à Deo separati sumus, assiduè cum omni humilitate & cordis contritione non tantùm Deo, sed etiam religiosis ac Deum timentibus Patribus & Fratribus in Christo

nostris confiteamur. Audistis enim, quia Spiritus sanctus per beatum Jacobum Apostolum alloquitur nos hoc modo: *Confitemini*, inquit, *alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini.* Cui etiam & concantans David Rex atque Propheta, *Confitemini Domino*, inquit, *quoniam bonus.* Et alio loco: *Dixi, confitebor adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei.* a *Et sanctus Ioannes Apostolus & Evangelista in epistola sua scribit, dicens: si confiteamur peccata nostra, fidelis & justus est, ut remittat nobis peccata nostra.* Sicut enim quotidianis & frequentibus peccatis jugiter vulneramur, sic etiam confessionis & compunctionis remedia incessanter adhibere, vel admovere debemus; quatenus eorum assiduitate, Domino præstante, eorumdem vulnerum tabem expellere, sive abstergere omnino valeamus. Neque enim Deus noster propterea jubet confiteri peccata nostra, quòd eum latere possint, cujus oculis nuda & aperta sunt omnia: sed quia antiquus hostis noster, id est diabolus sollicitus exquirit, ut inveniat quod nobis ad perditionem nostram in die tremendi judicii accusans apponat; & ideo persuadet indesinenter, ut peccata quæ fecimus, semper excusemus & deffendamus, potiusquam accusemus & confiteamur. Dominus autem noster, cujus immensa est pietas & infinita misericordia, ita ut neminem velit perire, ut non prævaleat ille insidiator; admonet & præcipit, ut confiteamur & defleamus peccata nostra in præsenti seculo, ne pro illis damnemur in futuro. Si enim nos miserias nostras confessi fuerimus, & ad eas ulterius non redierimus, proculdubio ille miserans indulgebit. Et si nos peccata & iniquitates nostras cognoscimus secundum David, qui de seipso dicebat: *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper*, ille clemētissimus judex misericorditer parcens ignoscet. *b* Interea

a *Hucusque paucis mutatis Homil. vii. S. August. ex E.*

b *Ista ad Vener. Bedam, potiusquam ad S. Augustinum pertinent. Sic enim Beda in expositione cap. v. ep. Iacobi. ad illa verba* Confitemini &c. In hac autem sententia illa debet discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coæqualibus confiteamur eorumque quotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris lepræ immunditiam juxta legem sacerdoti pandamus, atque ad ejus arbitrium qualiter & quanto tempore jusserit purificari curemus.

nosse debemus, dilectissimi, ad alterutrum confessionem Jacobum Apostolum tantummodo instituisse de levioribus & quotidianis peccatis in quæ sæpissime incidit fragilitas nostra, videlicet ut religiosorum ac Deum timentium fratrum quotidiana oratione purgemur, & à nostris infirmitatibus relevemur. Nunquam facilius nos dejicit Diabolus, quàm cùm eum superbiendo imitamur & sequimur. Nunquam nos melius & fortius eum repellimus, quàm cùm humilitate Dominum sequimur. Nec acriores dolores illi ingerimus, quàm cum vulnera peccatorum nostrorum confitendo & pœnitendo delemus. Verum eadem leviora & quotidiana nostra peccata non illis sunt recitanda & referenda, qui nulla religione sacra coercentur, & quibus displicere non cognoscuntur; sed illis qui amore Dei & timore gehennæ pro suis & fratrum delictis supernam pietatem exorare noscuntur. Criminalia verò gesta simul cum ipsis, quæ videntur hominibus leviora, sacertibus Christi sunt secundùm Ecclesiastica documenta pandenda, quibus commissum est eadem discernere, & secundum discretionem omnino patratores eorum cum omni moderamine judicare. Sequitur: *Multum enim valet deprecatio justi assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis &c.* Quum dicitur: *justi deprecatio multùm valet*, apparet liquido, fratres, his fratribus alterutra revelatione debere confiteri peccata quotidiana, quibus, ut supra significavimus est devotum studium ea expellere, & continua oratione delere. Ad quod siquidem opus, id est ad orationem assiduam ut nos devotiores redderet, & ut expulsa omni segnitia puriores efficeret, mirabili & convenientissimo Heliæ Prophetæ orationis testimonio nos auctoritas divina corroborat atque docet; ut animadvertentes quantùm valuit ejus una oratio, orare assiduè non negligamus: item considerantes quantum valuit illius secunda oratione continua nullatenus torpentes cessemus, juxta quod etiam quoque multiloquus sermo dicit: *Sine intermissione orate.* Helias namque semel orando cœlum clausit, sicut audistis, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Unde necessariò ad correctionem iniqui populi facta est validissima fames in terra. At postquam vidit Populum longâ sterilitate terræ deficere, & ad Deum pœnitendo clamare,

& ut

& ut cognovit Regis quoque superbi cor ad humilitatem inclinatum, & ad Deum conversum, secunda oratione aperuit cœlum, & largissimis imbribus terram à Domino obtinuit irrigari. Neque enim accipiendum est sanctum Heliam ex crudelitate cœlos orando clausisse, sed omnino petisse à Domino fieri, quod noverat divina inspiratione propter iniquitatem Populi idololatræ ab eo justè faciendum. Quo facto, dilectissimi, hoc est una oratione unius justi clauso cœlo, & iterum secunda oratione ejusdem aperto cœlo, decentissime instruimur, quia multùm valet assidua multorum justorum deprecatio. Ut autem & nos sine desperatione fiduciam habeamus ad Deum, oratione assidua obtinere posse apud illum quicquid in nomine ejus, hoc est in nomine salvatoris petierimus; videlicet ne dubitaremus propter fragilitatem nostram imitari illum posse, qui tantæ gratiæ apud Deum fuerit, ut etiam ad cœlos igneo curru sublevari meruerit, eundem Heliam similem nobis esse Jacobus Apostolus describit, ita inquiens: *Helias homo erat similis nobis passibilis.* Qualibet præ ceteris virtutum gloria emineret, & sanctitate mirabili præditus polleret, similis tamen erat nobis origine carnis secundùm David, qui de seipso dixit, quod de cunctis mortalibus ex viro & femina exortis intelligendum esse docuit: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c.* Juxta quippe nostram debilitatem memoratus sanctus Helias esuriens à vidua Sareptana modico victu sustentari expetiit, similiter etiam secundum nostram imbecillitatem morte passibilis erat; quoniam post opera insigniũ virtutum, id est, post redditã semis pluviam, & cetera quæ mirabiliter gessit, quia pseudoprophetas quadringentos Baalim & sacerdotes idolorum interficiens deleverat, Reginæ Iezabel terrore perculsus, solitudinem deserti, in qua latens sese absconderet & vitam servaret, fugiens adivit. Propter hæc, fratres, quæ de Helia propheta dicta sunt, adjunxit Jacobus Apostolus, dicens: *Si quis autem erraverit ex vobis à veritate &c.* Ista denique sententia, dilectissimi, post alterutram confessionem peccatorum ad orandum pro invicem excitamur: alterutra namque confessione voluntas & fides mentis evidenter cognoscitur. Quo facto si quis inventus fuerit à veritate, quæ Christus est, aberrare, necesse habet correptione misericor-

diæ argui & increpari, & ad veritatem omnino reduci. Dominus nempe dixit: *Ego sum via & veritas, & vita.* Quo vis ire? Christus via est. Quo vis ire & dicere? Christus veritas est. Ubi vis manere? Christus vita est. Multùm denique sibi confert, qui fratrem suum sicut seipsum diligens, ab errore veritatis ad ipsam, hoc est ad Christum & prædicatione linguæ & operum informatione convertit. Lucratus est enim illum, & dilectione cooperit suorum multitudinem peccatorum, sicut dicit Petrus Apostolus, *quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Proindeque beatificatur à Domino, juxta quod ait Psalmista: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Per Jesum Christum Dominum nostrum.

EXCERPTUM III.

EX VETERI BREVIARIO MS. AD USUM Chori monasterii montis Cassini accuratissime descriptum, ac liberalissime mecum communicatum à viro doctissimo Paschasio Quesnel congregationis Oratorii D. N. I. C. Presbytero, cujus eruditissimæ ad hoc insigne Ecclesiasticæ disciplinæ monumentum observationes subjiciuntur.

ORDO.

AD ACCIPIENDUM CORPUS DOMINI.

I*Mprimis canantur isti psalmi:* Miserere mei Deus: & Conserva me Domine; & Dixi Custodiam. Kyrie. Christe. Kyrie: Pater noster. &, Credo in Deum.

Confessio.

Ego miserrimus & infelix confiteor coram Deo & tibi sancta & gloriosa Virgo Maria, & vobis omnes sancti Dei, mea culpa peccavi nimis, superbia, inani gloria, suggestione, delectatione, consensu, cogitatione, verbo & opere: Propterea deprecor te sancta Dei genitrix, & vos omnes sancti & electi Dei, ut orare dignemini pro me misero peccatore.

Item Oratio.

Intercedentibus pro me ad Dominum, misereatur mihi omnipotens Deus, dimittat mihi omnia peccata mea, liberet me ab omni malo, conservet & confirmet & corroboret me in omni opere bono, & absolvat me Deus ab omni vinculo delictorum meorum, & perducat me Christus Dei filius ad vitam æternam. Amen.

Capitula.

Ego dixi Domine Miserere mei.
Sana animam meam &c.
Non intres in judicium cum servo tuo Domine.
Quia non justificabitur &c.
Delicta juventutis, & ignorantias meas ne &c.
Secundum magnam &c.
Averte Domine faciem tuam à peccatis meis.
Et omnes iniquitates &c.
Cor mundum crea in me Deus.
Et spiritum rectum innova &c.
Ne projicias me à facie tua.
Et Spiritum sanctum tuum &c.
Redde mihi lætitiam salutaris tui:
Et Spiritu principali confirma me.
Ab occultis meis munda me Domine:
Et ab alienis parce servo tuo.
Fiat Deus misericordia tua super nos:
Sicut speravimus, &c.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus &c.

Oratio ad Deum Patrem Omnipotentem.

Deus dilecti, & benedicti Filii tui Jesu Christi Pater per quem tui agnitionem suscepimus. Deus Angelorum & virtutum, & universæ creaturæ ac totius generis justorum, apud quem omnia vivunt: Benedico & glorifico te, qui me peccatorem in hanc diem atque in hanc horam perducere di-

gnatus es, ut particeps existerem *Communionis* & *Calicis Iesu Christi filii tui* in resurrectionem vitæ æternæ animæ ac spiritus mei per incorruptionem Spiritus sancti. In quibus suscipiar hodie in conspectu tuo, tanquam sacrificium pingue & acceptabile. Sicut præparasti & præsignasti, ita & fecisti, verus Esau & sine mendacio Deus. Propterea in omnibus laudo, benedico & glorifico te per æternum Deum & Pontificem verum Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum. Per quem & cum quo tibi & Spiritui sancto gloria & nunc & semper & in futura secula. Amen.

Alia Oratio ad Patrem.

Domine Deus, benignissime & clementissime Pater, da mihi facinoroso & omni scelere & nequitia peccati polluto, innumerabilibus etiam peccatis & iniquitatibus meis exigentibus ad æternam damnationem dijudicato, hodierna die hoc corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi dilectissimi filii tui ita sumere, ut per hoc merear omnium delictorum meorum veniam à te piissimo Pastore in hac hora suscipere, & tuo sancto Spiritu repleri, & ab eo in tua voluntate custodiri; quia tu es Deus, & præter te non est alius, cujus gloriosum nomen permanet in secula seculorum. Amen.

Ad Filium Oratio.

Domine Jesu Christe, fili Dei unigenite, qui es, & qui eras cum Patre, & sancto Spiritu unius essentiæ Deus: in quo sola & vera est peccatorum remissio, per quem vita & salus præstatur æterna, qui Publicanum confitentem peccata sua justificasti & Chananeam te humiliter deprecantem exaudisti, & Petrum negantem te respexisti, flentem quoque amare recepisti, & Latroni in cruce confitenti veniam cum gloria paradisi donasti: Da mihi miserrimo & infelicissimo peccatori, cum timore & tremore accedenti ad te, & de tua misericordia præsumenti veniam & indulgentiam omnium peccatorum meorum: ut perceptio sancti corporis & sanguinis tui, non ad judicium damnationis, sed ad remedium animæ meæ proveniat & gratiam sempiternæ salutis: Qui vivis &c.

Ad Spiritum sanctum Oratio.

Bonorum omnium sancte Spiritus inspirator, qui de peccatoribus justos, & de nequissimis facis esse æquissimos; cujus ignis illuminat, non exurit; æqualis Patri & Filio majestate, æternitate & substantia; qui cum iisdem omnia indivisibiliter operaris: qui Domini nostri Jesu Christi corpus intra virginalis uteri claustra formasti; & panem istum, vinumque visibile invisibiliter ejusdem facis esse corpus, & sanguinem: Tu in me hujus mysterii confirma fidem, tribue intellectum, & cor meum ab vitiorum omnium illecebris emundatum igne tui amoris accende. Itaque me fac sacrosanctissimum hoc corpus & sanguinem suscipere, ut ipsius ipsummet corpus effici merear, hoc te cum Patre præstante cum quo vivis & gloriaris per omnia secula secula seculorum. Amen.

Antequam sumas, dic tribus vicibus.

Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum.

Postquam sumpseris, iterum dic tribus vicibus.

Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.

Tibi Laus. Tibi gloria. Tibi gratiarum actio in secula seculorum. O Beata Trinitas.

Oratio post Communionem.

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem & indignum satiare dignatus es sacrosancto corpore & sanguine Jesu Christi filii tui. Peto ergo te, ęterna misericordia Domine Deus meus, ut hæc sancta communio non sit mihi in judicium, neque in condemnationem, sed per tuam ineffabilem misericordiam prosit mihi in remissionem omnium peccatorum meorum; Et sit mihi robur fidei & scutum bonæ voluntatis, ad evacuandas omnes insidias Diaboli de corde & corpore meo; & illud me intrare convivium concedas, ubi lux vera est, & gaudia sempiterna justorum. Per eundem dilectissimum filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum qui per Spiritum sanctum semetipsum tibi Deo Patri in ara crucis hostiam pro nostra salute obtulit, & nos suo sancto & pretioso sanguine redemit, & tecum vivit, & regnat.

Alia Oratio.

Domine Jesu Christe fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante sancto Spiritu per mortem tuam mundum vivificasti; libera me per sacrosanctum corpus & sanguinem tuum à cunctis iniquitatibus, & universis malis meis, & fac me semper tuis obedire præceptis, & à te nunquam in perpetuum separari. Qui vivis.

Alia Oratio.

Scio Domine Jesu Christe, scio & confiteor clementiæ & pietati tuæ, quia tua sancta, & vivifica mysteria ego peccator & infelix non fui dignus suscipere, propter multam fœditatem mentis & corporis mei, & propter innumerabilia scelera & peccata mea; sed postquam confisus de immensitate pietatis & misericordiæ tuæ percipere præsumpsi ea non sint quæso mihi ad opprobrium & condemnationem in die judicii, sed per tuam ineffabilem misericordiam prosint mihi ad indulgentiam & remissionem omnium peccatorum meorum, & mundent ab omnibus inquinamentis & lasciviis & iniquitatibus corpus & animam meam, & faciant me semper tibi esse toto corde devotum, Salvator mundi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.

ORDO.

AD CONFESSIONEM AUDIENDAM;

Cum aliquis venerit ad sacerdotem confiteri peccata sua, dicat apud se sacerdos orationem hanc.

Domine Deus omnipotens propitius esto peccatori, ut me pro peccantibus & peccata sua confitentibus dignum inter te & ipsos mediatorem constituas: quique mortem peccatorum non vis, sed ut convertantur, & vivant, suscipe orationem servi tui quam pro famulo tuo ante conspectum gloriæ tuæ pœnitere cupienti effundo: ut pariter eum & à

peccatis exuas, & in futuro ab omni crimine illæsum custodias. Per &c.

Dehinc interroget eum diligenter, si rectè credat; & ne forte alicui iram vel odium teneat: & si vult parcere iis, qui in se peccaverunt: & si vult abstinere à peccatis quæ hactenus gessit, & emendare, si quid alicui abstulit. Et cùm promiserit hæc omnia facturum, canat sacerdos psalmum, Benedic anima mea Dominum, *usque.* Renovabitur sicut aquila, *dehinc dicat orationem hanc.*

Deus sub cujus oculis omne cor trepidat omnesque contremiscunt conscientiæ, propitiare orantium gemitibus, & cunctorum medere vulneribus: ut sicut nemo nostrûm liber est à culpa, ita nemo sit alienus à venia. Per &c.

Oratio.

Precor Domine clementiæ, & misericordiæ tuæ majestatem, ut huic famulo tuo N. peccata sua confitenti debita relaxare, & veniam præstare digneris, & præteritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis ovem perditam reduxisti, qui Publicani preces confessione placatus exaudisti. Tu etiam huic famulo tuo N. placare; tu precibus ejus benignus aspira, & ut in confessione placabili permaneat, fletus ejus perpetuam clementiam tuam celeriter exoret ut sanctis altaribus, & sacrariis restitutus, spei rursum æternæ ac cœlesti gloriæ mancipetur. Per &c.

Dehinc faciat eum confiteri peccata sua. Deinde interroget eum, quale ministerium facit, & si est Comes aut Iudex, dic illi ut non accipiat præmia, non judicet injustè. Si est Escarius, non teneat annonam familiæ. Si monetarius aut negotians, non gravet aliquem in negotio & in concambio. Si habet patrem aut matrem, honoret eos, & det illis necessaria. Si animalia pascit, damnum non faciat aliis. Si est Massarius, non sit fraudulentus seniori de labore suo. Si habet viduam aut orphanos, faciat cunctis misericordiam. Si servus est, sit fidelis domino suo, & laboret inquantum potest, & qui malè faciunt eos emendet. Si habet uxorem, non concumbat cum ea festis diebus, nec in quadragesimâ usque ad octavas Paschæ. Si Monachus aut monacha est, Presbyter aut Diaconus, aut Subdiaconus, sive Clericus, servent quod promiserunt.

Dehinc consideret si dives est aut pauper, si dominus aut servus,

si sanus aut infirmus, si sit conjugatus an non, si est juvenis aut puer. Omnia considera & secundùm quod potuerit agere, impone illi pœnitentiam. Et cui non potes imponere jejunium, impone eleemosynam, vel orationes, & ut flectat genua per diem, & noctem.

Sed antequam imponas pœnitentiam, debes ostendere quàm grande est illud malum, & quot annis debet pœnitere. Debes autem admonere ut non desperet, quia Deus misericors est, & ei omnia peccata dimittit, tantùm si emendaverit.

Tunc dicat Sacerdos.

Christus filius Dei, qui scit fragilitatem nostram, misereatur tui, & dimittat tibi omnia peccata, quæ ab infantia tua fecisti usque in hodiernum diem præterita, præsentia, & futura, quæcumque fecisti sciens seu nesciens, cogitando vel delectando, loquendo, vel operando. Liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono, & perducat te in vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, & absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum, & spatium veræ pœnitentiæ tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster.

Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.

Neque secundùm iniquitates &c.

Ne simul tradas nos Domine cum peccatoribus:

Et cum operantibus &c.

Domine ne memineris iniquitates nostras antiquas:

Cito nos anticipet misericordia.

Adjuva nos Deus salutaris noster: & propter honorem &c.

Fiat Domine misericordia tua super nos, sicut speravimus in te.

Esto nobis Domine, turris fortitudinis.

A facie inimici.

Nihil proficiat inimicus in nobis.

Et filius iniquitatis &c.

Domine exaudi orationem meam,

Et clamor meus &c.

ORATIO.

Exaudi, Domine, preces nostras, & confitentium tibi parce

parce peccatis, ut quos conſcientiæ reatus accuſat, indulgentia tuæ miſerationis abſolvat. Per &c.

ORATIO.

Domine Deus noſter qui offenſione noſtra non vinceris, ſed ſatisfactione placaris, reſpice, quæſumus, ad hunc famulum tuum N. qui ſe tibi graviter peccaſſe confitetur. Tuum eſt enim abſolutionem criminum dare, & veniam præſtare peccantibus, qui dixiſti pœnitentiam te peccatorum malle, quàm mortem. Concede ergo hoc ut tibi pœnitentiæ excubias celebret, & correctis actibus ſuis concedi ſibi à te ſempiterna gaudia gratuletur. Per &c.

ORATIO.

Adſit, quæſumus Domine, huic famulo tuo N. inſpiratio gratiæ ſalutaris, quæ cor ejus fletuum ubertate reſolvat; ſicque ſe macerando conficiat, ut iracundiæ tuæ motus idonea ſatisfactione compeſcat. Per &c.

ORATIO.

Precamur te, Domine, ut intercedentibus omnibus ſanctis tuis famulo tuo N. indulgentiam concedas; fide, ſpe, & charitate eum repleas; mentem ejus ad cæleſtia deſideria erigas; & ab omni adverſitate eum defendas, & ad bonam perſeverantiam perducas. Per &c.

ORATIO.

Præſta, Domine, huic famulo tuo N. dignum pœnitentiæ fructum, ut eccleſiæ tuæ ſanctæ à cujus integritate deviaverat peccando, admiſſorum veniam conſequendo reddatur innocuus. Per &c.

DE VISITATIONE, CONFESSIONE, EXTREMA UNCTIONE ET COMMUNIONE INFIRMI.

Pſalmi: Domine ne in ira tua &c. Exaudiat te Dominus &c. Beatus qui intelligit &c. Miſerere mei Deus &c. In

clina Domine &c. Domine Deus salutis meæ &c. Qui habitat. &c.

Omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant eos ad Jesum & curabantur.

Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster.

Capitula.

Salvum fac servum tuum &c.
Mitte eis Domine &c.
Custodi Domine &c.
Nihil proficiat &c.
Dominus conservet eum & vivificet eum &c.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris &c.
Dominus custodiat eum ab omni malo &c.
Exurge Domine &c.
Domine exaudi orationem &c.

ORATIO.

Omnipotens & misericors Deus, quæsumus immensam pietatem tuam, ut ad introitum in tuo nomine humilitatis nostræ, hunc famulum tuum in hoc habitaculo fessum jacentem salutifere visitare digneris, sicut visitasti Tobiam & Sarram, socrum Petri, puerumque Centurionis: ut pristina sanitate corporis animæque recepta gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Qui vivis & regnas &c.

Kyrie. Christe. Kyrie.

Dominus vobiscum. &c.

ORATIO.

Deus qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum ex adversa valetudine corporis laborantem propitius respice, & visita in salutari tuo, & cœlestis ei gratiæ præsta medicinam.

Alia Oratio.

Virtutum cælestium Deus qui ab humanis corporibus omnem languorem & infirmitatem præcepti tui potestate de-

pellis: adesto propitius huic famulo tuo, ut fugatis infirmitatibus, & viribus revocatis, nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate glorificet. Per &c.

Alia Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus qui subvenis in periculis laborantibus, qui temperas flagella dum verberas: Te, Domine, supplices exoramus, ut visitatione tua sancta erigas hunc famulum tuum de lecto infirmitatis, & à malis omnibus eum emundare digneris, & Ecclesiæ tuæ sanctæ sanum & incolumem repræsentes ad laudem & gloriam nominis tui. Per &c.

Alia Oratio

Omnipotens sempiterne Deus qui ægritudines animarum depellis & corporum, auxilii tui super infirmum nostrum ostende virtutem, ut ope misericordiæ tuæ celeriter adjutus ad omnia pietatis tuæ reparetur officia.

Alia Oratio.

Deus qui humano generi, & salutis remedia & vitæ æternæ munera contulisti; conserva famulo tuo tuarum dona virtutum, & concede ut medelam tuam, non solum in corpore, sed etiam in animo sentiat. Per &c.

Alia Oratio.

Respice, Domine, propitius super hunc famulum tuum, & opem ei ferre dignare super lectum doloris ejus: ut omni languore depulso ad sanitatem refectus exurgat, & repræsentetur ecclesiæ tuæ sanctæ ad referendas gratias nomini sancto tuo. Per &c.

Post hæc infirmus faciat confessionem: qua finita, cæteris sub silentio dicentibus, Misereatur tui omnipotens Deus: *dicat sacerdos.*

Christus filius Dei vivi, Dominus noster, qui scit fragilitatem conditionis humanæ, per intercessionem Beati Petri Apostolorum principis, & Beatissimi Patris nostri Benedicti

& omnium sanctorum suorum, misereatur tui, & dimittat tibi omnia peccata tua quæcunque sciens seu nesciens, cogitando, loquendo, seu operando fecisti; liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono, & perducat te ad vitam æternam. Amen.

Indulgentiam & remissionem omnium peccatorum tuorum & spatium veræ pœnitentiæ, cordisque compunctionem tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus.

Salvum fac. Mitte ei Domine. Domine exaudi.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus conditor humani generis, qui ex nihilo cuncta creasti, & hominem ad imaginem tuam formare dignatus es; cui cuncta elementa obediunt, & ad cujus nutum omnes ægritudines omnesque morbi fugantur: adesto quæsumus invocationibus nostris, & huic famulo tuo nimiis doloribus oppresso misericordiæ tuæ dexteram porrige, & omnem infirmitatem atque languorem animæ & corporis ab eo depelle; immitte in eum Spiritum sanctum tuum de cœlis, qui eum diu noctuque semper protegat, & illuminet atque ab omni adversitate corporis animæ potenter defendat. Per Dominum nostrum &c.

Deinde Benedicit.

Sanet te Christus qui pro te passus est.

Sanet te Spiritus sanctus, qui in te effusus est, sancta Trinitas semper tecum sit omnibus diebus vitæ tuæ. Ipse Dominus per omnia sanctificet te ad perfectum, ut integer spiritus tuus, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.

Pax tibi. Benedictio Domini super te.

ITEM ORDO AD VNGENDVM Infirmum.

Dicat sacerdos. Pax huic domui. *Resp.* Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde incipiat antiph. Asperges me Domine &c.

Et cantent Psalmum, Miserere mei Deus, *totum. Interim aspergatur infirmus, & lectus ipsius, & tota domus aqua sanctificata. Finito psalmo & repetita antiph. dicatur Oratio:* Omnipotens & misericors Deus quæsumus immensam pietatem tuam &c. *Requiratur in visitatione infirmi. Deinde imponat sacram Letaniam.*

Christe audi nos.
Sancta Maria.
Sancta Dei genitrix.
Sancta Virgo Virginum.
Sancte Michaël.
Sancte Gabriel.
Sancte Raphael.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli.
Sancte Joannes præcursor Domini.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ,
Sancte Petre.
Sancte Paule.
Sancte Andrea.
Sancte Ioannes.
Sancte Bartholomæe.
Sancte Marce.
Omnes sancti Apostoli, & Evangelistæ.
Omnes sancti discipuli Domini.
Omnes sancti Innocentes.
Sancte Stephane.
Sancte Line.
Sancte Clemens.
Sancte Laurenti.
Sancte Vincenti.
Omnes sancti Martyres.
Sancte Sylvester.
Sancte Gregori.
Sancte Martine.
Sancte Ambrosi.
Sancte Nicolae.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores.
Sancte Benedicte.

Sancte Maure.
Sancte Antoni.
Sancte Hilarion.
Sancte Severine.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ.
Sancta Agatha.
Sancta Lucia.
Sancta Agnes.
Sancta Cecilia.
Sancta Scholastica.
Omnes sanctæ virgines.
Omnes sancti, & sanctæ Dei.
Propitius esto.
Propitius esto.
Ab ira tua.
A furore tuo.
Ab anima, & corporis infirmitate.
Ab omni immunditia mentis, & corporis.
A periculo mortis.
A morte æterna.
A potestate Diaboli.
Ab insidiis ejus.
A pœnis inferni.
A potestate tenebrarum.
Ab omni angustia.
Ab omni malo.
Per nativitatem tuam.
Per crucem, & passionem tuam.
Per mortem, & resurrectionem tuam.
Per admirabilem Ascensionem tuam.
Per gratiam Spiritus sancti Paracliti.
Peccatores.
Ut huic infirmo veniam dones.
Ut animæ, & corporis ei sanitatem dones.
Ut eum, à lecto ægritudinis suæ tua potentia erigas.
Ut ei cordis compunctionem, & fōtem lacrymarum concedas.
Ut omnes pravas cogitationes, & voluptates illicitas ab eo auferre digneris.

Ut fidem, ſpem, & charitatem perfectam, ei conferas.
Ut ſpatium veræ pœnitentiæ ei tribuas.
Ut mentem ejus ad ſuperna deſideria erigas.
Ut ſanctum Angelum tuum ei cuſtodem tribuas.
Ut omnes principes tenebrarum ab eo repellas.
Ut ad gaudia æterna eum perducas.
Vt nos exaudire digneris.
Fili Dei.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Chriſte audi nos.
Kyrie. Chriſte. Kyrie.
Pater noſter.
Capitula, ut ſuprà.
Deinde dicatur Oratio hæc.

Dimitte, quæſumus, Domine, peccata noſtra, & tribue nobis miſericordiam tuam, quo oris noſtri alloquio deprecatus hujus famuli tui humilitatem & anguſtiam attendas, vincula ſolvas, delicta deleas, tribulationem inſpicias, adverſitatem repellas, effectumque petitionis noſtræ largiens clementer exaudias. Per &c.

Poſt hæc faciat infirmus confeſſionem: & facta confeſſione imponatur ei pœnitentia competens; dehinc reconcilietur hoc modo.

Pſalmus, Miſerere mei Deus. Kyrie. Chriſte. Kyrie. Pater noſter. *Capitula:* Salvum fac.

Mitte ei Domine. Convertere Domine. Non intres in Judicium: Domine exaudi.

ORATIO.

Deus miſericors, Deus clemens, qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis evacuas: Reſpice ſuper hunc famulum tuum, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem miſeratus exaudi. Renova in eo piiſſime Pater vel quidquid diabolica fraude

violatum est, quidquid terrena fragilitate corruptum, & unitati corporis Ecclesiæ tuæ membrum redemptionis perfecta remissione restitue. Miserere, Domine, gemituum, miserere lacrymarum, & non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad sacramentum reconciliationis admitte. Per. &c.

Alia Oratio.

Per invocationem sacrati nominis Dei, & per intercessionem Dei genitricis, & virginis Mariæ & Beati Michaëlis Archangeli, & Beati Princips apostolorum omniumque sanctorum, & per ministerium nostrum absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum percipere merearis hîc, & in æternum. Amen.

Post hæc omnes sacerdotes qui adstant imponant manus suas super infirmum, & dicant orationem hanc.

Adesto, quæsumus, Domine, humilitatis nostræ obsequiis, & eis benignus cooperator existens; ut qui ad expletionem mandatorum tuorum huic ægroto manus exhibentes olei sacri unctionem exhibemus, hujusmodi servitute nostræ actionis officia comitante, ab hoc famulo tuo N. omnis languor & debilitas abscedat, relictoque imbecillitatis gravatto, ad te medicum supernum vultum, & mentem erigat, & pro sospitatis restitutione laudes nomini tuo competentes in æternum persolvat.

Qua finita legatur lectio Epistolæ Beati Iacobi Apostoli.

Carissimi, tristatur aliquis vestrûm, oret æquo animo, & psallat; Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra & orate pro invicem, ut salvemini.

Sequitur Antiphona. Sana Domine infirmum istum, cujus ossa conturbata sunt, & cujus anima turbata est valde. Sed tu, Domine convertere, & sana eum, & eripe animam ejus à morte.

Psalm.

Psalm. Domine ne in ira tua. *Et repetatur Ant.*

ORATIO.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem conditionis nostræ infusa virtutis tuæ benedictione confirmas, ut salutaribus remediis tuæ pietatis corpora nostra vegetentur, & membra: super hunc famulum tuum propitiatus intende, ut omni molestia corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinæ sanitatis perfecte reparetur. Per &c.

Ant. succurre Domine huic infirmo, & medicare ei spirituali medicamine, ut in pristinam sanitatem restauratus, gratiarum tibi referat actiones.

Psalm. Beati quorum.

ORATIO.

Domine Deus qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & allevabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei: Cura, quæsumus, Domine Deus omnipotens, gratiâ Spiritus sancti languores istius infirmi, & sana vulnera, ejusque peccata dimitte, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle, plenamque ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde: ut ope misericordiæ tuæ sanatus, ad pristina pietatis tuæ reparetur officia. Per &c. In unitate ejusdem Spiritus &c.

Ant. Dominus locutus est discipulis suis, In nomine meo dæmonia ejicite, & super infirmos manus vestras imponite, & bene habebunt.

Psal. Domine ne in ira tua.

ORATIO.

Domine Deus, Pater omnipotens, Creator Cœli & Terræ, protege quæsumus, hunc famulum tuum, & dimitte illi omnia peccata sua. Averte illum ab omnibus malis, & fac eum crescere in omnibus bonis. Da illi, Domine, placitam servitutem, cor rectum, spem firmam, fidem perfectam.

Abba Pater, omnia possibilia sunt tibi, adjuva servum, fac filium ancillæ tuæ. Per &c.

Ant. Sanet te Jesus Christus ab omni ægritudine tua, & dimittat Dominus omnia peccata tua.

Psalm. Domine exaudi orationem.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus qui per Jacobum Apostolum tuum duci presbyteros Ecclesiæ, & ungi oleo infirmos præcepisti: Præsta, quæsumus, ut digneris per manus nostras hunc famulum tuum infirmum de oleo sanctificato ungere, & benedicere, & hoc quod nos exterius tuo charismate complectimur, hoc interius spiritualiter divina tua virtus ac invisibiliter operetur. Per &c.

Ant. Domine libera animam ejus à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

Psalm. Ad Dominum dum &c.

ORATIO.

Domine Deus Salvator noster, qui es vera salus, & medicina, & à quo omnis sanitas, omne medicamentum venit, quique nos Apostoli tui Iacobi documento instruxisti, ut languentes olei liquore orantes ungeremus: Respice propitius super hunc famulum tuum, & quem languor curvat ad exitum, & virium defectus trahit ad occasum, medela tuæ gratiæ restituat ad salutem. Per &c.

Ant. Apud Dominum misericordia est & copiosa apud eum redemptio.

Psalm. De profundis.

ORATIO.

Deus qui Beatum Petrum Apostolum tuum misisti ad Tabitam famulam tuam, ut ejus precibus suscitaretur ad vitam: exaudi nos, quæsumus, ut huic famulo tuo, pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium, exorata corporis, & animæ medicina subveniat Per &c.

Ant. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant in-

firmos variis languoribus, ducebant illos ad Jesum, & curabantur.

Psalm. Domine exaudi orationem.

ORATIO.

Domine qui mundum in peccati fovea jacentem misericorditer erexisti: Deus qui per manus impositionem animarum & corporum valetudines effugasti, idemque opus discipulos tuos eorumque successores agere praecepisti: Exaudi, quaesumus, preces nostras pro hoc famulo tuo, & manum pietatis tuae manui nostrae impone, ut per manus impositionem te cooperante infundatur in eum gratia Spiritus sancti, descendat super eum coelestis benedictio, tribuatur ei peccatorum remissio, cunctorumque scelerum piacula relaxentur, & tuorum charismatum munera affluentius conferantur.

Alia Oratio.

Dominus sit tibi adjutor, & protector, & peccatorum indultor, & Deus misericordiae, & pietatis det tibi correctionem tuorum peccaminum, & concedens locum poenitentiae, tribuat tibi digne mala acta deflere, gaudiaque vitae aeternae feliciter obtinere. Per &c.

Quibus finitis sumens sacerdos oleum sanctificatum ungat infirmum tali modo facto signo crucis cum pollice. Imprimis ad caput.

Ungo caput tuum oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: ut more militis uncti praeparatus possis aërias superare catervas. Per Christum.

Ad oculos.

Ungo oculos tuos oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut quidquid illicito visu deliquisti hujus olei unctione expietur. Per.

Ad aures intus, & exterius.

Ungo aures hoc olei sacrati liquore in nomine Patris, &

Filii, & Spiritus sancti, ut quidquid peccati delectatione nocivo auditu admissum est, medicina spiritualis evacuet. Per.

Ad nares intus, & foris.

Ungo has nares oleo sacro in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut quidquid noxæ contractum est odoratu superfluo, ista evacuet medicatio. Per.

Ad labia exterius.

Ungo labia ista consecrati olei medicamento in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti: ut quidquid otiosa vel etiam criminosa peccasti locutione, divina miserante clementia expurgetur hac unctione. Per.

Ad Pectus.

Ungo pectus tuum de oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: ut hac unctione protectus fortiter certare valeas contra ignita inimicorum jacula. Per Christum.

Ad scapulas.

Ungo has scapulas sive medium scapularum oleo sacrato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: ut ex omni parte spirituali protectione munitus jacula diabolici impetus viriliter contemnere, ac procul possis cum robore superni juvaminis repellere. Per.

Ad manus exterius.

Ungo manus has oleo consecrato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: ut quidquid illicito vel noxio opere peregerunt, per hanc unctionem evacuetur. Per.

Ad pedes desuper.

Ungo hos pedes oleo benedicto in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: ut quidquid superfluo vel nocivo incessu commiserunt, abluat hæc sacra perunctio. Per.

Ad locum doloris.

Ungo te oleo sancto in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Obsecro misericordiam ipsius Dei ac Domini nostri, ut fugatis omnibus doloribus vel incommoditatibus corporis tui, recuperetur in te virtus, & salus. *Alii Pœnit. libri habent hic* : Quatenus per hujus operationem mysterii, & per hanc sacrati olei unctionem atque nostram deprecationem, virtute sanctæ Trinitatis medicatus pristinam, & magis robustam merearis recipere sanitatem. Amen.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti sit tibi hæc unctio olei sanctificati ad purificationem mentis, & corporis, & omnium absolutionem culparum, & ad munimen, & defensionem contra omnia jacula immundorum spirituum. Amen.

Sequitur, Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. *capit. ut suprà.*

Absolutio.

Deus qui peccatores & scelerum onere vulneratos sacerdotibus tuis ostendere se jussisti: Deus qui discipulis tuis ut bene haberent, manus super infirmos sacro oleo ungere, & pro eis orare docuisti: Deus qui per impositionem sacerdotum manus cum nominis tui invocatione peccata relaxari voluisti; Exaudi orationes nostras, & da huic famulo tuo infirmitatis nexa depresso per hoc sacrosanctum mysterium, quod nos famulos tuos indignos agere docuisti, remissionem omnium peccatorum; quatenus per hanc sacram olei unctionem, & manus nostræ impositionem cuncta ei facinora sancti Spiritus gratia relaxentur, sanitas animæ, & corporis restituatur: ut non plus ei noceat conscientiæ reatus ad pœnam, quàm valeat indulgentia, & reconciliatio tuæ pietatis atque remissionis ad veniam. Per.

Sequitur. Per istam unctionem, & Dei benedictionem mundetur ab omni sorde, & contagione peccati, ac sanctificetur sensus, & cor tuum, odoratus, visus, auditus, gustus, & tactus, totumque corpus, & anima tua, ut idoneus efficiaris advocatus in nomine ejusdem Dei, & Domini nostri. Red-

dat tibi Dominus lætitiam salutaris sui, & spiritu principali confirmet te. Spiritum sanctum suum innovet in visceribus tuis, & ne auferat illum à te: sed benedictio Dei Patris, & Filii & Spiritus sancti descendat super te, quæ copiose supra defluat, & in extrema totius coporis tui descendat: interius exteriusque te repleat atque circundet: ac sit semper tecum gratia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre. &c.

Post hæc communicetur.

Domine Iesu Christe Redemptor, & Salvator noster, exaudi nos pro fratre nostro infirmo te rogantes, ut tua sancta Eucharistia ei sit ad tutelam animæ & corporis, & ad capescendam vitam æternam. Qui vivis &c.

Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam ęternam. Amen.

Domine sancte, Pater omnipotens, ęterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti huic fratri nostro famulo tuo sacrosanctum corpus, & sanguinem Iesu Christi filii tui Domini nostri, tam corporis, & animæ sit salus. Per eundem.

Benedicat te Deus Pater: Sanet te Deus Filius: illuminet te Spiritus sanctus: corpus tuum custodiat: animam tuam salvet: cor tuum irradiet: sensum tuum dirigat, & ad supernam te vitam perducat, qui in Trinitate perfecta vivis & regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Item ordo unctionis brevior alio modo. Post psalmos, & orationes supradictas, ungat sacerdos infirmum ita dicens:

Per istam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum. *Et respondeant omnes.* Amen.

Deinde faciat per omnes sensus similiter: Per auditum, per odoratum, per illicitam locutionem, per tactum, per gustum, per incessum, per ardorem libidinis. Amen.

Cætera omnia fiant, ut suprà.



VIRI DOCTISSIMI

PASCHASII QUESNEL

CONGREGATIONIS ORATORII

D. N. JESU CHRISTI PRESBYTERI

OBSERVATIONES AD BREVIARIUM CHORI

MONASTERII MONTIS CASSINI.

ISta desumpta sunt ex Breviario ad usum Chori Monasterii Montis Cassini in pelle perpolita vitulina; literis Longobardicis, nitidissimo caractére, industria singulari exarato, adjectis ornamentis plurimis sive intra ipsa folia quæ exquisitiori auro ubique fulgent, sive in exteriori tegumento, cujus pars olim argenteis laminis circumtecta erat. Cujus codicis ætatem statuere non est admodum difficile, si Catalogos summorum Pontificum, Imperatorum & Abbatum Cassinensium consulas, qui initio præmittuntur. Pontificum enim Romanorum ultimus in eo recensitus est Paschalis II. qui tamen cum præcedenti Urbano II. superadditus videtur post descriptum Breviarium. Alexius nepos qui pugnavit cum Roberto Guiscardo à quo turpiter victus est, postremus inter Imperatores numeratur. Inter Abbates denique Cassinenses locum ultimum tenet Oderysius, successor Desiderii Abbatis qui electus Pontifex Romanus dictus est Victor III. Quin autem dicti Oderysii Abbatis tempore descriptus liber fuerit, dubitari non sinit Oratio pro Abbate, quæ in ipso Breviario legitur; habet enim ejusdem Oderysii nomen insertum. Unde

paulo post annum 1086. conjicimus fuisse elaboratum ; ac proinde feré sexcentorum esse annorum. Cui Epochæ suffragatur ipse Characteris conspectus, qui ad illam ætatem pertinere judicatur à viris in ea re versatis.

Continet porro codex iste ante omnia brevem Chronologiam ab orbe condito ad illa usque tempora quæ suprà notavimus : quæ per sex ętates distributa omnes Imperatores, Pontifices Romanos, & Abbates Casinenses exhibet. Sequitur kalendarium quod à Romano aliisque hodiernis in multis discrepat. Post nonnulla ad computum Ecclesiasticum pertinentia, varias preces ad Beatissimam Virginem, & ad Christum Jesum *in 1. 2. & 3.* ut ibi legitur, *genuflexione* ; quarum aliquæ sunt *Domini Petri Ostiensis episcopi* & pluribus Mysterium vitæ Christi pictis imaginibus distinctæ sunt. Describitur *Ordo ad accipiendum Corpus Domini* : habentur postea aliæ orationes, quarum aliquæ ad officium Ecclesiasticum sunt præviæ.

Sequitur totum Psalterium Davidicum omnes CL. Psalmos continens ; quibus singulis breves tituli vice argumenti pręfiguntur. Versio autem illa non eadem est in omnibus cum ea quam in hodierno Brieviario usurpamus ; sed ei potius quæ in Missali Romano in usu est, omni ex parte concinit.

Psalmis subjunguntur cantica Prophetarum quæ in officio recitari solent, cum tribus canticis novi testamenti, hymno Angelico & *Te Deum laudamus* : cujus ultimi autor inscribitur, non Augustinus, Ambrosius aut alius eorum quibus vulgo tribuitur, sed quidam *Sisebutus monachus* : Ita enim se habet titulus : HYMNUS SISEBUTI MONACHI. Qui cùm omnino in eo conveniat cum altero codice Ms. Basilicæ Vaticanæ quem Eminentissimus doctissimusque Cardinalis Bona à se inventum fuisse testatur in libro de Divina Psalmodia : ubi idem Sisebutus hujus hymni auctor asseritur, vix jam de autore tam celebris per totam ecclesiam cantici ambigendi locus relinquitur : præsertim cùm ante regulam S. Benedicti mentionem de hoc hymno nullam inveniamus.

Hunc hymnum excipiunt oratio Dominica, Tria symbola I. Apostolicum, II. Constantinopolitanum, licet Nicæni Concilii nomine inscriptum, III. illud quod ubique Athanasio

Alexan-

Alexandrino tribuitur: Ita enim & in isto codice: *Fides Catholica edita ab Athanasio Alexandrinæ sedis Episcopo.* Dein Litania duplex cum orationibus plurimis: Hymnorum amplissima seges cum canticis pro solemnitatibus; Lectiones, seu ut vocamus, capitula in unum collecta; orationes seu collectæ omnes tam pro officio, quàm pro aliis exercitiis, & officium pro dedicatione Ecclesiæ & pro festo sanctissimæ Trinitatis.

Post hæc occurrit, *Ordo ad Monachos faciendum* quod de professione intelligendum: ubi nonnulla notatu digna sunt; ut professionis formula; quod tunc primùm secularis habitus extrahebatur monachis, monachalis induebatur cum professionem emittebant; ita ut probationis tempus in veste seculari transigeretur: Quod tribus à professione diebus silentium tenere jubentur, in quibus quotidie ad missam offerant & communicent, & alia hujusmodi tum ordo confessionis & reconciliationis, visitationis infirmorum, extremæ unctionis, cujus ultimæ duplex formula exhibetur, una prolixior & indicativa; altera brevior & deprecatoria.

Habes consequenter *Officium sive obsequium circa Morientem* in quo post tres orationes leguntur hæc verba: *Deinde communicandus est, etiamsi comedit ipsa die.* Dictaque alia oratione super infirmum leguntur ante eum Passiones Domini: & cùm visus fuerit ad exitum propinquare, jubet ut ponatur in terra super cilicium consperso desuper cinere, fratribus qui astant preces multas & litanias recitantibus. Defuncti denique corpus lavari præcipit, & in feretro componi; omnia signa tribus vicibus pulsari, corpusque in ecclesia deponi, quousque agantur vigiliæ & missæ. Illæ in tres vigilias dividuntur, ut hodie, & unaquæque vigilia (sic enim legitur 1. 2. & 3. vigilia, non 1. 2. & 3. nocturnum) tribus psalmis totidemque lectionibus ex libro Iob, continetur; cum laudibus; sicut se habet in Romano officio, etsi psalmi aliqui & Responsoria discrepent. Reperiuntur etiam orationes dicendæ intra triginta dies ab obitu.

Post hæc descripti habentur ritus & benedictiones cereorum, cinerum & palmarum; & singulæ orationes *pro Dæmoniaco, pro mortalitate, ad pluviam impetrandam, ad Clericum faciendum & ad tondendum barbam* & pro aliquot aliis. Subjunguntur le-

ctiones & officia Apostolorum & Martyrum. Deinde totius officii Ecclesiastici Rubricæ, ut nunc loquimur, seu ut ibi pro titulo legitur: *Incipit Breviarium sive ordo officiorum per totam anni decursionem*. Quod breviarium rubro caractere exaratum. Ritus etiam & cerimonias continet tam officii recitandi, quàm missæ celebrandæ, necnon peculiares præcipuarum solemnitatum observantias. Venit porro in mentem ex illo *Breviarii* titulo deprehendi facile posse, unde Breviarii nomen inditum nunc reperiatur universo illi officii Ecclesiastici penso, quod clericis impositum est usu & consuetudine ecclesiæ præceptisque Pontificiis. Patet enim hoc nomine solas Rubricas seu ordinem officiorum olim significatum fuisse, quia revera tota officii series in compendium missa illo continetur. Unde etiam nunc hodie is ordo *Breve* Gallice *un Bref* appellatur; Qui ordo cùm in fronte totius officii adscriberetur, quemadmodum & hodie se habet titulus Breviarii qui huic ordini præfixus erat, toti officio quod sequebatur successu temporis impositus est. Non alia ratione (si parva licet componere magnis) quàm Nicæni Concilii titulus, qui hujus canonibus præfixus erat, ad alios etiam canones qui Nicænos in codicibus sequebantur à quarti seculi Pontificibus nonnullis extensus esse intelligitur.

Totum hunc codicem claudunt tres Epistolæ Apostolicæ, duæ D. Pauli ad Romanos & ad Titum; tertia quæ S. Joannis canonica prima est. Unaquæque suum habet breve argumentum, sed nullam vel capitum distinctionem, vel versuum, vel lectionum: ita ut unâ nec ullatenus intermissâ serie describantur.

Hanc Breviarii istius synopsim non piget hîc apposuisse, tum ne aliqua ad Ecclesiasticæ rei illustrationem conducentia æterno silentio premerentur, tum ut sacræ hujus antiquitatis curiosi indagatores ad manum habeant quod sæpe multo labore & incasso per Bibliothecarum forulas inquirere contingit.

EXCERPTA EX POENITENTIALIBUS.

Bibl. Victorin.

EXCERPTUM I.

EX POENITENTIALI MAG. BARTHOLOMÆI OXONIENSIS EPISCOPI,

Omnibus sacerdotibus necessario.

CAPUT XXIX.

De levibus peccatis, & eorum pœnitentia.

PEccata dicuntur levia, non in se, sed majorum comparatione. Quis enim aliquod peccatum audeat simpliciter leve dicere, cùm scriptum sit: *Quòd de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Sunt autem hæc, quæ levia appellantur, ut risus interdum nimius, aut inutilis aurium delectatio, aut somnus nimius, omne etiam verbum otiosum, licet nihil aliud in se damni vel turpitudinis gerat. Item si quis horam prandendi sine necessitate præcesserit; si in carcere positos, vel infirmos tardius visitaverit; in officiis Ecclesiasticis aliud cantaverit & aliud cogitaverit; si pauperem importunè petentem exasperaverit. Pro talibus dicit scriptura: *Non est justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Et iterum, *Septies in die cadit justus, & resurgit.* Et Apostolus: *Non quod volo facio bonum, sed quod nolo facio malum.* Et iterum, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et Ioannes Apostolus: *Si dixerimus, quia*

peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Nullus est enim, qui aut cogitatione, aut ignorantia, aut negligentia, aut vanitate, aut obreptione, aut necessitate, aut oblivione, aut aliqua infirmitate non peccet. Sed hæc cotidiana & levia facili satisfactione purgantur. Sufficit enim eleemosynis ea cum cordis contritione, & generali confessione, & dominica oratione purgare. Unde Augustinus de oratione dominica: delet omnino hæc oratio minima, & cotidiana peccata, & illa, à quibus vita fidelium scelerate gesta sed pœnitendo mutata discedit. Si quemadmodum veraciter dicitur, *Dimitte nobis debita nostra*, quoniam non desunt quæ dimittantur: ita veraciter dicatur, *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, id est, fiat quod dicitur. Generalis autem est confessio illa, ubi singula peccata, quæ quis fecit, non exprimuntur: sed enumerando principalium vitiorum, vel perversorum operum genera. In his se peccasse, si verum est, confitetur, vel saltem coram sacerdote vel alio. Si sacerdotem habere non poterit, dicat Deo, ut docet beatus Augustinus in responsione contra Pelagianos: Deus qui nosti occulta cordium, opera mea & delicta à te non sunt abscondita, quibus veniam largiaris. Hujusmodi quotidiana pœnitentia pro levibus sufficit, maximè quando memoriter non tenentur: & quando mortalia non fuerint intermixta: & quando ipsa levia non fuerint nimiâ assiduitate multiplicata. Tunc enim propter contemptum idem faciunt levia, quod gravia qualitate. Unde scriptum est, *Qui minima contemnit, paulatim defluit.* Et iterum: *vitasti grandia, cave ne obruaris arenâ.* Unde Augustinus ad Seleucianam: illa quæ humanæ fragilitati quamvis parva, tamen crebra subrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt & oppriment, sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an uno grandi fluctu navis operiatur & obruatur: aut paulatim subrepens aqua in sentinam per negligentiam derelicta atque contempta navem impleat & submergat?

S. Augast. lib. de civitate Dei xxi. cap. xxvii.

S. Aug. ep. xxxxix.

S. Aug. ad Seleucianam de baptismo & pœnitentia Petri epist. cviii.

CAP. XXX.

De gravibus Peccatis, sed Occultis.

SI verò occultum fuerit peccatum, quantumcunque fuerit grave & enorme, quantumcunque abominabile, sufficit illud secretâ confessione, & secretâ satisfactione purgare: nisi fortè sit tale, quod emendari sine aliqua publicatione non possit; ut si per aliquam falsam accusationem, vel falsam testificationem innocens aliquis sit puniendus, si pœnitentes fuerint testes vel accusatores, expedit illis aliquo modo publicari, potius quàm innocentem per illos injustè damnari. Verumtamen nec tunc per sacerdotem, sed per ipsos pœnitentes est publicandum. In secreta enim confessione consilium debet dare sacerdos, sed nec publicare, nec ad publicandum compellere pœnitentem. Si verò consilio peccator non obedierit, sacerdos secretum teneat, & peccatorem in secreto frequenter admoneat. Conc. Valense II. c. viii.

CAP. XXXVII.

DE VERA ET FALSA POENITENTIA.

Ex Concilio Moguntiensi.

MOdus tempusque pœnitentiæ peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum Scripturarum auctoritatem, aut per Ecclesiasticam consuetudinem probatam à sacerdotibus debet imponi. Nam qui pro peccatis gravibus leves quosdam & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt pulvillos secundum Propheticum sermonem sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Sed discretio servanda est inter pœnitentes, qui publicè & abscon-sè · ···· Nam qui publice peccat, oportet ut publica mulctetur pœnitentia, & secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicetur & reconcilietur. Nemo sic intelligat prædictas auctoritates, ut semper rigorem & distinctionem à canonibus institutam absque omni misericordiâ pœnitentia Conc. Mogunt. I. c. xxxi. Pœnitere debeant.

imponi debeat; sed quod canonum rigor non pro libito sacerdotum, sed per canonum dispensationem sit temperandus: ita ut in pœnitentiis dandis semper memor sit sacerdos & districtæ satisfactionis, ad quam peccatores tenentur ex culpa, & indulgentiæ, per quam Canones verè pœnitentibus subveniunt ex misericordia. Et si in altero necesse sit excedere, minus malum credimus misericordiæ lenitatem absque dissolutione servare, quàm rigorem justitiæ semper & ubique tenere. Unde Joannes Chrysostomus de misericordia pœnitentiæ. *Alligant autem onera gravia & importabilia &c.* Tales sunt sacerdotes etiam nunc, qui omnem justitiam populo mandant, & ipsi nec modicùm servant, ut non faciendo sint, sed dicendo appareant justi. Tales sunt, qui grave onus venientibus ad pœnitentiam imponunt, quia dicunt, & non faciunt. Sicut enim si falcem super humeros adolescentis, quem non potest bajulare, posueris, necesse habet ut aut falcem rejiciat, aut sub pondere constringatur: Sic & homo, cui grave onus pœnitentiæ imponis, aut pœnitentiam rejiciet, aut suscipiens, dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccat. Deinde etsi erramus modicam imponentes pœnitentiam, nonne melius erit propter misericordiam rationem dare, quàm propter crudelitatem? Ubi enim paterfamilias est largus, dispensator non debet esse tenax. Si Deus est benignus, ut quid sacerdos ejus vult austerus apparere?

J. Chrysost. Homil. XLIII. in cap. Matth. XXIII.

CAP. CCCXCIII.

DE PECCATO IN SPIRITUM SANCTUM,

Quod, quia pœnitentiam excludit, indulgentiam non admittit.

QUorumdam est opinio, quòd peccare in Patrem, est peccare per infirmitatem, quia patri potentiam frequenter Scriptura attribuit: peccare in Filium, est peccare per ignorantiam, quia sapientia Patris Filius est: peccare in Spiritum sanctum, est peccare ex sola malitia, ut cum post agnitionem Dei per gratiam Dei impugnat aliquis fraternitatem, & adversus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, invidiæ facibus agitatur. Hoc autem peccatum irremissibile dici-

tur, non quòd aliquando non remittatur, sed quia plenissime & exactissime hîc vel in futuro punietur: ita ut si quis cum hoc peccato decesserit, æternaliter damnetur. Si verò pœnituerit, quod quandoque contingit, nihil de pœna ipsi peccato debita remittatur, quin hîc vel in igne purgatorio persolvatur, quoniam hoc peccatum nullam habet excusationem. Ea verò quæ per infirmitatem vel ignorantiam fiunt, aliquam habent excusationem; ideoque de pœna quæ pro ipsis peccatis deberetur, si infirmitatis vel ignorantiæ excusationem non haberent, pœnitentibus plurimum remittetur, ut mitius puniantur, quàm si excusationem peccati non haberent: & hæc pœnæ mitigatio vocatur remissio. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, non quia non aliquando remittatur, sed quia vix aut raro ac difficulter dimittitur; & cum dimittitur, nihil de pœna pœnitentibus pro peccato debitâ mitigatur. Non est autem illa distinctio verborum sic accipienda, quòd trium personarum divisæ sunt offensæ, sed sic genera peccatorum distincta sunt. Quorumdam verò probabilior, & magis auctoritatibus consentanea videtur esse sententia, qui peccatum irremissibile, vel blasphemiam in Spiritum sanctum dicunt esse peccatum impœnitentiæ. Nec est idem impœnitens, quod pœnitens. Impœnitentia enim propriè illorum est, qui in obstinatione malitiæ usque ad vitæ terminum perdurant. Hujusmodi ergo impœnitentia, vel obstinatio, seu obduratio mentis in malo nec hîc nec in futuro remittetur, quæ ideo veniam non admittit, quoniam pœnitentiam excludit.

CAP. CCCXCIV.

DE CAUSIS EJUSDEM PECCATI.

IN hanc autem sententiam & foveam, in quam si quis inciderit, non adjiciet ut resurgat, ex diversis descendirur causis; quandoque ex desperatione, quandoque ex præsumptione veniæ & peccati delectatione, quandoque ex infidelitate & contemptu, quandoque ex profunda malitia invidentiæ. Desperatio est, qua quis diffidit de bonitate Dei, æstimans suam malitiam divinæ bonitatis magnitudinem excedere, sicut

Cain qui dixit: *Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear:* & ex hac desperatione corruit in impœnitentiam. Similiter & Judas, qui quamvis iniquitatem suam confiteretur, dicens: *Peccavi tradens sanguinem justum*, & pretium proditionis rejiceret pro sui sceleris immanitate desperans; & ex hoc impœnitens laqueo se suspendit. De talibus dicit beatus Augustinus in libro de verbis Domini: in desperatione Deum non bonum æstimant, tollentes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum divinæ indulgentiæ, quo se recipiant: atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis dicentes misericordiam nullam esse; & super hos peccatores necessaria damnatio debetur. Item Apostolus: *Nescis quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit: Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram.* Sunt econtrario qui justitiam Dei non cogitantes, sed de sola misericordia præsumentes in tanta peccandi & non pœnitendi securitate consistunt, ut & commissa deflere, & committenda cavere contemnant. Unde Salomon, Fili ne adjicias peccatum super peccatum, & dicas, Miseratio Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Item Augustinus de verbis Domini: Quidam sunt qui patientia Dei abutentes, & de misericordia Dei nimium præsumentes, quibus placet malitia propter se, sicut piis bonitas, isti nimia pertinacia & præsumptione peccant, autumantes Deum non esse justum. Hæc autem causa impœnitentiæ maximè solet tepidis evenire, quos nec peccatorum immanitas frigidos, nec charitatis perfectio facit esse ferventes. Unde in Apocalypsi, *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Utinam frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es & non frigidus aut calidus, incipiam te evomere ex ore meo.* Sunt quidam qui ex infidelitate & contemptu in impœnitentiam cadunt, quorum alii non credunt Deum esse, alii credunt Deum esse, sed non ita humana curare, ut aut justis præmia, aut impiis æterna supplicia reddat. Alii verò credunt esse, & humana curare, sed Dei Ecclesiam & Ecclesiastica sacramenta virtutem illam arcanam & ineffabilem quam habent, habere non credunt: & hi ex hac infidelitate peccatorum remissionem in Ecclesia Dei fieri posse omnino non credunt, ideoque in impœnitentiam cadunt. Qui Deum esse non

V. S. Aug. lib. de verbis Domini in evangel. secundum Matth. serm. xi.

Vide eundem sermonem.

non credit, non solùm vel idiota, vel stolidus, aut hebes dicitur, sed insipiens, id est omni sapientia carens, qui omni rationi, omni scripturæ, omni etiam creaturæ clamanti Deum esse non credit, de quo propheta: *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus.* Qui verò justis nec æterna præmia, nec impiis æterna supplicia credit esse reddenda, miserabilius errat de sola Dei misericordiâ prave vel de justitia sentiens. Hic enim nec misericordem nec justum Deum esse credit. Quem errorem tangit propheta, dicens: *Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt.* Et post pauca: *Et dixerunt quomodo scit Deus &c.* Item Sophonias propheta: *Et erit in tempore illo, scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis: non faciet Dominus bene, & non faciet Dominus male.* Gentiles verò, & Judæi, & quidam falsi Christiani remissionem peccatorum per Ecclesiastica sacramenta fieri non credentes, & ob hoc contemnentes in impœnitentiam cadunt, de quibus Augustinus: qui verò in Ecclesia remitti peccata non credens contemnit divini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in Spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit. Ex profunda malitia invidentiæ corruunt in hoc peccatum, qui contra conscientiam opera Dei dixerint esse Beelzebub. De talibus ait Augustinus in libro de sermone Domini in monte: peccatum est ad mortem, cùm post agnitionem Dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & adversus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, invidiæ facibus agitatur; quod fortasse est peccare in Spiritum sanctum. Item Augustinus: Ego autem dico hoc peccatum esse, fidem quæ per dilectionem operatur usque ad mortem deserere. Hæc etiam est blasphemia in Spiritum sanctum, quam neque in hoc seculo, neque in futuro remittendam in Evangelio Dominus asseruit.

Enchirid. ad Laurentium cap. LXXXIII.

Lib. de sermone Domini in monte cap. XLIII. XLIV.

CAP. CCCXLV.

De eadem re.

Cum autem modus vel causa corruendi in impœnitentiam potest prima esse scilicet desperatio, ut qui sic peccat,

desperet, & sic impœnitens fiat. De hac novissima causa, sicut de blasphemia dubitari potest, utrum sit ipsa peccatum quod irremissibile dicitur, & blasphemia in Spiritum sanctum; an ipsa sicut diximus, quædam sit illius causa peccati. Quod enim hoc ipsum sit peccare in Spiritum sanctum & irremissibiliter, plane videtur Augustinus velle dicens: Qui manifeste opera Dei intelligit, cum de virtute negare non possit, sed stimulatus invidia calumniatur, & dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur; non quòd negetur ei remissio si pœniteat, sed quia blasphemus exigentibus suis meritis malis sicut numquam ad remissionem, ita nec ad pœnitentiam perventus sit, sicut Joannes Evangelista de quibusdam blasphemiæ suæ merito excœcatis ait: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcavit oculos eorum & induravit eorum cor, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur & sanem eos.* Nos tamen invictissimam & efficacissimam causam irremissibilis peccati hanc credimus esse; ipsum verò peccatum obstinati cordis, impœnitentiam. Quod etiam ex jam positis verbis Augustini perpendi potest, ubi dicit: non quòd ei negetur remissio si pœniteat, sed quia hic blasphemus meritis suis exigentibus, sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad pœnitentiam perventurus sit. Ecce quòd illa causa meretur impœnitentiam: Unde in libro retractationum memorans se dixisse asserit, ita dicens: Quod quidem non confirmavi, quoniam me putare hoc dixi; sed tamen addendum fuit, si in hac sententia tam scelerata mentis perversitate finierit hanc vitam: quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto non est ubique desperandum, nec pro illo impudenter oratur, de quo non desperatur. His verbis insinuatur peccatum præmissa definitione descriptum tunc solum debere dici ad mortem vel in Spiritum sanctum, cùm habet comitem impœnitentiam. Obstinatissimi enim & desperatissimi quandoque convertuntur, ut Augustinus ait super illum locum psalmi: *Convertam in profundum maris*, id est eos qui erant desperatissimi: Et alibi: *mittit crystallum sicut frusta panis*, id est obstinatos facit aliorum doctores. Talium conversio ibi ostenditur evidenter, ubi dicitur: *Qui eduxit vinctos in fortitudine &c.* Impœnitentia verò tale peccatum est, ut & sui & aliorum im-

Libr. 1. retractationum cap. xix.

pediat remissionem. Unde Augustinus, omne prorsus peccatum & blasphemia remittitur hominibus, ubi peccatum non fuerit cordis impœnitentis contra Spiritum sanctum, per quem in Ecclesia peccata solvuntur, cunctaque alia dimittuntur. Quomodo autem hoc remittetur, quod etiam remissionem impedit aliorum: Omnia ergo dimittuntur eis, in quibus non est quod nunquam dimittetur, nec alia dimittuntur, quia omnium remissio vinculo istius impeditur. Item tanta est labes istius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiamsi peccatum suum mala conscientia agnoscere & annunciare cogatur ut Judas, cùm dixit: *Peccavi*, facilius desperans cucurrit ad laqueum, quàm humilitate veniam peteret. Quod propter magnitudinem peccati jam ex damnatione peccati tales habere credendum est. Item Hieronymus super Matthæum: nihil profuit Judæ egisse pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Si quando frater peccat in fratrem, ut emendare valeat quod peccavit, potest ei divinitus dimitti. Si autem permanent opera, frustrà voce assumitur pœnitentia, hoc est quod de eo dicitur; *& oratio ejus fiat in peccatum*, ut non solum emendare nequiverit proditionis nefas, sed proprii homicidii scelus addiderit. Non est hîc intelligenda peccati emendatio, damni vel injuriæ restitutio, sed ipsius peccati exprobratio & abominatio cum satisfactionis desiderio. Item Augustinus: hoc solum peccatum veniam mereri non potest. Hieronymus de eodem: qui taliter peccat, dignè pœnitere non potest. Et ideo rectè Joannes dicit, ut non pro eo oret quis, quia qui sic peccat orationibus Ecclesiæ hîc vel in futuro juvari non potest habens cor induratum tanquam lapis, sicut de Diabolo legitur. Quod verò aliquis impœnitens sit, quamdiu vivit, judicari non debet, quia sciri non potest. Unde Augustinus: ista impœnitentia, vel cor impœnitens, quamdiu quisque in hac carne vivit, non potest judicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu patientia Dei eum ad pœnitentiam adducit. Unde illud Joannis: *Non pro eo dico ut quis oret*, sic accipiendum videtur, ut pro aliquo peccante ad mortem, vel in Spiritum sanctum, postquam finierit hanc vitam, non oremus. Dum autem vivit, impœnitentem judicare non possumus, nisi fortè

Comment. Hieronymi in Matth. cap xxvii.

In homil. de blasph. in Spirit. S.

per Spiritum sanctum alicui revelatum fuerit. Sicut enim de perseverantia bonorum in bono, quamdiu vivunt, judicari non debet, sic nec de malorum impœnitentia. Unde beatus Gregorius in moralibus: peccatum usque ad inferos ducitur, quod ante finem vitæ presentis per correptionem non emendatur. De quo videlicet peccato per Joannem dicitur: *Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut roget quis.* Peccatum namque ad mortem est, quia scilicet peccatum quod hîc non corrigitur, ejus venia frustra postulatur, de quo adhuc subditur: *Obliviscatur ejus misericordia.* Omnipotentis Dei misericordia oblivisci ejus dicitur, qui omnipotentis Dei justitiæ fuerit oblitus. Quisquis nec justum timet, postea invenire non valet misericordem. Quomodo hæc proveniat obduratio, ostendit beatus Augustinus in sermone de obduratione Pharaonis dicens: primò hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quia nunquam Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Sed dum homines negligentes despiciunt imprimis sua peccata, quia pravi sunt, crescentibus minutis peccatis addunt crimina, & cumulum faciunt, ac demergunt; cùm id factum fuerit, impletur hoc quod scriptum est, *peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnit.*

S. Greg. Moral. lib. XVI. cap. XXVIII.

CAP. CCCXLVI.

Quomodo à minimis ad hoc maximum perveniatur.

ECce quomodo ex minimis peccatis pervenitur ad maximum. Tunc verò ex comtemptu Dei & delectatione peccati incipit superbus & miser non solum diu desiderare, sed semper, si fieri posset, vivere, ut posset semper peccare. Finem tamen tam vivendi, quàm peccandi sustinebit invitus. Deus ergo non ad peccandi respicit terminum, ad quem peccator venit invitus, sed ad voluntatem, quæ quantùm in ipso fuit, perpetuo peccare voluit. Unde beatus Gregorius: Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt, quia in peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, dum vivunt. Ad magnam ergo justitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

S. Greg. lib. IV. dialog. cap. XLIV.

EXCERPTUM II.

EX POENITENTIALI PETRI PICTAVIENSIS CANONICI SANCTI VICTORIS,

Qui in Ms. codice V. Cl. D. Petavii vocatur PETRUS DE S. VICTORE. *Hoc enim habetur in fine.* Explicit Pœnitentiale Magiſtri PETRI DE S. VICTORE emendatum à Magiſtro Jacobo ejuſdem S. Victoris Canonico.

QUOD DUO SUNT PECCATORUM GENERA generaliſſima.

DUo ſunt genera peccatorum. Quædam dicuntur ſpiritualia : quædam carnalia. Hæc ſecundum Gregorium plus habent infamiæ, quia patent ; minus culpæ, quia cauſam habent impulſivam à carne. Spiritualia vero écontrario. Hæc & illa ſolent ſub ſeptenario comprehendi. Sed quia non omnes habent ad manum, nec in memoria prout ſæpe; ea quæ tamen ſunt in uſu crebriori ideo latius proſequimur in hunc modum. Spiritualia, in quibus communius peccatur & frequentius, reor eſſe hujuſmodi, ſuperbiam, invidiam, acidiam ſcilicet tædium boni, cupiditatem, avaritiam, vanam gloriam, negligentiam, iram, triſtitiam, quæ dicitur ab aliquibus tædium mentis cum mœrore, adulationem, detractionem, maledictionem, malam cogitationem, pravam delectationem, pravuſque conſenſus, & ex iis alia ferè infinita provenire, ut impatientiam, ambitionem, ſimoniam &c. Hæc omnia præſcripta ſpiritualia dicuntur præter peccata locutionis. Spiritualia dicuntur peccata ſeu ſpirituales nequitiæ, quaſi peccatis carnalibus oppoſita, quia non exercentur per ſenſus corporis, nec per membra. Item peccatur per omnes ſenſus corporis, & hæc pertinent ad peccata carnalia, ſic & peccata locutionis. Item confitenda ſunt commiſſa, ſive peccata quæ ſunt, quando facimus quæ non debemus, & delicta ſive omiſſa. Committimus quippe

S. Greg. Mor. lib. XXXI. cap. XVII.

mala, bona omittimus, id est opera virtutum & virtutes omittimus.

DE SEPTENNI POENITENTIA.

Idcirco etiam septennis injungitur pœnitentia, quia septem modis fit remissio peccatorum, scilicet per baptismum, eleemosynam, martyrium, correctionem fraternam, mutuam injuriarum condonationem, per lamenta peccatorum, per dignam eucharistiæ sumptionem, & per septiformem gratiam, quicquid in hujus vitæ septenario committitur.

QUOD IN CASU NECESSITATIS RELAXANDUS est rigor Canonum pœnitentialium.

Canonum rigor per dispensationem canonum temperandus. V. suprà

Sicut moderni physici temperant antiquarum violentiam potionum, sic & nos plerumque antiquorum rigorem canonum pœnitentialium, quia non possumus sustinere censuram illius temporis, quandoquidem corpora & merita defecerunt. Tunc enim in amore Christi fortiores & ferventiores erant fideles, quando recens erat corpus Christi: ideoque & valebant & volebant non patienter solum, sed & libenter pro Christo custodire vias duras. Tunc quidem robustiores erant homines; & idcirco in primis legum constitutionibus severiori censura transgressores percelluntur, sicut Petrus erga Ananiam. Unde nonnulli falluntur & fallunt, qui nihil patrum de jure vel Theologia didicerunt; sed magistram sibi fecerunt opinionem suam, & semetipsos docuerunt, & quasi judicantes literis adhærent antiquorum decretorum, quæ antiquata sunt; & quæ multa sunt in decretis Ivonis.



EXCERPTUM III.

EX TRACTATU ANONYMO. DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Cod. Ms. ejusd. Anthorb.

Cujus meminit I. Morinus in lib. de Pœnit.

QUAM SIT NECESSARIA POENITENTIA & quænam est vera?

POEnitentia longè positis necessaria est, ut appropinquent. Est enim, ut ait Hieronymus, secunda post naufragium tabula, quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptam corrumpit, potest pœnitentia reparare. Prima tabula est baptismus, ubi deponitur vetus homo, & induitur novus. Secunda, est pœnitentia, qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reversa repellitur, & novitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per pœnitentiam renovari valent, sed non per baptismum. Licet enim homini sæpius pœnitere, sed non baptizari. A pœnitentia cæpit Joannis prædicatio dicentis, *Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum.* Quod autem præco docuit, idem postea veritas prædicavit, exordium sermonis sumens à pœnitentia. Pœnitentia dicitur à * puniendo, qua quis punit illicita, quæ commisit. Pœnitentiæ virtus à timore concipitur. Unde Isaias dicit: *à timore tuo, Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis.* Est autem pœnitentia, ut ait Ambrosius, mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Item Gregorius: pœnitere est anteacta peccata deflere, &

Hieronymus in lib. 11. comment. in Esaiam cap. 111. & in ep. ad Demetriadem de virginitate servanda.

Ambrosius serm. vii. in psal'nos & in quędam sermone Quadragesimæ sub nomine S. Ambrosii sępe laudato. Gregor. in Evangel. lib. 11. Hom. xxxiv.

* *Sic Isidorus Hispalensis lib. 2. de officiis Eccles. & alii recentiores. Sed rectius sane etymologiam pœnitentiæ Patres antiqui exponunt. Tertull. lib. 2. contra Marcionem cap. 29.* Nam & in Græco sono pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. *Lactantius l. 6. instit. cap. 24.* Græci melius & significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos possumus resipiscentiam dicere.

flenda non committere. Nam qui sic alia deplorat, ut alia iterum committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Canis reversus ad vomitum, & pœnitens ad peccatum. Multi lacrymas indesinenter fundunt, & peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrymas ad pœnitentiam cerno, & affectum pœnitentiæ non habere, quia inconstantia mentis, nunc recordatione peccati lacrymas fundit, & revivescente usu ea quæ fleverat iterando committit. Isaias de peccatoribus dicit. *Lavamini & mundi estote.* Lavatur & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec deserit, & post lacrymas ea quæ defleverit repetit.

Augustinus in libro soliloquiorum, ut quidam autores referunt. Sed vide potius Isidori dialogum.

Item Augustinus: Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta, si repetantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuo iterare.

Aug. in Enchiridio ad Laurentium cap. LXX.

Per eleemosynas propitiandus est Deus, non emendus.

Hinc Augustinus ait: cavendum est, ne quis existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius est enim vita mutanda. Per eleemosynas de peccatis præteritis propitiandus est Dominus, non ad hoc emendus quodammodo, ut ea liceat semper impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, etsi miserando deleat peccata.

Ioan. Chrys. lib. de reparatione lapsi cap. IV.

Item Ioannes Chrysostomus: Talis est, mihi crede, talis erga homines pietas Dei; nunquam spernit pœnitentiam, si ei simpliciter & sincere offeratur. Etiamsi ad summum quis perveniat malorum, & inde velit reverti ad virtutis viam, suscipit libenter, amplectitur, facit omnia, quatenus ad priorem revocet statum quandoque præstantius & eminentius. Etiamsi non oportuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcunque tamen & quamlibet brevi tempore gestam non respuit pœnitentiam, suscipit etiam ipsam quamvis exiguæ conversionis prædictæ mercedem. Quidam verò sunt, qui inter flagella duriores fiunt, ut Pharao, præsentibus æterna consecuturi, ut temporale supplicium sit eis æternæ pœnæ initium. Unde Augustinus: ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima, id est, hîc incipiet & ardebit usque ad extremam damnationem.

Contra eos qui abutuntur hoc juxta S.

Hoc contra illos qui dicunt illud scilicet: non judicabit Deus bis in idipsum, ad omnia pœnitentiæ flagella pertinere,

quia

quia quidam hîc & flagellis emendantur, alii hic & in æternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt, vel ut justis merita per patientiam augeantur, ut Job: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo: vel ad corrigenda peccata, ut Mariæ lepra: vel ad gloriam Dei, ut cœco nato: vel ad initium pœnæ, ut Herodi; quatenus hic videatur, quid in inferno sequatur secundum illud: duplici contritione contere eos. Est enim satisfactio pœnitentiæ, ut ait Augustinus, peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditus indulgere. Unde sane qui scelerate vivunt, nec curant talem vitam moresque corrigere, & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra sibi blandiuntur, quia Dominus ait: *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt.* Hoc enim quàm late pateat, non intelligunt. Multa enim sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus, adjuvamur. Non solùm qui dat esurienti cibum, sitienti potum, & hujusmodi, sed & qui dat veniam peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat verbere eum, in quem potestas datur, & coercet aliquâ disciplinâ, vel orat ut ei peccatum dimittatur, eleemosynam dat, & qui misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur invitis, quando eorum consulitur utilitati & non voluntati. Sed & ea major est quâ ex corde dimittimus, quod in nobis quisque peccavit. Minus enim est erga eum esse benevolum, qui nihil mali tibi fecit. Illud multò gratius, ut tuum etiam inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, etsi potes semper facere bonum, velis, faciasque quantùm possis. Non enim dicenda est illa satisfactio peccati, quâ quis agit pro uno peccato, dum perdurat in altero; quia nihil prodest jejunare, & orare, & alia bona agere, nisi mens revocetur à peccato.

Basilium antiquo canone. V. ep. ad Amphiloch. c. 3 canon. sub nom. Apostolorum. 25.

Perfecta satisfactio in quo consistat.



Duobus MS. Bibl. Victor. & Cholsetanensi.

EXCERPTUM IV.

EX POENITENTIALI

MAGISTRI ROBERTI DE FLAMESBURE

CANONICI S. VICTORIS, ET POENITENTIARII.

LIB. IV.

De Pœnitentiæ ministro.

SOlemnem pœnitentiam non injunget aliquis nisi Episcopus, vel aliquis alius auctoritate ejus, nisi in necessitate. Tunc enim * laicus poterit eum reconciliare.

* *Quomodo hoc intelligi debeat v.* Tertull. l. de *exhortat. castitatis. cap. 7. l. de pudicitia c. 21. Origen. comm in Matth. t. 1. edit. Huet. p. 219. S. Cypr. ep. 20. ad Lucianum edit. Rigalt. Euseb. l. 5. H. Eccl. c. 2. ed. Vales. S. Basil. in R. ad interrog. 261. in regulis brevioribus. S. Ambros. l. 9. exposit. Evang. Luc. & l. 1. pœnit. c. 6. & auct. exposit. ep. 2. ad Cor. c. 2. S. I. Chrysost. homil. 23. in Matth. S. Aug. tractat. 59. in Ioannem.*

MONITUM AD SACERDOTES.

Criminibus occultis non competit pœnitentia publica.

Attende tibi sacerdos, quia quamplures subscriptæ sunt pœnitentiæ publicæ vel solemnes. Tu autem pro occulto peccato nunquam publicam vel solennem dabis pœnitentiam, alioquin pro pœnitentia solennitatem prodes, vel publicabis pœnitentis peccatum: quod est pessimum. Quando ergo pro peccato quod est occultum, publica vel solennis esset danda pœnitentia, si publicum esset peccatum, detrahe pœnitentiæ solennitatem, & ipsam puram injunge pœnitentiam. De alio etiam te moneo, quod aliquem vix invenies, qui subscriptas, quia graves sunt & austeræ, suscipiet pœnitentias. Tu igitur paulatim eas mitigabis, ut aliquam habeat pœnitens pœnitentiam. Nunquam enim dummodo velit cessare à peccatis, omnino sine pœnitentia à te recedet aliquis: alioquin, quod absit, in desperationem eum detrudes & damnationem.

Melius est propter misericordiam dare rationem, quàm propter crudelitatem; v. supra citatum I. Chrysostomum.

EXCERPTUM V.

EX CODICE MS. BIBLIOTHECÆ REGIÆ NAVARRÆ

Sub titulo.

FORMULARII POENITENTIALIS.

QUOMODO SACERDOS POENITENTEM interrogare debeat?

IN primis debet sacerdos interrogare pœnitentem utrum sciat, *Paternoster*, *&* *Ave Maria*, *&* *Credo in Deum.* Si nescit, faciat vel præcipiat instrui eum: & si nimis esset difficile, *Credo in Deum* præcipiat, vel addiscat *Pater &* *Ave Maria.* Doceat eum de forma confessionis, & doceat cum humiliter. Ex transverso ad pedes sacerdotis, si femina sit, sedeat; ex transverso, id est, ex latere præcipue si sit juvenis: ita quòd sacerdos non respiciat faciem in ea externam, & pro eloquio moveat ipsam ad confessionē & compunctionem, proponendo beneficia, quæ contulit sibi Deus, & præcipue passionem Christi. Item quòd non venit Deus propter justos, sed propter peccatores. Item quòd qui bene pœnitent, magis postea diliguntur à Domino: quod patet in Petro, & Paulo, & Magdalena, & multis aliis. Item quòd studeat, & non verecundetur, quia non homini sed Deo confitebitur, seu confitetur; & quia melius est erubescere coram uno homine in præsenti, quàm in die judicii coram Angelis, & omnibus sanctis Dei, & dæmonibus. Debet autem ostendere sacerdos, quantam virtutem habeat confessio. Item quòd peccatum mortale est venenum mortiferum, quod per confessionem est evomendum. Item quòd singula peccata, & eorum circunstantias confiteatur, & caveat ne verecundia diutius dividat confessionem, sed integrè confiteatur; quia si omnia peccata sua confiteretur, & unum scienter absconderet, nihil ei valeret confessio sua, nec posset absolvi: intelligas si esset pecca-

tum retentum mortale &c. tamen quod in se est faciat, & postea Deus dimittet ei quoad pœnam. Si verò non habeat tempus supradicta dicendi, nec essent personæ & solitæ sæpe confiteri, saltem hæc tria verba quæ sequuntur dicere pœnitenti non negligat sacerdos. Primum est quòd sit bene contritus, & de peccatis omnibus. Secundum est quod omnia & singula peccata sua confiteatur, ut supra dictum est. Tertium est quod proponat & propositum firmum habeat in corde deinceps non revertendi ad pristina peccata, nec vel mortale: quod hoc propositum habeat hoc dico, quia multi contritionem & dolorē habent de suis peccatis præteritis quæ fecerunt, & ea confitentur; voluntas tamen mala remanet in corde unum, vel plura repetendi peccata, & si ita est, nihil valet sua confessio. Item quod vere pœniteat, & satisfacere sit paratus. Unde ponat se pœnitens in potestate & judicio sacerdotis, ut eo vivente sit paratus omnia facere pro recipienda animæ vita, quæ faceret pro vitanda corporis morte, & cum eodem desiderio; licet parum sit, ut recuperet vitam infinitam, scilicet Deum. Si verò non vult confiteri, terrores futuri judicii pœnæ inferni terribiliter proponantur: alioquin, accusatorem proprium Deum habebit, conscientiam, Diabolum, peccata sua, & etiam totum mundum; quia, ut dicit scriptura sacra, Pugnabit orbis terrarum contra insensatos, id est peccatores. Si non modo se accusat, accusabit eum Deus. Caveat autem sacerdos, ut doceat ne ipse pœnitens dicat: non potest homo facere, quod non peccet, vel peccemus omnes; vel Diabolus fecit me peccare. Post hoc audita confessione, priusquam pœnitens dicere illud voluerit, interroget sacerdos ordinate & distincte si se tetigerit turpiter ita, quod polluerit se, & corruperit: sic quum esset cum viris, num esset mulier luxuriosa, quia in hoc peccaverunt multi, multæque sæpe didicerunt peccata facere. Post tales interrogationes: quia ante nesciebant, & quia omne peccatum mortale est transgressio mandati Dominici, ideo primo contra Decalogum, id est, decem præcepta peccet, videndum est; ut melius simplex sacerdos peccata cognoscat, ut melius ad pœnitentiam reducat. Sacerdos enim tenetur scire, & alios docere decem præcepta Decalogi, articu-

los fidei, duodecim sacramenta Ecclesiæ. Item de septem criminalibus carnalibus, & spiritualibus, & de his quæ quinque sensibus committuntur, ut sciant ignorantibus peccata detegere, & ad memoriam reducere. Quia de hoc sunt multi sacerdotes ignorantes, idcirco ad eorum utilitatem in præsenti opusculo eis notandum est.

INTERROGATIO DE DECEM PRÆCEPTIS Decalogi.

DIcendum est primo de decem præceptis Decalogi. Circa primum quod est *Non adorabis Deos alienos*, inquiratur, si bene credit in Deum, & omnes articulos fidei: De hoc tamen non expedit interrogare discretas personas & honestas. Item si nunquam exercuerunt, vel exercere fecerunt sortilegia, id est, divinationes, incantationes, maleficia, vel feminas incantare ad facinium; & si credit, quod aliquis facinari possit, ut aliqui credunt, quia est contra fidem, etiamsi dicantur bona verba. Item si credit, quòd feminæ efficientur steriles. Item si credit, quod anima quandoque moritur casu destinato, ut aqua, vel alia morte naturali, vel quod sit ei prædestinatum, vel ordinatum, quia hoc est hæreticum. Item facere diem, vel sortes. Item si observet diem unam, plusquam aliam, ad seminandum, vel aliquid faciendum. Item si præsciat alia de causa. Item, quando videt lunam, si dicat aliquid & si credit, quod luna possit aliquid prodesse, vel obesse, tamen ad quædam facit luna secundùm sui naturam, ut in scindendo arbores, & quædam alia. Item si observat auguria, quando cantat Gallus, vel Gallina in cero. Item quando corvus vel pica vel alia ovis. Item si fecit, vel fieri fecit, vel curavit quod aliquis faceret pedem in domo. Item in quo die iter arripit ad eundum ad aliquem locum. Item si credit, quod umbratici vadant, & comedant: propter quod Dæmones ita homines decipient, quod se transfigurent in hominum figuras, & cetera multa quæ observantur. Sed quicunque qui talia observat consentit, & credit, sciat se fidem Christi & baptismi prævaricasse, & apostare, & paganum esse, & judicium Dei & iram gravissime incurrisse, & damnatum esse, nisi per mi-

sericordiam Dei postea reconcilietur. Hoc enim est sententia Augustini, & sanctorum aliorum. Item non debent servari dies Egiciaci ad minuendum sanguinem, vel aliquid faciendum. Item non solùm sunt hæc in confessione quærenda, & dicenda; sed potius in prædicatione. Ista sunt circa primum præceptum.

Circa secundum præceptum quod est, *Non assumes nomen Dei in vanum.* Quærendum est, si perjuravit se, & si obediens Potenti, Consulibus, & justitiæ, in eo quod præstitit juramentum. Item si fuerit in aliqua causa, vel habuerit quæstionem, vel causam, vel si juravit de calumnia; & quando interrogabatur, si dicebat veritatem, & si ad quæstionem respondebat contrarium. Item ammonendi sunt Consules, ne sæpe præcipiant sub juramento. Item si bene fecerint, & servaverint. Item qualiter Bergarii; & Vinearii & alii tales juramenta sua fecerint; & si affuerint benna & pignora. Item si confessus fuerit quis, quòd fecit vel incurrit perjurium pœnitens, interrogatus quando, & quoties: & sic fiat de omnibus peccatis mortalibus. Item si pronus sit ad jurandum per Deum, vel per sanctos, vel per Evangelium, vel aliquam creaturam: hæc tamen non mortalia, sed gravia venialia. Item si juraverit incaute, indiscrete, vel fraudulenter, vel absque necessitate; quia dicunt sapientes, quod talia juramenta sunt perjuria. Item si juret contra Deum, vel charitatem proximi, ut si jurat quod non loquetur alicui fratri, vel quod non faceret bonum quod tenetur facere, vel quod faceret malum: & tale juramentum non est observandum, sed debet agere pœnitentiam qui hoc fecit. Item si fregit votum aliquod, vel nimis tardaverit illud adimplere &c. solvendo quod compleat illud. Item si sit pronus ad vovendum.

Contra tertium, scilicet, *Sabbata sanctifices.* Quærendum est, si festa & Dominicas observaverit: si fecit aliqua opera mala: si etiam malè disposuit tempus suum ad ludos, circa spectacula, vel tabernas: si in solemnitatibus se abstinuerit ab uxore sua, vel alia muliere, vel aliquid opus simile fecit. vel si ivit ad ducendas coreas, & maxime in Ecclesiis, & devote, sicut quidam qui faciunt vigilias in festis in quibusdam partibus, & faciunt ludos inhonestos.

V. not. ad cap. xi. pœnit. Theod.

Quartum est: *Honora patrem & matrem &c.* Item hîc quæratur, si patrem & matrem percussit: factis vel verbis ad iram provocavit: & si eis in necessitatibus subvenit: & si eos in aliquo derisit: & si patri spirituali scilicet sacerdoti detraxit: & ad Ecclesiam in solennibus non bene ivit, vel ad mortuos sepeliendos.

Quintum est: *Non occides.* Quæratur, si propriâ manu occidit, vel consulit occidere, vel ad hoc consilium dedit. Item si vidit aliquem in articulo mortis, vel fame, vel alio modo deperire: & eum pro posse suo non adjuvit, vel conceptum mulieris perdidit, vel occidi docuit, vel aliquo modo fecit, quòd non conciperet: quia mulieres habentes plures filios quàm vellent non reddunt debitum, sed deffendunt se à marito, vel faciunt pejus, quia postquam ipsis usi fuerint, surgunt, vel se aliter movent. Unde cautè quæratur ab eis, si faciunt aliquid, quod non concipiant: sive hoc ante carnalem commixtionem, sive postea: vel si superbiberit potionem herbarum, vel alterius rei propter illam causam. Item interroget, si aliquem hominem ferro, baculo, vel manibus, odio vel vindicta. Item si in guerra porrexit lapides, quibus aliquem occiderit. Item si habeat aliquem odio, vel si non aliquis cui non loquatur; & si non vult loqui, inducatur ad hoc, si fieri potest: si ad hoc induci non potest, quæratur si ille, cui non vult loqui, fecit sibi injuriam, & minùs fuit culpa, & tanta potest esse injuria vel contumelia sibi ab eo facta, quàm absolvendus est, etiamsi non vult suo inimico loqui; & si aliter esset injuria, & nolet sibi loqui, non debet absolvi, nisi loquatur inimico. Sed dicit, quòd vult ignoscere, & dolet, quòd non potest eum amare. Si dolet de hac mala voluntate, sic potest absolvi. Sed sæpe contingit, quod homo vel femina non vult parcere; & tunc dicendum est, nonne vis tu, quòd Deus parcat tibi? Plus offendisti Deum in centuplo, quàm aliquis te offenderit: & tibi petis peccata à Deo remitti? Tu non potes aliquid habere quod tibi plus valeat ad remittenda peccata, quàm si parcis inimico. Unde Dominus dicit: *Dimitte, & Dominus dimittet vobis qui in cælis est*: & illis qui non parcunt dicitur in Evangelio: *Nisi dimiseritis hominibus peccata vestra, nec pater meus dimit-*

stet vobis, qui in cœlis est; & alia multa possunt dici de hac materia. Item quæratur ab eo, si aliquem induxit ad peccandum, vel malè faciendum, & consilium dederit. Item quæratur ab eo, si durus est ad remittendum, si viderit suum jumentum necari in aqua, vel in aqua mori; si juvaret, si posset: & si fame periret si daret ei panem: si dixerit, quòd nullomodo faceret, non est absolvendus. Si verò dixerit, quod sic faceret absolvatur, & dimittatur sine pœnitentia.

Sextum, *Non mœchaberis.* Quæratur cum quot mulieribus peccaverit, & cum quibus hoc est factum: si erant maritatæ, vel virgines, vel viduæ, vel consanguineæ, vel affines, vel quoties eas cognovit, si meretrices, si fuit inde scandalum, si fuit occultum, vel manifestum peccatum. Item si cognovit aliquam inordinatè, præcipuè uxorem; quia cum illa posset mortaliter peccare, si semper peccat & inordinatè agit cum ea, vel si aliquo modo eam cognovit, vel quemadmodum vir cum femina debet esse; si aliter, peccat gravissimè, & non debet ei mulier obedire. Item si eam cognovit, quum haberet menstruum, id est fluxum sanguinem. Item si in partu & puerperio, illud est mortale: & non peccat tamen mulier, si reddit debitum, dum tamen faciat invitè. Item si turpiter membrum suum tetigerit ita, quòd se corruperit vel polluerit, id est semen effuderit. Item si in solemnitatibus & jejuniis non servaverit castitatem. Item si mulierem tetigerit turpiter secum ludendo, vel osculando, & quoties hoc fecit. Item si aliquam videndo desideraverit, quoniam si homo mulierem desiderat ita, quòd si habere posset, eam pro Deo non dimitteret, & consentit, licet non tangat peccat mortaliter. Item si dederit consilium vel auxilium, quòd aliquis peccet cum aliqua. Item si promisit alicui vel contraxit matrimonium mulier vivo viro suo, quia multæ crediderunt esse in matrimonio, quæ potius sunt in adulterio.

V. Notas ad caput 23. pœnit. Theodori.

Septimum, *Non furaberis.* Quærendum est, si per se fecit furtum, vel per aliam personam, aut si consuluit, vel concessit, seu partem habuit, comedendo, vel bibendo de furto, de præda, vel rapina. Item si fructibus vinearum, vel olivarum damnum fecerit, vel in aliqua guerra. Item si incidit arbores ligna faciendo, vel alia de causa. Item si gallinas,

nas, aut pullos, vel alias bestias furatus fuit, vel percussit, vel bestiis aliquod damnum fecit. Item si solvit mercedem illis, qui sibi servierunt. Item si fideliter laboravit, sicut si fuisset opus suum proprium. Item si incendit Ecclesiam, vel domum in exercitu, vel alio modo. Item si restituit quod invenit. Item si mercedem mercenariis solvere tardaverit. Item si scienter emerit rem furtivam, vel quæ esset de rapina, vel de furto: vel si recepit in custodiam suam fures, aut raptores; vel si decimas non bene solverit, aut si eas retinuerit. Item quæratur à muliere habente virum, si expendit bona domus absque mariti sui licentia infideliter, quia quidquid habet uxor viri, non potest dari sine licentia viri.

Octavum est, *Falsum testimonium non dices.* Quęras si pro aliquo falsum testimonium reddiderit, & aliquis inde damnum habuerit, quia tunc tenetur illud damnum restituere. Item si dicat mendacium, & maximè volendo alium decipere. Item si derisit alios, vel dixerit verba scurrilia, vel moventia ad libidinem. Si seminaverit discordiam inter unum, & alterum, & maximè inter conjuges: & maximè si blasphemaverit Deum, vel Sanctos: si aliquid promisit, quod non servaverit: si fecit proditionem, vel traditionem de alio loco; si causa adulationis laudaverit aliquem de malo, quod fecit; & istud est maximum peccatum.

Circa nonum, *Non concupisces rem proximi.* Quæras si concupivit rem alienam, ut domos vel agros, vineas, aut alias res vicinorum; quia bene potest homo peccare mortaliter, si concupivit rem alienam, nisi justitia mediante, & secundum Deum.

Decimum mandatum est, *non Mœchaberis*, id est, non desiderabis uxorem proximi, non bovem, non asinum, nec aliam quæ sui sit, nisi justitia mediante: & sic habes de decem præceptis.

INTERROGATIO.
De septem peccatis mortalibus.

PRimò videndum est de superbia. Quod peccatum cum difficultate cognoscitur, ut cùm homo superbit de aliquo bono, quod credit in se, ut de nobilitate, formâ, de pulcritudine, divitiis, vel de sanitate. Item cùm credit se me-

liorem quàm sit, & alios contemnit: & gratias quas à Deò habet, se habere non cognoscit ab eo: ut quidam, qui omnia quæ habent ex suo labore & industria credunt habere, & volunt vicinis suis dominari. Secundum est invidia, quæ est, cùm quis gaudet de malo alieno, & de bono dolet. Bene quidem sanctus dixit: Invidia est dolor alienæ felicitatis. Tertium est ira. Quæratur, si manus injecit in Clericos violenter, id est, percussit, & alium proximum vulneravit, aut ei contumeliam vel improperium dixit, & blasphemavit seipsum: si patrem, & matrem, & animas ipsorum diabolo recommendavit. Item si maledixit alicui, & vellet quoddam malum evenisse eidem. Item si permanens est in odio, vel in aliquo peccato mortali, recepit corpus Christi. Quartum est acidia, quæ est tædium alicujus boni, scilicet displicentia, vel cùm displicet alicui ivisse vel officio Ecclesiastico, sive prædicationi interesse. Item si Clericus est negligens in officio suo. Item si horas canonicas prætermittat. Item si Laicus est, quæratur si bene venit ad Ecclesiam in festis: & si loquitur in Ecclesia cum aliis: vel non audit divinum officium libenter: vel non videt corpus Christi cum reverentia qua decet. Item si bene complevit pœnitentias à sacerdote sibi injunctas. Quintum est avaritia: & suprà dictum est de rapina & furto. Hic quærendum est de usura: si habuerit terram sub pignore, & fructus non recipit pro solutione. Item si dat ad medium, vel ad tertium pecuniam; & hoc sine parte damni. Sed aliter peccatur per avaritiam. Unde quæras si simoniam commisit, & si aliquid recepit de exigendo aliquod mysterium in Ecclesia sua. Item si mercator est, si peccat in pondere, vel in statera, vel in numero alios decipiendo: & si vendit malum pro bono. Similiter quærendum de officio cujusque; agricultorum, interrogare debet sacerdos de terris, & finibus terrarum, id est, si de aliena terra trahit ad suam & usurpat: & si non facit hoc, si dimittit propter timorem hominum. Item si bene reddit fisco provisionem, vel bladum de aliena terra, quam colit & laborat. Item si sit Consul: si bene fecit justitiam &c. Alia potest videre discretus sacerdos, sicut scit melius mores eorum inter quos moratur. Item si subvenit pauperibus, & compatiatur eis; vel

si exasperat eos, quando petunt eleemosynas, & dixerit eis malum: & si hospitatur eos. Item si vadit ad sepeliendum pauperes, quia ad divites bene vadit. Sextum est Gula: & debet quæri, si inebriatus est in tabernis: & si quòd ebrietas possit esse peccatum mortale homo bene cognoscit, & scit se cadere in id quod facit inebriari, & sæpe facit, peccat mortaliter. Item si jejunia quadragesimæ, quatuor temporum, & vigilias indictas ab Ecclesia bene jejunavit: alioquin, si potuit, & non fecit, peccat graviter, & facit contra præceptum Ecclesiæ, quod est in vigiliis quatuor temporum, & quadragesimæ; si vinum bibit, quando jejunat, ante prandium, solvit jejunium: aquam verò bene potest bibere. Septimum est Luxuria: quia superius dictum in illo mandato: *Non mœchaberis*, ideo de paucis quæratur. Sed potest quæri, quâ ætate incœpit: si multas concupivit: si ad coreas ivit ut mulieres videret: si personam aliquam infamavit: si tetigit aliquam impudicè, vel inhonestè.

INTERROGATIO.

De aliis peccatis.

ITem interrogetur de peccatis cordis: si vindicare se de aliquo voluit, si delectatus fuit in cogitationibus immundis & luxuriosis; si peccatum reduxit ad memoriam, de quo non dolet. Item de pollutione nocturna, quæ non est peccatum, nisi in his casibus, scilicet ex turpi & præcedente cogitatione ut si desiderasti in die mulierem. Item ex illusione diabolicâ, & infirmitate. Item interrogetur de bonis omissis, id est, de bonis quæ potuit facere, & debuit, & non fecit. Item si tempus suum perdidit. Item si tempus suum perdidit, & maximè tempus festorum; quod debet bene expendere, magis enim peccat quàm in aliis diebus. Item qualiter injunctam pœnitentiam servavit, & qualiter opera nunc fecit. Item in fine subjungat sacerdos: Multa tradidisti oblivioni, de quibus debes generaliter confiteri. Sed tu debes de omnibus pœnitere, & dolere, cum proposito & voluntate confiteri, si fueris memor eorum. Sed propone firmiter nunquam redire ad aliquod peccatum mortale. Caveat sacerdos inter alia, quando audit confessiones, quòd non quærat, antequam di-

xerit confitens quod recordatur; & cum audit, non debet arguere, sed confortare pœnitentem, quòd securè confiteatur. Sed audita confessione tunc debet ostendere, quantùm gravia sunt peccata quæ commisit, & dicere quòd de quolibet peccato mortali debet imponi pœnitentia septenis, id est, septem annorum.

QUALIS POENITENTIA IMPONI debet à sacerdote.

SAcerdos sit cautus in pœnitentiis injungendis, considerando statum personæ, dignitatem, paupertatem, debilitatem, consuetudinem, lacrymas, & devotionem. Superbis injungat humilitatem, & orationem: invidis charitatem, avaris largitatem, iracundis patientiam, & benignitatem: gulosis & luxuriosis afflictiones, & macerationes, ut pote vigilias, peregrinationes, & jejunia. Qui autem Deum offendit, dicat orationes, eleemosynas & opera misericordiæ faciat, & peccata præterita plangat, & plangendo iterùm non omittat. Noë centum annis laboravit arcam fabricando, ut mortem evaderet temporalem, vel æternam. Sit tibi pœnitentia lectus durus, tenuis somnus & brevis, cinis & cilicium. Satisfacere consistit in tribus, scilicet oratione, jejunio, & eleemosyna. Eleemosyna consistit in cordis contritione, proximi compassione, & in manuali largitione. Carnis autem maceratio consistit in quatuor, in oratione, jejuniis, vigiliis, & flagellis, id est, disciplinis, scilicet quando percutit corrigiam qui est nudus vel nuda xx. vel xxx. vicibus plus vel minus, prout qualitas exegerit peccati. Item faciat genuflexiones. Item portet cordam cinctam circa suas carnes: hoc & solet imponi mulieribus; vel portet vestem laneam circa carnes, & cum ista veste jaceat maximè in quadragesima, pane & aqua jejunet. Caveat sacerdos, ne injungat peregrinationem mulieri juveni, Nota quia periculum est. Item injungat mulieribus orationes plures, quàm viris.

DE CLAVIBVS ECCLESIÆ, *& remissione peccatorum.*

Videndum est quid operantur illæ claves, quas Dominus concessit sacerdotibus: utrum ergo claves in hoc sunt scientia discernendi inter peccatum, & potestatem ligandi & solvendi. Sed cùm multi sint sacerdotes, qui non habent istam clavem scientiæ, non habentes, quid erit? quomodo poterunt absolvere? Respondeo, quòd non est illa unica clavis secundùm veritatem. Quæ quidem potestas sive jurisdictio dicitur, tamen pluraliter claves propter plures efficit, quæ sunt ligare, & solvere, & aperire: & ideo dicitur, quòd scientia est clavis, quæ necessaria est potestatem habenti, sicut lucerna in tenebris; & his prælatis dicendum est propriè, quòd solus Deus dimittit peccata, & debitum æternæ pœnæ. Sed potest quæri, quando sacerdotibus dicitur, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur &c.* Habent potestatem, & peccata dimittunt, id est, pœnam corporalem, in quam commutatur æterna, laxant ex clavium potestate.

QVOMODO SACERDOTES LIGARE POSSVNT *& absolvere.*

Primò ligant, id est, ostendunt aliquem ligatum & solutum. Unde Dominus per se leprosos restituit sanitati; deinde ad sacerdotes misit, quorum judicio ostenduntur mundati. Item primò Lazarum suscitavit: deinde mandavit discipulis solvere suscitatum. Secundus modus est ligandi, cùm satisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponunt, vel solvendo de ea aliquid. Tertius modus ligandi est, qui fit per excommunicationem &c. *Et post multa alia de Sacramentis, & variis quæstionibus, in fine ista leguntur.*

Explicit Formularium Pœnitentiale.



EXCERPTUM VI.

EX LIBRO MS. BIBL. VICTORINÆ; *CUJUS TITULUS SIC INSCRIBITUR.*

INCIPIT LIB. QUI CORRECTOR VOCATUR, ET MEDICUS: *qui correctiones corporum, & animarum medecinas continet.*

QUOMODO SACERDOS PLEBEM SIBI commissam tempore pœnitudinis admonere, & instruere debet.

PResbyteri admonere debent plebem sibi subjectam, ut omnis qui sentit se mortifero peccati vulnere sauciatum, cum omni festinatione recurrat ad vivificatricem matrem Ecclesiam; ubi quod male commisit cum omni humilitate & contritione cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia pœnitentiæ secundum modum canonicis auctoritatibus præfixum; & quidquid ei à sacerdote fuerit injunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum, ita diligenter intendat, & cautissime observet.

EPISCOPI, PRESBYTERI QUI RECIPIUNT confessiones, humiliare se debent, & cum tristitia, gemitu, lacrymisque orare non solùm pro suis delictis, sed & pro fratris casu. Cùm ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri ei peccata sua, mandet ei sacerdos, ut expectet modicum donec intret Ecclesiam vel cubiculum ad orationem: dicat autem hanc orationem ad pœnitentiam venientibus.

ORATIO.

DOmine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condignè tibi valeam gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii sacerdotalis, humilemque mediatorem constituisti ad orandum & intercedendum ad Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum pro peccatis, & ad pœnitentiam revertentibus. Ideoque

Dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur & vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum divinæ clementiæ tuæ pro famulis & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt; ut des illis spiritum compunctionis, ut resipiscant à Diaboli laqueis, à quibus astricti tenentur, & ad te per condignam satisfactionem revertantur.

DE POENITENTIA, ET CONFESSIONE, & reconciliatione, & interrogatione illorum, qui peccata sua confiteri desiderant, & ordine ad pœnitentiam eis dandam.

TUnc sacerdos blande, leniterque interroget eum primùm de fide, qualiter credat dicens: Credis in Deum Patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum sanctum. Credis tres personas unum Deum esse. Credis, quòd in ista carne, in qua nunc es, resurgere habes in die judicii, & recipere sive bonum sive malum quod gessisti. Vis dimittere illis qui in te peccaverunt dicente Domino: *Si non remiseritis hominibus peccata eorum, non pater dimittet vobis peccata vestra.* Postea require ab eo diligenter si incestuosus est, aut suo seniori infidelis. Et si non vult incestum dimittere, non potes ei dare pœnitentiam: Si autem vult, potes ei dare. His præmissis pœnitentem sacerdos alloqui affectuose debet his verbis: Frater, noli erubescere peccata tua confiteri; nam & ego peccator sum, & fortassis pejora, quàm tu feceris habeo facta. Sponte debemus fateri, quod nullo cogente commisimus. Si verò scelera nostra celaverimus, ab illo manifestabuntur, qui est accusator peccati & incentor. Ipse enim nos instigat, ut peccemus; Ipse cùm peccaverimus accusat. Si ergo in hac vita præveniamus eum, & ipsi nostri sceleris accusatores simus, nequitias Diaboli nostri inimici effugimus & accusatoris, Paulo teste qui ait: *Si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur.*

V. Similes interrogationes in antiquo libro pœnitentiali Andegavensi, qui editus est à J. Morino in append. lib. de pœnit.

Videns autem eum sacerdos verecundantem, rursùm persequitur: Fortassis, Carissime, non omnia quæ gessisti ad memoriam veniunt. Ego te interrogabo. Cave ne quid Diabo-

lo suadente celare præsumas, & tunc per ordinem interroget, &c.

Post multas interrogationes sacerdotis & responsiones pœnitentis à præcedentibus parum discrepantes sequitur hæc oratio quam dicit sacerdos.

ORATIO.

DEus indulgentiæ, cujus nemo non indiget: mementó famuli tui N. qui lubrica terreni corporis fragilitate nudatus est. Quæso, da veniam confitenti: parce supplici ut qui suis meritis accusatur, tua miseratione salvetur. Qui vivis, &c.

EXCERPTUM VII.

EX LIBRO POENITENTIALI BIBL. VICTORINÆ, A DIVERSIS LIBRIS POENITENTIALIBUS DESUMPTO.

AB his qui ad confessionem veniunt, quærendum est imprimis & maxime à Laïcis, unde sint: Si suo Ordinario confessi sunt: si de ejus licentia vel mandato veniunt, quia secundum responsionem suam potest eis consilium dari, vel pœnitentia injungi. Quilibet Christianus duo habere debet in confessione, fidem scilicet rectam, & veram pœnitentiam. Ad fidem pertinet, ut credat & confiteatur articulos, qui in symbolo fidei exprimuntur, & credat omnia sacramenta Ecclesiæ, hoc quod credit & tenet Ecclesia; spem etiam habeat de venia peccatorum, & vita æterna dummodo pœniteat: charitatem autem habeat, ut Dominum diligat & proximum: erga nullum proximum odium habeat vel rancorem, dimittat debitoribus suis, sicut vult sibi dimitti. Quatuor exiguntur à quolibet pœnitente, dolor scilicet de præteritis omnibus peccatis, quia uno mortali retento, omnia retinentur: cautela de futuris, ut scilicet velit ab omni peccato cavere mortali; integra ac nuda confessio, ac si nunquam locutus fuisset sacerdoti, ex quo mutat confessorem: denique pœna, pœnitentia scilicet sibi

sibi injuncta. Idem per alia verba Joannes os aureum dicit in perfectione pœnitentiæ : quatuor observanda sunt, scilicet compunctio cordis, propositum non relabendi, confessio oris, satisfactio operis. Compunctio nobis commendatur ibi : *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, ait Dominus omnipotens.* Propositum non relabendi nobis commendatur, ubi S. Augustinus dicit : Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat ; & Iterum ; Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata : nihil valet veniam à malo poscere, & mala denuo iterare. Item Gregorius : Qui amissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ graviori se subjicit pœnitentiæ. Et ut ait Ambrosius, Mala præterita plange, & plangenda iterum non committe. Item Gregorius : Pœnitere est anteacta peccata deflere, & flenda non committere. Nam qui sic alia deplorat, ut alia iterum committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Pœnitentia est virtus vel gratia, per quam commissa mala cum emendationis proposito plangimus, & odimus, & plangenda ulterius committere nolumus : quia sic pœnitentia vera est in animo dolere, & odire vitia. Pœnitere enim est pœnam tenere ; ut semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Confessio oris ibi commendatur, ubi dicitur : *Iustus in principio accusator est sui.* Vere enim confitetur qui se accusat, qui execrando malum sibi imputat. Et ibi : *effundite coram illo corda vestra.* Et iterum : *Confitemini alterutrum peccata vestra, &c.* Satisfactio à Joanne præcipitur, ubi ait : *Facite dignos fructus pœnitentiæ,* scilicet ut secundum qualitatem & quantitatem culpæ, sit quantitas & qualitas pœnæ ; quantitas pœnæ debet respondere quantitati culpæ.





EXCERPTA EX SUMMIS ANTIQVIORIBVS.

Cod. Ms. Bibl. V. Bonine.

EXCERPTUM I.

EX TRACTATU DE POENITENTIA quem continet summa Petri Cantoris Parisiensis.

DE QVA CLAVDIVS HEMERÆVS DOCTOR Parisiensis in libello de Academia Parisiensi ex antiquo Chronico Ms. ad an. M. C. LXXIX. hoc refert. Magna summa de Conciliis & Rebus Ecclesiasticis.

DE RELAXATIONIBVS Pœnitentiarum.

QUæritur an in agenda pœnitentia pro alio, vel etiam pro se valeat auctoritas personæ, sicut videtur in pœnitentiis, quæ relaxantur pro parte à Prælatis, maximè in dedicationibus Ecclesiarum. Videtur, quod non possit hoc fieri. Pœnitentiæ enim debent injungi ita cum proportione, ut sufficiant ad delenda peccata. Item si summus pontifex alicui diceret in privata pœnitentia: alii tibi injungerent tres annos, Ego auctoritate mea tibi non injungo nisi

duos: promitto tamen tibi æque profuturos. Nunquid hoc ei liceret? *

* *Ita solet quamplurimas quæstiones proponere, nihil de iis definiendo. De ista vide Tertull. l. de pudicitia c. 22. August. tract. lxxxiv. in evangelium Ioannis. Salvian. l. III. de providentia. Epistolam xciii. Leon. I. ad Leonem Augustum. Bed. t. 5. in cap. xv. Ioan. p. 752.*

ENUMERATIO QUORUMDAM VENIALIUM ab Augustino facta.

ENumerat post criminalia alia quædam, quæ inter peccata dicuntur numeranda. Et de illis per ordinem breviter videamus. I. quoties in cibo vel in potu plus accipit quàm necesse est; Nonne per hoc intelligitur crapula & ebrietas? intellige istud sine nimio excessu. Sequitur quoties plus loquitur quàm expedit; nonne taciturnitas in multis casibus est mortale peccatum? Unde propheta: *Væ mihi, quia tacui.* Et alibi, *nisi nunciaveris iniquo iniquitatem suam. &c.* intellige de taciturnitate quæ est ex obreptione. Sequitur: quoties petentem importune exasperat; & hoc intellige ex obreptione, cùm ignorat qualis sit ille qui petit. Si enim scit eum esse fallacem, meritorium est exasperare ad corrigendum. Si verum pauperem novit, graviter peccat exasperando cum deliberatione, scandalum ei facit. Sequitur, quoties cum sit sanus corpore aliis jejunantibus prandere voluerit. Si hoc dicat de solennibus jejuniis, non videmus excusationem manducantis contra debitum jejunii à mortali peccato; forte loquitur de illo, cui obrepit ignorantia jejunii. Decretistæ hoc intelligunt de jejuniis non indictis, vel præventione horæ in jejuniis dictis. Sequitur: quoties excepto filiorum desiderio uxorem suam cognoverit. Nunquid, quando ut debitum reddat accedit ad uxorem, venialiter peccat? ita, ut dicunt quidam, sed venialissime. Alii dicunt quod etiam ubi causa filiorum accedit, peccatum veniale est adeo modicum, ut peccatum non reputetur. Sequitur: quoties in carcere positos tardius requisierit, & infirmos tardius visitaverit. Nonne hoc contra præceptum Domini est, & in judicio exprobrabitur? hoc intellige & id quod sequitur de reconciliatione discordium, de levi negligen-

tia. Sequitur: si uxorem, filium, aut servum, aut proximum plus exasperavit quàm oportet; & hoc intellige sicut supra de exasperatione pauperis. Sequitur: si cuiquam majori personæ adulaverit. Hoc intellige blandioribus verbis loqui & remissioribus. Sequitur: si pauperibus esurientibus, nimium deliciosa vel sumptuosa convivia præparaverit. Sed nonne debes ita deliciosa eis ut & tibi præparare, maxime si non habes nisi de patrimonio Jesu Christi? bona illa pauperum sunt, tu dispensator es. Numquid lautius debet vivere dispensator, quàm Dominus? Sequitur: si in Ecclesia se fabulis otiosis, de quibus in die judicii ratio reddenda est, occupaverit. Alibi habetur, quia in oratorio nihil fieri debet, nisi id propter quod institutum est. Et hoc igitur intellige, si ex obreptione dicantur; alioquin, videtur mortale. Sequitur: si dum incaute juramus, & per aliquam necessitatem implere non poterimus, perjuremus. Hic etiam intellige juramentum ex obreptione. Sed numquid sic incurrimus perjurium? *Resp.* Perjurium hic dicitur non crimen, sed quia non fit quod juratum est. Sequitur: & cùm omni facilitate vel temeritate maledicimus. Hoc planum est scilicet veniale peccatum esse tale maledictum. Sed quid est, quod sequitur statim: Scriptum est enim: *Maledici regnum Dei non possidebunt? Resp.* Probationem esse quod inducitur ad probandum prædictum esse veniale, quia si ex odio fiat & deliberatione, mortale est. Quod patet per hoc: *Maledici regnum Dei non possidebunt.* Inter cetera notandum, quòd superficies ista exemplorum; quæ ponit Augustinus, similiter se habet ad mortalia peccata & ad venialia. Ut enim de uno loquamur, interdum est mortale loqui plusquam oportet, & tacere plusquam expedit: & quandoque veniale. Inde ergo confundit nos in exemplis, quia non determinat modum vel finem in quo sit mortale, in quo veniale. Sed forte hoc noluit Augustinus intelligere, quòd quantumcumque attenuentur ista, minus sunt peccata sive venialia. Ad hoc videndum quod Augustinus dicit: quoties me cantus magis delectat, quàm res quæ cantatur, graviter me peccasse fateor: per quod intellige mortaliter se peccare. Non potest hoc intelligi de primo motu delectationis, sed de delectatione quæ est in proposito. Sed numquid de omni re quæ agitur, hoc est intelligendum? an tunc

Nota.

demum quando aliquid quod ad fidem pertinet, vel ad salutem, dirigitur in modulationem cantus; & ea de causa inundatur animus audientis, quia sub modulatione aliqua comprehenditur? Si ad hæc referamus, planum est quod dicitur.

EXCERPTUM II.

EX SUMMA MAGISTRI PRÆPOSITIVI CANCELLARII PARISIENSIS,

VIRI SVO TEMPORE INTER SCHOLASTICOS SVMMI.

In tractatu de Pœnitentia.

DE NECESSITATE ET VIRTVTE contritionis.

DE contritione prius dicendum est, de qua quæritur, utrum contritio præcedat natura remissionem, vel reconciliationem &c. Augustinus dicit: Magna pietas Dei, quæ ad solam contritionem peccata dimittit; Ergo cordis contritio præcedit remissionem. Item propheta: *In cubilibus vestris compungimini.* Præcipitur nobis, ut compungamur ad deletionem peccatorum. Ergo compunctio delet peccata. Ergo compunctio præcedit potius quàm sequatur. Item Augustinus: Si homo agnoscit, Deus ignoscit. Et si homo agnoscit, Deus ignoscit, ibi datur intelligi, quòd agnoscere hominis præcedit ignoscere Dei natura. Alioquin, potius debuisset dicere: Si Deus ignoscit, homo agnoscit. Si homo agnoscit conterendo, Deus ignoscit dimittendo. Ergo contritio remissionem præcedit. *Solutio.* Sunt aliqui, qui dicunt quòd remissio præcedit contritionem, dicentes, quòd contritio non est efficiens causa remissionis, sed probatio. Ex hoc enim quòd conteritur homo, probatur, quòd dimissum est ei peccatum. Et dicunt, quòd cum dicitur: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm*, hoc dicitur, non quia est ibi curativa, sed probativa. Magistri nostri dicunt quatuor esse consideranda,

quæ ſimul ſunt tempore; ſed unum præcedit aliud natura; ſcilicet fides, uſus fidei: cordis contritio, peccati remiſſio. Item quæritur, utrum contritio quantulacumque, quæ ſufficit ad deletionem venialis, poſſet ne ſufficere ad deletionem mortalis. Quod ſic probatur: nulla contritio ſufficit ad deletionem venialis peccati, quæ non fit ex charitate: & quælibet contritio habita cum charitate ſufficit ad deletionem mortalis. Ergo quæcumque contritio ſufficit ad deletionem venialis. *Solutio.* Ad hoc dicimus, quòd quælibet contritio habita cum charitate ſufficit ad deletionem mortalis, & venialis. Sed hoc non quæritur, utrum contritio habita cum charitate ſufficit ad deletionem illius. Sed quæritur utrum modica contritio, quæ poſſet haberi cum charitate ad deletionem venialis, poſſit haberi cum charitate ad deletionem mortalis.

DE CLAVIBUS.

NUnc videndum eſt, quid ſint claves ſacerdotis. Quidam dicunt, quòd ſcientia diſcernendi inter lepram & lepram, & poteſtas ligandi & ſolvendi duæ ſunt claves; de quibus in quodam ſermone habetur, quòd ſcientia diſcernendi potior Paulus quàm Petrus: & poteſtate ligandi atque ſolvendi potior eſt Petrus quàm Paulus. Quod propterea dicunt, quia majorem habent poteſtatem curandi exterius, & alia miracula faciendi, quibus viſis homines interius ad fidem & pœnitentiam movebantur. Et ſecundum hoc videtur, quòd aliqui ſacerdotes ſunt, qui claves non habent, quia neſciunt diſcernere inter lepram & lepram: & aliqui qui non ſunt ſacerdotes habent, utpote boni Clerici. Magiſter in ſententiis dicit, quòd non omnes ſacerdotes habent unam clavem. Sed poteſt dici, quòd quilibet habet, niſi ſit omnino amens. Nullus enim eſt, quin ſciat in alio diſcernere inter peccatum & peccatum. Licet enim neſciat diſcernere in omni, & nullus eſt qui ſciat in omni. Sed quia minus ſcit, debet à ſciente diſcere. Reſpondetur, quòd illa ſcientia non eſt in eo clavis, ſed cum ordinatur, fiet. Alii ſunt, qui dicunt, quòd tantùm eſt una clavis ſcilicet ligandi & ſolvendi, ſed propter duos uſus duæ dicuntur. Sed hoc de auctori-

tate non habent. Unde eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Alii dicunt, quòd duæ sunt claves, officium discernendi est una, officium ligandi est alia, secundum quod & omnes sacerdotes & soli duas habent claves. Et hoc satis probabile est.

EXCERPT. III.

EX SUMMA MAGISTRI ROBERTI DE CHORCON,

ILLUSTRISSIMI CARDINALIS, ET LEGATI APOSTOLICI.

In tractatu de Pœnitentia. Quest. I.

EX CAP. I.

Quid sit pœnitentia.

IN primis igitur videndum, quid sit pœnitentia, quid pœnitere: & quæ exigantur ad hoc quod aliquis verè pœniteat. Pœnitentia, ut ait Augustinus, est gratia, qua præterita commissa proposito emendationis plangimus & odimus, & iterum ea committere nolumus. Hæc est vera pœnitentiæ descriptio. Aliam ponit Hieronymus, dicens: pœnitentia est secunda tabula post naufragium, quia baptismus est prima. Per secundam autem, scilicet per pœnitentiam evadimus & ad portum venimus. Pœnitere est, ut ait Ambrosius, commissa plangere, & plangenda non committere: Idem dicit Gregorius, sed aliis verbis: pœnitere est anteacta flere, & flenda non committere. Sed objicitur: Esau flevit & pœnituit, & tamen à Domino reprobatus. *Solutio.* Esau flevit, ex invidia, & damno temporalium, & non in charitate. Sed Petrus flevit amare & in charitate, & respexit eum Dominus.

EX CAP. II.

Quænam exigantur ad veram pœnitentiam.

AD hoc autem quòd aliquis verè pœniteat, tria exiguntur, ut præterita defleat, præsentia declinet, & con-

temnat, à futuris caveat cum firmo proposito non recidivandi: & hoc cum gaudio & dolore, ut secundùm Augustinum in dolore gaudeat, & in gaudio doleat, & se non semper doluisse gaudeat. Doleat, inquam, & conteratur de commissis. Gaudeat, quia vocavit eum Dominus ad pœnitentiam,

EX CAP. III.

Opera pœnitentiæ sine charitate reviviscere non possunt.

QUòd si aliquod opus semel fuerit mortuum, nunquam reviviscere potest. Unde si aliquis peregerit multa opera pœnitentiæ sine charitate, illa nullo modo possunt reviviscere per aliquam gratiam subsequentem: nec illa valuerunt ad vitam æternam, licet ad majorem habilitatem, & ad bonum temporale, & ad pœnæ mitigationem.

EX CAP. XXXI.

De Confessore Principum.

DE Cappellano Principis dicimus, quod triplicem veritatem debet attendere, sed veritatem vitæ, doctrinæ, & justitiæ, ut dicit Hieronymus: quòd melius est, ut oriatur scandalum, quàm ista triplex veritas relinquatur.

EX CAP. XXXVII.

De Confessoribus qui excusant quamlibet simoniam auctoritatis Papæ privilegio adornatam.

SUnt autem quidam superciliosi, qui ex secularibus literis has confinxerunt solutiones ad prædicta, & favorem magnatum. Dicunt enim, Dominus Papa nullam potest committere simoniam, quia ipse habet plenitudinem potestatis: & ita potest licitè omnia ad nutum suum disponere, immutare, & omnia sibi capere. Eodem modo, ut dicunt, principes terrarum omnia bona subditorum ad libitum suum licitè possunt disponere, & sibi assumere sine nota alicujus rapinæ, quia omnia bona subditorum sua sunt; & cum sua sibi vendicant, non rapiunt aliena. Et hoc probant per servos, quos Domi-

Dominus emit cum bonis suis, vel quibus committit sua, quando aliquam terram, quam sibi per victoriam subjugavit, efficit coloniam. Cum ergo isti his adulatoriis adinventionibus magnates inflammant ad rapiendum, nonne addunt oleum camino, & calcar equo? Constans est, quòd si apponis ignem ad comburendam civitatem, incendiarius es: si equum alterius adeo stimules, quod eum interficias, nonne teneris ad restitutionem? Sed anima hujus principis longè pretiosior est, quàm talis civitas vel equus. Anima enim est sedes & triclinium & civitas totius Trinitatis. Si ergo talis incendiator accedat ad te in foro pœnitentiali, qui longè est pretiosior quàm publicus incendiarius, nonne injunges ei ut omnia restituat pro posse suo in solidum? Quod sic probatur: tu injunges publico incendiario, ut resarciat in solidum damnum quod accidit per ejus incendium. Sed longè majus damnum accidit per incendium hujus pravæ doctrinæ. Ergo multo fortius debet injungere ista, qui per incendium infectæ doctrinæ istum magnatem & totam ejus terram destruxit; quia si aliquis plurimùm punitur pro minori crimine, longè plus puniendus est pro majori ille, qui scindit unitatem Ecclesiasticam Quod incendiator talis facit, teste Salomone in proverbiis dicente: *Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus.* Scilicet peccatum ejus, qui inter fratres seminat discordiam. Quod facit, qui hunc magnatem incendit ad subditos infestandos &c. De Domino Papa dicimus, quod si aliquid faciat contra fidem & mores, non est audiendus in hoc: quicquid ipsi asserant. Unde si per ipsum intrudatur aliquis in Ecclesiam aliquam, vel quædam contra institutionem antiquam, & Ecclesiæ libertatem approbata sunt, simoniam committit; quia sic approbatam Ecclesiæ libertatem, & sanctorum Patrum violat instituta, quæ immutare non potest, nisi cognita causa justa & generali concilio convocato.

Attende & nota pro libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ.

EX CAP. XXXVIII.

Quomodo Confessor se gerere debet erga simoniacos, & eos qui pauperum patrimonium dissipant.

SEquitur de illo casu, quo tota hodie Ecclesia percellitur. Contingit enim frequenter, quod ad forum pœnitentiale accedit aliquis, cujus radice corrupta, rami putridi, fructus infectus, in quo est dæmonium, quod nec jejunio nec oratione expellitur: quia cùm promotus sit ad plantationem, interventu tamen Cæsaris, aut sceleris, aut sanguinis nunquam expendit bona pauperum in pias causas. &c. Si ergo talis volens per omnia satisfacere, & digne pœnitere, accedat ad te, quid dices ei? Injunges ei jejunia, & orationes, & eleemosynas? Probatur quod per ista non expellitur dæmonium illud mutum, quia venenum ejus pertingit usque ad radicem, ramos, & fructus. Arbor tota corrupta est, & infecta in eo, quia qui prælationem ei contulit, maledictionem Dei incurrit juxta illud Hieremiæ. *Maledictus qui facit opus fraudulenter.* Cùm ergo talis tam enormiter institutus in pluribus prælationibus non in regimen sed in confusionem animarum infinitarum, accedit ad te in foro pœnitentiali, ut digne pœniteat & satisfaciat per omnia, quid dices ei? Nonne injunges ei, ut omnibus abrenunciet & omnia pro posse suo restituat? Hic non potes incedere media via, cum videas eum percussum ulcere pessimo à planta pedis, usque ad verticem capitis Sic nec in expositione veteris & novi Testamenti, nec in canonibus aliud consilium invenire possumus, nisi illud quod de filio prodigo legimus. Qui enim, cùm videret sibi esse famem in regione longinqua pascendo porcos, nec saturitatem inveniret in siliquis, rediit ad amplexus patris: sic iste qui bona pauperum de patrimonio crucifixi in illicitis vel superfluis expendit, & qui non gratis, sed contra canonum statuta intrusus est ad prælationes, debet, si digne vult satisfacere & esse in statu salvandorum, omnia resignare sine spe rehabendi.

Nota.

Nota.

EX CAP. XXXIX.

De eadem re.

ITem dæmonium illud, quod nec oratione, nec jejunio expellitur, non tantùm cathedrales Ecclesias occupat, sed etiam claustra. Contingit enim sæpe, sicut in multis hodie locis vidimus, quòd claustralis deprehendit omnia quæ comedit, omnia quibus vestitur, omnia prædia, omnes redditus quos habet monasterium, vel ferè omnes esse de usura, vel de rapina, vel de simonia, aut de alio modo illicitè acquisita. Cum ergo meticulosam habeat conscientiam, accedit ad te qui es ejus Episcopus, vel ad Cardinalem, vel ad Dominum Papam, & quærit in foro pœnitentiali, quid sit ei agendum; tu ad cujus forum accedit, an dices ei ut commoretur, aut ut exeat, aut ut credat consilio Abbatis? Si dicas, quòd commoretur, occurrunt auctoritates multæ, quæ eum pungunt undique. Una est Salomonis in proverbiis: *Victimæ impiorum abominabiles sunt Deo.* Et iterum ibidem dicitur: *Honora Deum tuum de tua substantia.* Ibi sic exponit Augustinus, *de tua*, id est non de aliena, non de rapina. Et iterum: *Venientes autem venient portantes manipulos suos.* Quod sic exponitur: *Suos*, id est non alienos. Item in Isaia sub persona Christi dicitur: *Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocaustum.* Item in Levitico habetur: *Omne morticinum & raptum à bestiis non comedetis.* Morticinum est omne illud quod per mortale peccatum acquiritur. *A bestia raptum*, id est à bestiali quocumque raptore. Et Tobias: *Nos filii sanctorum sumus. Non licet nobis edere, vel etiam contingere de rapina.* Per has ergo & consimiles auctoritates ille punctus medullitus dicet tibi quod non potes sana conscientia ibi morari, cùm ibi non inveniat nisi mortem in olla, & amaritudinem in aquis. Nonne, si potest, quæret farinulam Elisæi, ut mors tollatur ab olla, id est, omne cauterium à conscientia: Et salem similiter Elisei ut sanentur aquæ in Jerico, id est, infecti in claustro? Quid ergo dices isti? Si dicas ut exeat, cùm non possit redire ad seculum, quia *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei,*

Nota. (margin, beside "comedit")
Nota. (margin, beside "ctus medullitus")

oportet eum transire ad honestius claustrum; Sed esto, quòd nullum inveniat claustrum nisi tali rapina infectum, nec aliquod heremitorium nisi latronibus obsitum: vel forte in tali regione est, ubi nec heremitorium, nec aliquod invenit claustrum, &c.

EX CAP. XL.

Solutio Quæstionis.

ECce monasterium quoddam, quod omnes monachos quos habet, non gratis, sed ad interventum pecuniæ suscepit. Nunc tandem cognoscit Abbas cum toto capitulo se cum omnibus labem Simoniæ contraxisse, & modo omnes sunt in articulo mortis, vel instat solemnitas Paschalis, & volunt condignè satisfacere de omnibus ad arbitrium tuum, qui es prælatus eorum, Quid consules eis? Tu scis quòd indignè omnes introierunt: & quod nihil habent nisi per simoniam acquisitum: & quòd non expellitur prædictum dæmonium, nisi plena fiat restitutio, si potest fieri. Ergo debes eis dicere, ut omnes abscedant nudi, potiùs quàm ibi pereant; Sicut vir sanctus consuluit de facto, qui per revelationem cognovit, quòd quotquot erant monachi in quodam tali claustro descendebant ad infernum: & fœnerator qui fundavit illud jam mortuus, & ibidem ante altare sepultus de nocte dæmonio agitatus fustigavit primò surgentes ad matutinas singulis noctibus, quousque illum ab illo loco ejecerunt. Unde tandem per eamdem revelationem edocti non posse salvari, nudi aufugerunt, & locum illum penitus subverterunt.

EX CAP. XLV.

De Pœnitentiæ qualitate, & remissione.

DIcimus, sicut solet dicere Cantor Parisiensis, quòd sacerdos in confessione debet præcidere omnes radices & actiones peccandi: & tandem si videat eum pronum & lubricum ad recidivandum, temperet & diminuat pœnam pœnitentiæ; ne austeritate pœnæ desperando redeat in idipsum cul-

pæ, & ita descendat in idipsum gehennæ, juxta illud evangelii: *Nolite mittere vinum novum in utres veteres: alioquin rumpentur, & vinum effundetur.*

EX CAP. XLVI.

Vtrum nonnisi sacerdos proprius possit dare consilium, & pœnitentiam indicere.

Dicimus, quòd duo præmissa, scilicet dare consilium, & pœnitentiam indicere, conveniunt cuilibet alieno sacerdoti, si tamen habeat illud per speciale mandatum superioris, ut Episcopi, vel legati Domini Papæ. Unde claustrales sancti Victoris non haberent hoc, nisi de mandato Episcopi Parisiensis. Unde nec ipsi, nec aliqui alii sine mandato Domini Episcopi possunt se ad hoc intrudere. *Nota.*

IN QUÆSTIONE II.

DE GENERALIBUS ABSOLUTIONIBUS.

EX CAP. XIII.

Vtrum sacerdos aliquomodo possit commutare in foro pœnitentiali restitutionem faciendam à pœnitente, in aliam pœnitentiam.

Iste multa rapuit, & sacerdos ejus vel Dominus Papa imprimit ei crucem pro omnibus peccatis, & pro raptis omnibus, vel injungit peregrinationem. Quæritur ergo si hæc peregrinatio possit redimere hanc restitutionem, ad quam iste tenetur. Videtur quòd non. Nam ex ore Salvatoris habemus contrarium in Levitico, *quòd si macula lepræ in tegmine, vel in subtegmine, vel in pelle fuerit alba, vel rufa per rapinam; si creverit, abjicietur leprosus extra castra: Si verò steterit lepra, locus ejus abrumpetur, & abscindetur in solido per sacerdotem.* Lepra stans dicitur esse in fœneratore & raptore, quoniam cessat à rapina vel usura, sed non restituit ablata. Ergo cum nullus possit dispensare contra Domini mandatum, nec Papa, nec *Nota.*

alius potest commutare restitutionem faciendam, vel in pœnam peregrinationis, vel in aliam. Item ut dicit auctoritas; lepra in tegmine est lepra in intentione; lepra in subtegmine est lepra in operatione; lepra in pelle est lepra in carnis maceratione. Sed quoniam homo pro jejunio, vel continentia gloriatur, sacerdos discretus omnia illa debet proscindere. Ergo non debet sic pœnitentiam per aliam pœnitentiam commutare. Ergo non imponere debet alicui pro restitutione facienda iter peregrinationis Jerosolymitanæ, unde glorietur, vel aliquam lepræ maculam incurrat, quia dicit Dominus in Levitico: *Vestimentum, & omne illud, in quo inventa fuerit lepra, pollutum judicet sacerdos, & flammis comburetur, &c.* Dicimus ergo, quod nihil valet relaxatio prædictis, vel peregrinatio: & quod Ecclesia non habet hîc aliquam auctoritatem hoc faciendi, cùm non possit dispensare contra vetus & novum Testamentum.

Nota.

IN QUÆSTIONE III.

DE CLAVIBUS.

EX CAP. II.

De usibus Clavium.

SEquitur de usibus clavium. Sunt autem multiplices earum usus. Quidam enim est in absolvendo, quidam in ligando: tertius est his duobus adjunctus, scilicet in discernendo inter lepram & lepram, inter mundum & immundum. Est autem ligatio, vel absolutio una culpæ, & ab illa solus Deus absolvit: alia pœnæ quadruplicis, scilicet pœnæ pœnitentialis, pœnæ excommunicationis, pœnæ purgatorii, & pœnæ gehennalis. A prima absolvit Deus simul & sacerdos, & ligat tam Deus, quàm sacerdos. Similiter à secunda quæ est excommunicationis, quia & sacerdos excommunicat, quando contumacem ab ecclesia separat: & Dominus, quando eum extra archam diluvio submergendum relinquit, velut Judæum & Paganum. De tertia similiter dicimus, quòd

Nota.


ſacerdos per ſuffragia Eccleſiæ celerius abſolvit intrantem purgatorium, & ipſe pœnitens ſeipſum illa pœna ligat, cùm opera pœnitentialia implere contemnit: & ſacerdos illum ligat tali pœna, cùm morienti pœnitentiam indicit, quam ibi ſupplebit: & Dominus ſimiliter ultima pœna, ſcilicet gehennali. Semel ligatum nec Deus nec homo ſolvit, quia Deus & homo impœnitentem ligat. Hic ergo oritur quæſtio, utrum ſacerdos dimittat peccata, cùm auctoritas Auguſtini dicat: Nemo dimittit peccata, niſi ſolus Deus. Et Ambroſius in libro de paradiſo: Solus Deus dimittit peccata, qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt. Item Ambroſius: ſacerdos officium ſuum exhibet, ſed nullius poteſtatis jura exercet. Sed contra Ambroſius ait in eodem libro: Certum eſt, quod Eccleſiæ utrumque licet, ſcilicet ligare & ſolvere: hæreſis utrumque non habet. Item ſuper illum locum: quodcumque ligaveris ſuper terram, &c. dicit auctoritas: cœleſtis curia approbat ligatum & abſolutũ, ſcilicet quod ſacerdos ligat & ſolvit: & ita ſacerdos ligat & ſolvit. Quod iterum probo per Leviticum ſacerdotem cujus intererat cognita lepra à caſtris ejicere, & mundatum in caſtra admittere. Et ita Leviticus ſacerdos hos ſolvebat, ſed multo magis iſta conveniunt ſacerdoti Evangelico, &c. Nos verò aliter ſolventes dicimus, quòd aliud eſt forum pœnitentiale, quod eſt intra Eccleſiam militantem: & aliud eſt illud arcanum propitiationis & electionis divinæ, in quo Dominus ſine omnibus meritis præcedentibus per infuſionem primæ gratiæ & contritionis internæ remittit omnia peccata pœnitentis. Et poſtmodum ſacerdos in ſuo foro ſuum modum habet remittendi eadem peccata, quoniam ipſe ſcilicet percipit contritionem in iſto, & percipit quòd Deus omnia ſua auctoritate dimiſit in eo. Tunc ſiquidem approbat in ſuo foro & judicio quod Deus priùs fecit, & quaſi præconis voce oſtendit dimiſſa peccata ipſius. Quæ oſtenſio hîc dicitur remiſſio. Et hoc plurimum valet, quia per talem oſtenſionem recipitur in gremium Eccleſiæ ad participium omnium ſuffragiorum ejus, & in filium ſpiritalem ipſius: & ad hoc ut ſit de Eccleſia, & numero, & merito: ut ſit electum membrum ipſius, ne ab alienis poſſit accuſari, quia habet teſtimonium ab Eccleſia

Ex cap. iii. quæſt.

Ex cap. iv. quæſt.

Nota.

suæ innocentiæ & purgationis perfectæ. Quod ostensum est à Domino, ubi suscitavit Lazarum mortuum, & præcepit eum exire, & tandem dixit discipulis: *Solvite eum*, quasi diceret: ostendite per manifestationem vestram circa Lazarum, quæ Ego feci excitando eum in anima. Et hoc idem ostendit ubi ait leprosis: *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Quasi diceret: sicut Ego mundavi in vobis lepram peccati, ita per sacerdotes ostendatur vos esse mundatos, ut recipiamini in participium suffragiorum ecclesiæ. Et habemus super hoc expressum simile. Ecce aliquis deprehensus est in aliquo crimine, ille voce præconiâ & auctoritate Regiâ adjudicatur suspendio; tandem Rex miseratione motus in aula sua remittit ei culpam, & hoc ignorante præposito civitatis, qui fecit edictum. Ad hoc ergo quod iste plene absolvatur à plebecula, oportet quòd præpositus Regis voce præconia editum emittat, quo ostendat eum solutum esse à Rege, & ideo liberandum à plebe.



PRÆCLARA

MONITUM
DE EXCERPTIS SUBSEQUENTIBUS.

CUm pleraque Ecclesiasticæ Disciplinæ monumenta jam excusa essent, à viro Doctissimo D. Feronio Canonico Carnotensi & socio Sorbonico accepi Pœnitentiale *Ioannis de Deo*. Quare quæ ex eo decerpsimus extra locum suum velut appendice hîc reponere necesse fuit. Licet hic autor Doctor Decretorum numquam supra Decretum sapiat, tamen ea quæ in corpore Decretalium & Decretorum sparsa sunt ita aptè ad suum pœnitentiale absolvendum disponit, ut multis videri debeat utile. Singulares aliquot complectitur opiniones: E. C. quum sic loquitur in capite de pœnitentia & confessione Papæ: *quæritur cui debeat confiteri, & videtur quod nulli nisi Deo, ut faciunt Græci: ut probatur de pœnitentia D. 1. c. ult.* Similes accommodationes in isto pœnitentiali leguntur. Ad usum studii Bononiensis, ad utilitatem totius Ecclesiæ, & ad honorem Dei Ecclesiæque Romanæ atque ejus venerabilis præsulis Innocentii IV. compositum est; quemadmodum initio libri his verbis declaratur: *Ad honorem summæ Trinitatis, & individuæ unitatis Patris & Filii & Spiritus sancti, & beatæ virginis, & omnium Angelorum, & omnium sanctorum, & præcipuè beati Vincentii, & ad honorem & nomen venerabilium Patrum Episcopi & Capituli urbis Bononiensis, & ad utilitatem universi studii, & ad honorem Romanæ Ecclesiæ, & ejus venerabilis præsulis Innocentii IV.* Privatim verò suum opus Joannes de Deo Episcopo & Capitulo Bononiensi dedicat. Sic enim incipit præfatio: *Venerabili Patri ac Domino à divina providentia urbis Bononiensis Episcopo, & venerabilibus viris Decano, Archidiacono, Cantori, Thesaurario, & Magistro scholarum, & universo Capitulo ejusdem, Magister* Joannes de Deo *Doctor Decretorum Canonicus eorumdem & servus ipsorum providentiæ, salutem in eo qui est omnium vera salus cum reverentia tam debita quàm devota. &c.* Primum differit generatim de vitiis cujuscumque status & confessione: deinde speciatim & maxime de pœnitentia & confessione Prælatorum, ut summi Pontificis, Cardinalium, &c. Pluribus omissis, ea quæ in hoc pœnitentiali præcipua sunt, selegimus, & quibus capitula Theod. de pœnitent. exponuntur



EXCERPAT
EX
POENITENTIALI
MAGISTRI
JOANNIS DE DEO,
DOCTORIS DECRETORUM.

De Confessione Infirmorum, & eorum Pœnitentia.
Ex lib. 1. cap. 1.

SIc tene quod subtiliter & astutè debes ab infirmis inquirere qualiter se habuerunt in sua sanitate, dicendo eis sic: Fili, confitere quòd homines sumus, & sine peccato esse non possumus: nam si confessus fueris & contritus, & proposueris non peccare, Deus sine dubio tibi remittet culpam, & ego te absolvam à pœna, si te totum commiseris in judicio meo, vel alterius Sacerdotis. Quòd autem verum sit, probatur his verbis, &c. *In quacunque hora peccator ingemuerit & conversus fuerit, peccatorum suorum non recordabor amplius.* Si autem nolueris confiteri in hac vita, confiteberis in alia invitus in conspectu omnium Angelorum, amicorum & inimicorum, & condemnaberis in perpetuum, &c. Quòd verò Sacerdotes possint relaxare pœnam à verè contritis, probatur; quia dicitur, quod Vicarii sunt Sacerdotes Jesu Christi, & habent claves regni cœlorum, & absolvunt ante diem Judicii. Si autem aliquis non verè contritus est, Sacerdotes eum non possunt absolvere, quia cum culpa remissa non est, pœna demi non potest, &c.

Quid facit Sacerdos, postquam audiverit Pœnitentiam Infirmi.

Ex cap. 2.

Postquam autem sciveris confessionem infirmi, non debes ei pœnitentiam injungere, sed tantum innotescere, dicendo sic: si tu esses sanus, tot annis deberes pœnitere; sed quia tu es infirmus, non impono tibi pœnitentiam, injungo tibi, quòd si mortuus fueris, facias dari pro hac pœnitentia tantum: & Ego absolvo te auctoritate Domini Dei nostri Jesu Christi, & beati Petri Apostoli, & officii nostri. Item injungo tibi, quòd quamprimò fueris sanus; antequam divertas ad alia servitia, venias ad me vel ad alium sacerdotem, & confitearis iterum similiter, & devote recipias pœnitentiam, quæ injuncta tibi fuerat, &c.

De Confessione sani, & de pœnitentia sibi imponenda.

Ex cap. 3.

Si autem fuerit sanus, qui tibi confitetur; prævideas utrum sit liber vel servus. Si est servus, inquiras utrum peccavit timore Domini vel spontanea voluntate. Si autem peccaverit timore Domini, licet vi ei obedire non licuisset contra Deum, tamen mitius erit servus puniendus. &c. Si autem servus peccaverit spontanea voluntate sine culpa Domini sui, in eo casu servus acrius est puniendus in corpore &c. habito tamen respectu de itinere peregrinationis, ne imponatur servo, in quo Dominus damnificetur propter absentiam servi &c. Si autem erit liber, fortius debet puniri, si spontanea voluntate peccavit. Nam totam pœnitentiam impositam à Canone sustinere debet, si possit fieri, &c.

De Pœnitentia Divitum.

Ex cap. 5.

Si fuerit Dives, qui tibi confitetur; requires subtiliter & astute, quæ fuit causa, quare incidit in peccatum illud: & promittas semper veniam, si tibi confitetur &c. Impone ei pœnitentiam in istis tribus, scilicet in jejunio, & oratione, & eleemo-

syna : provideas tamen, si homo delicatus sit, non des ei asperum jejunium &c.

De Confessione Puerorum.

Ex cap. 6.

Circa confessionem puerorum doli capacium sic procedas: Primò interroga in genere, si aliquod peccatum commisit, mulcendo eum præmiis cœlestibus, si vere fuerit confessus; & terrendo eum pœnis æternis, si non fuerit vere confessus. Interroga de circonstantiis, scilicet de causa, de loco, & tempore, sicut dicemus in titulo de circunstantiis: & impones ei pœnitentiam minorem aliquantulum, quod si esset adultus: si autem non fuerit doli capax, mitius debet puniri, quia tales nesciunt quid faciant &c.

De Pœnitentia Senium.

Ex cap. 7.

Si autem fuerit Senex, qui tibi confitetur; considera si est in ætate decrepita quæ est Senium, & post 80. annos, & tunc eum grava orationibus, & releva in jejuniis &c. Si autem fuerit senex, id est in senectute constitutus & non in senio, id est à 60. annis usque ad 80. tunc fortius punias, quàm si esset in ætate decrepita, quia tales senes cum peccant trahunt juvenes ad interitum.

De Pœnitentia Prælatorum in genere.

Ex cap. 8.

Si autem fuerint Prælati, qui tibi confitentur; si peccatum est manifestum, acrius eos punias propter malum exemplum quod dederunt, quia quod agitur à Prælatis facile subditur à subditis in exemplum &c. nam tunc peccatum magis extenditur, & in subditis propagatur, quando prælatus peccator pro reverentia ordinis à subditis sustinetur, &c. Si autem fuerit occultum peccatum, mitius eum punias, quia ubi malum oritur, ibi debet mori &c.

De Pœnitentia Minorum Clericorum in genere.

Ex cap. 9.

Circa pœnitentiam aliorum Clericorum ſic procedas, conſidera ſi eſt ſacerdos, & gravius punias eum quàm Diaconum & gravius Diaconum quàm ſubdiaconum, & quàm alios in minoribus ordinibus conſtitutos, quia homo Chriſtianus duobus modis fortiter cadit in peccatis, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

De Pœnitentia Monachorum & aliorum Religioſorum in genere.

Ex cap. 10.

Circa Religioſos qui tibi aliquatenus confitentur ſic procedas: injungas eis loco pœnitentiæ, quod ſervent de cetero regulam, cui ſe obligarunt, quia hoc erit ſumma pœnitentia &c.

De Pœnitentia Mulierum in genere.

Ex cap. 11.

Circa pœnitentiam mulierum ſic procedas. Primò ſi eſt puella præſertim virgo ſub poteſtate parentum, & affligas eam in pœnitentia ſecundùm Canones, in jejuniis præcipue ut domet carnem ſuam ne laſciviat in luxuria: nam luxuria mulierum fœtida eſt, & acrior, quàm in viro; & ideo acrius debet domari in abſtinentia ciborum &c. Item prævideas, ſi eſt conjugata, & in eo caſu imponas ei pœnitentiam ſine ſcandalo viri: ita quòd ſi vir fuerit abſens, jejunet & affligat ſe quantum Deo poterit ſecundùm arbitrium tibi à Deo datum; præſertim ſi per adulterium maculaverit thorum viri, ad quod nulla conditione debuiſſet induci &c.

De pœnitentia Viduarum in genere.

Ex cap. 12.

Si autem erit vidua, inquiras diligenter de circunſtantiis, & punias eam in jejunio fortius quàm alias mulieres; nam orationibus ſuis & meritis debent Eccleſias adjuvare. Tamen

considerando, si est anus quæ non possit jejunare: & tunc releva eam in jejunio, & aggrava in oratione, cùm sit suum semper orare usque ad exitum vitæ suæ &c.

De Pœnitentia Pyrocararum.

Ex cap. 13.

Si autem fuerint Pyrocaræ quæ de pulvere nuperrime surrexerunt, gravabis eas jejuniis & orationibus: injungens eisdem, ut non de cetero sub specie pietatis religionis impietatem pallient, sed viros accipiant, si votum solemniter non fecerint, vel castitatem servent quam Domino promiserunt. Nam, ut dicit sanctus Hieronymus, melius fuisset conjugium subisse, & ambulasse per plana, quàm ad altiora tendere, & in inferni profunda cadere &c.

De Circumstantiis quæ aggravant peccata.

Ex lib 3. cap. 6.

Hæc debet considerare peccator in confessione facienda, dolorem, quia peccavit in Dominum, ætatem, sapientiam, considerationem non peccantium, purgationem lacrymarum, dolorem amissæ virtutis; dolorem quia operatur bonum, dolorem quia in tam brevi vitâ non determinavit bene; qui offendit in unum est factus omnium reus: dolorem quia Dominum non timuit qui fuit plenus sapientia; ille culpabilior qui Deo acceptior: Adam plus peccavit, quia omni bono abundavit: omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio: amor pecuniæ minorat castitatem; omnis virtus in quocunque crimine deficiens est. Et hæc omnia probantur auctoritatibus Augustini, Alexandri Papæ, & Gregorii.

Hæc sunt sacerdoti in confitente consideranda.

Ex cap. 7.

Dolor de malis exemplis datis proximis, dolor de tristitia bonis illata, dolor de lætitia quam bonis non intulit, dolor major de Dei offensione. Nemo potest dominis duobus ser-

vire, sed amor perseverantiæ peccati unius est amissio omnium bonorum. Pœnitens se ponat totum in judicio sacerdotis, faciat pro salute animæ quidquid faceret pro temporali vita, cujus gaudio certus est: propter veniam abstineat à licitis, qui ultro peccavit: ad cor respicit Deus, non ad manus tantum. Non est dividenda confessio diversis sacerdotibus; corruptus & corrupta timeat iterum corrumpi exemplo Dinæ filiæ Jacob. Hæc quoque sunt consideranda ætas, locus, ordo, sapientia, tempus; hæc peccator debet considerare in sua confessione. Sacerdos autem debet habere respectum ad lacrymas pœnitentis, ad gemitus, & ad circunstantias quæ dictæ sunt, & debet ei dicere: Fili mi, considera quòd eæ sunt circunstantiæ quæ detinent hominem in peccato, scilicet consuetudo mala quæ fit altera natura; nam per pravam consuetudinem non potest amplius homo resistere. Item alia causa est, quia homo qui non confitetur peccatum de facili cadit in aliud peccatum, ut dicit sanctus Gregorius, peccatum quod per pœnitentiam non purgatur suo pondere trahit ad aliud peccatum. Est & alia causa, quia peccatum tanquam mors latenter occurrit, & subitò. Est alia causa quæ non permittit infirmum venire ad pœnitentiam, scilicet anxietas morbi. Est etiam alia causa quæ impedit pœnitentem scilicet pudor confitendi, & fuga pœnæ, &c. Debes tu sacerdos confortare pœnitentem ne desperet, etiamsi confiteatur tarde, quia Deus est potens in uno momento hominem convertere & salvare in pœnitentiam potius quàm damnare ex justitia &c.

Qualiter debet fieri Confessio.

Ex cap. 8.

Debet autem fieri confessio secundum auctoritatem sanctorum Patrum, simpliciter, ut accuset se & non alium, juxta illud: *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandam excusationem in peccatis.* Humilis cum pura intentione sine hypocrisi. Unde Salomon: *à timore tuo Domine concepimus & peperimus.* Fidelis sub spe veniæ, non ut Judas qui ait: *peccavi tradens sanguinem justum, & postea abiit & laqueo se suspendit.* Frequens; unde Gregorius quanto citius confiteris sub spe veniæ,

tanto facilius consequeris veniam culpæ. Nuda ; unde Jeremias, *non est qui agat pœnitentiam super peccata sua & dicat quid fecit.* Discreta, sic enim Augustinus: sacerdotem quære qui te sciat solvere & ligare. Voluntaria, non ut confessio Achor, sed ut confessio Latronis in cruce. Verecunda, ita Gregorius: verecundia maxima pars est satisfactionis. Secreta ; unde Ioannes Chrysostomus: non dico tibi, ut prodas te in publicum. Accelerata ; unde Ecclesiasticus: *non tardes converti ad Dominum.* Obediens, unde Augustinus: fac omnia pro accipienda vita animæ, quæ faceres pro vita corporis &c.

De pœnitentia Domni Papæ, & cui debeat confiteri.

Ex lib. 5. cap. 1.

Dicendum de pœnitentia domni Papæ: & forsan videtur quibusdam, quòd non peccaret Papa, ut dicit lex Iulia, quòd apud Romam non committitur simonia ; unde videtur ei licere quidquid facere vellet. Ego autem *Ioannes de Deo* cum aliis doctoribus contrarium sentio: & dico, quòd si Papa peccat, magis offendit quàm alius homo ; quia quanto gradus altior, tanto casus gravior, ut probat Gregorius de pœnitentia Di. 1. c. principium inquit viarum. Illud idem probat Ioannes Chrysostomus 40. Di. homo Christianus & Hilarius Papa 15. q. 1. nulli fas. ubi dicitur, quòd majori reatu diliquit, qui potiori honore fruitur: & graviora delicta facit sublimitas peccantium. Si forsan diceret aliquis, quòd prędicti Canones de aliis loquuntur, non de Papa: nos probamus quòd de Papa intelliguntur, ut probat S. *Bonifacius* Papa & martyr 40. Di. Si Papa ubi dicitur, quòd si Papa malus fuerit, licet multos populos secum trahat ; tamen ipse cum Diabolo apud inferos perpetuò cruciabitur. Illud idem probat Symmacus Papa 9. q. 3 c. aliorum hominum. ubi dicitur, quòd non habebit apud Deum de allegationis nitore subsidium ; cum ipsorum factorum utetur teste, quo & judice: ubi subinfertur, quòd cui plus committitur plus exigitur. Et est ratio, quia, ut dicit glossa psalterii super illo psalmo esurientes &c. Est ergo vitiosa vita Papæ imago futuræ mortis, ut probatur 19. 1. c. Anastasius. Probato quòd Papa peccare possit, quæritur cui debeat confiteri, & videtur

videtur quod nulli nisi Deo, ut faciunt Græci, ut probatur de pœnitentia Di. 1. c. ult. Aliis videtur, quòd deberet confiteri Ostiensi Episcopo qui consecrat, in eo enim videtur major, ut probatur 33. Di. c. Dominus noster. ubi dicitur, quod major est qui ordinat quàm qui ordinatur. Aliis videtur, quòd deberet confiteri Cardinalibus, à quibus eligitur, & maximè Episcopis, qui in electione Domini Papæ utuntur jure Metropolitani, ut probatur 23. Di. in nomine Domini. ubi dicitur: Episcopi Cardinales procul dubio jure Metropolitani funguntur, qui electum ad apicem dignitatum provehunt. Alii dicunt quod deberet confiteri Monacho, eo quòd Papa Silverius renunciavit Papatum, & fuit monachus. Sed firmissime tene, & nullatenus dubites, quòd possit confiteri cuicunque voluerit; cùm enim ipse dat Indulgentiam omnibus exemptis, ut sibi eligant providos confessores, dabit sibi, cùm non sit superior à quo petat, probatur 30. Di. Si Romanorum. ubi dicitur, quòd si Papa dat auctoritatem aliis, multò fortiùs sibi. Quod talis jurisdictio voluntaria est, scilicet quod se Papa supponat jurisdictioni minoris, probatur 2. q. 5. mandatis, & c. auditum est. & 2. q. 7. c. cum balaam, quibus dicitur quòd Sixtus & Leo & Damasus & Simmacus supposuerunt se judicio minorum in lite contentiosa, multo fortius, &c. Ergo potest se supponere in foro pœnitentiali, quia quantum ad hoc unusquisque sacerdos tenet locum Dei viventis, & potest absolvere pœnitentem loco Dei, quia quantum ad hæc major est, ut probatur ii. q. 3. c. &c. Explicit de Papa.

De Pœnitentia Cardinalium, & cui debent confiteri.

Ex cap. 2.

Quæritur de pœnitentia Cardinalium: & dicas, quod quanto sunt majores, tanto debent acrius puniri, si peccant exemplo Adæ qui quanto erat Deo proximior, tanto magis peccavit, ut probat sanctus Augustinus. Ideo Adam magis peccavit, quia magis virtutibus abundavit. Cùm enim proximiores sunt Papæ, tanto casum plus debent timere, ut probat S. Gregorius super Ezechielem de causa Luciferi: Principium inquit viarum Dei behemot: debent enim esse puri, sicut vitrum, &

candidi in moribus, & rubei per memoriam passionis Christi tanquam nix & ebur antiquum; debent esse nubes Cœli, ut inducant aquas spirituales, ut probat Isaias dicens: *qui sunt isti qui ut nubes volant & quasi columbæ ad fenestras suas?* Columbæ dicuntur propter simplicitatem, quia esse debent candidiores nive, rubicundiores ebore antiquo, puriores vitro; hoc dictum est de eis propter diversas virtutes. Sunt enim Cardinales ostia sanctæ Ecclesiæ, sicut ostium regitur cardinibus: si igitur cardo rumpitur, id est, si Cardinalis deponitur, ut probat Leo Papa, nunquam in perpetuum legitur reparatus, sicut loquitur de Angelo qui cecidit, qui nunquam advocatur ad statum primum, ut probatur de pœnitentia dist. 2. principium. Ergo tanto cautius se debent custodire à peccatis, ne sint Dagones stantes juxta arcam Domini, sicut legitur in libro Regum de filiis Heli 28. dist. legant episcopi. & ne sint nebulæ & nubes sine aqua turbinibus dæmonum agitatæ, ut probat beatus Petrus in epistola sua, & Hieronymus in Canone suo de pœnitentia D. Si enim inquit &c. & Beda probat idem 2. q. 7. secuti sunt viam Balaam. Quare non solùm episcopi perduntur, sed multos populos & cleros secum ducunt ad inferos catervatim, ut 40. Di. Si Papa. & 19. Di. pulli fas. hoc est, non capiantur superbia, quia mater est omnium vitiorum; non capiantur vana gloria, quia omnem virtutem evacuat; non capiantur pecunia, quia tanquam venenum est fugienda: non capiantur amore parentum, qui eos in vita corrodunt tanquam muscæ morientes, & eos post mortem despiciunt, dicentes: bene mihi fecit, sed melius facere potuit, ut de aliis vitiis carnalibus taceamus, sed die noctuque non cessent virtutibus studere. Et omnia ista probantur auctoritate Isa. 23. Di. His, & auctoritate Ambrosii 12. q. 1. c. cui portio Deus est. 86. Di. Non satis est bene viso de pœnitentia Cardinalium. videndum est cui debeant confiteri, & debent quidem specialiter summo Pontifici, sine cujus licentia non possunt facere immutationem, nec condere testamentum, quod non probatur jure scripto sed consuetudine roboratur. Alii dicunt, quòd Diaconus Cardinalis debet confiteri Presbytero Cardinali, & Presbyter Cardinalis debet confiteri Episcopo Cardinali, Episcopi Cardinales debent confiteri summo

Pontifici &c. Tertii dicunt, quòd debent confiteri Pœnitentiario generali Domini Papæ, quia gerit Papæ vices, ut probatur 23. Di. c. ult. & 23. Di. c. 1. sed firmissime tene, quòd si est absens in aliqua legatia pòssit confiteri, cui vult, per illam decretalem ex. de pœn. c. ult Si autem est præsens, & peccatum est notorium vel manifestum, debet confiteri Papæ, & debet acrius puniri, quàm alius peccator, propter exempla perniciosa, ut probant Nicolaus & Gregorius II. q. 3. præcipue. Si autem est occultum, sufficit generali pœnitentiario confiteri.

De Pœnitentia Capellanorum Domini Papæ, & cui debent confiteri.

Ex cap. 3.

Capellani autem & alii Curiales Papæ debent generali Pœnitentiario confiteri; quia ab alio nisi à solo Papa & mandato non possunt absolvi nec ligari, cùm apud Ecclesiam demorentur: Et secus qui sentit pecus est, ut probatur de pœnitentia Di. 6. *Placuit.* & 6. q. 3. c. 1.

De Pœnitentia Patriarcharum, & cui debent confiteri.

Ex cap. 4.

Dicturus de pœnitentia Patriarchæ, & cui debeat confiteri: Primò distinguendum est utrum crimen Patriarchæ sit publicum vel occultum. Si autem est publicum vel notorium vel manifestum, acrius debet puniri quàm alii delinquentes propter exempla pernitiosa quæ transmittunt ad posteros; quia Prælati tot mortalibus digni sunt, quot exempla pernitiosa ad posteros transmittunt, ut probant sancti Patres 11. q. 3. quia illud quod agitur à prælatis facile trahitur à subditis in exemplum: Et in eo casu debent à solo Papa puniri, sicut dicit beatus Gregorius de Clementio primate 2. q. 7. c. sicut inquit. Et ita Innocentius III. punivit Antiochensem Patriarcham, eo quòd quemdam Archiepiscopum dearchiepiscopavit, & fecit Episcopum. Similiter Gelasius & Felix damnaverunt Achacium Patriarcham Constantinopolitanum 23. q 1. Achacius. & c. minores, Similiter Nicolaus Papa correxit Bi-

turicensem Patriarcham pro eo quòd Clericos Narbonenses Episcopi contra Canones judicabat. Probatur 11. q. 3. c. conquestus. Similiter Leo M. sæpe sæpius reprehendit Dioscorum Alexandrinum Patriarcham pro eo quod Canones non servabat in temporibus ordinandorum Clericorum 75. Di. c. Similiter Alexander tertius increpavit patriarcham Hierosolymitanum de falsitate quam committebat ponendo nomina absentium fratrum in privilegiis. Similiter Gregorius XI. reprehendit Patriarcham Gradensem, eo quod contra Canones exegerat juramentum ab Episcopo Castellano. De talibus ergo & consimilibus peccatis confessio & punitio ad Domnum Papam pertinet. Si autem peccata sunt occulta & non enormia, ita quòd peracta pœnitentia possit in suo ordine remanere, potest sibi eligere confessorem, & cuicunque vult confiteri, &c.

De Confessione Archiepiscoporum, & cui debeant confiteri.

Ex cap. 5.

Dicturus de confessione Archiepiscoporum, & cui debeant confitori: Primò occurrit multiplex distinctio, scilicet utrum sit Archiepiscopus sub Patriarcha constitutus, vel utrum immediate spectat ad Dominum Papam. Item si spectat ad Patriarcham, & est propinquus, quod ipsi debeat confiteri, cùm posset sine periculo. Nam qui sanus est non debet stare in peccato una hora diei, ut probatur de pœn. di. c. & veniet inquit Moyses. Et illud idem probatur de pœn. di. 3. c. ille Rex David talis & tam potens, nec exiguo momento penes se passus est, ut maneret delicti conscientia; sed prompta confessione atque intimo dolore reddidit Domino peccatum suum. Et illud idem probatur ita de pœn. di. 3. c. septies in die cadit justus & resurgit. Sed si justus cùm cadit, quomodo justus? Justi vocabulum non admittit qui semper per pœnitentiam resurgit. Prælatus nullo modo alios judicare debet, dum habet in se ipso quod condemnet, ut probatur 3. q. 7. c. judicet ille & c. in gravibus & c. postulatus Dominus. Illud idem probat Gregorius ... q. 3. c. plerumque & illud idem probat Augustinus de pœni. Di. 6. qui vult confiteri. Hoc non solum

de Archiepiscopo debet intelligi, sed de quocumque alio prælato sive superiori sive inferiori. Nam sicut dicit Ambrosius: cum iis displicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur, ut probatur 3. q. 7. c. in gravibus. Illud idem probat Gregorius M. in Pastorali suo. 49. Di. c. 1. Si autem est infirmus Metropolitanus, tunc poterit confiteri cuicumque voluerit confiteri sacerdoti, dum tamen Catholico. Probatur 26. q. 6. c. Si presbyter & de pœn. Di. 6. qui vult confiteri. Si autem est remotus Metropolitanus à primate; in eo casu distingue, utrum crimen sit notorium vel occultum: Si notorium est, Patriarchæ debet confiteri, & ab illo castigari, ut probatur 3. q. 5. si autem crimen est occultum, adhuc distingue utrum sit enorme vel non. Si autem est enorme, quia indiget dispensatione, debet confiteri Patriarchæ vel summo Pontifici, cùm non possit alius dispensare, ut probatur 21. inferior sedes. Si autem non indiget dispensatione, potest confiteri cuicunque voluerit; dum tamen sit Catholicus sacerdos. Iuxta illam decret. de pœn. & remiss. c. & c. Item si spectat immediate ad Dominum Papam, & est vicinus, vel intra Italiam, in sanitate, illi debuisset confiteri; cùm oporteret eum ex necessitate semel in anno Romanam Ecclesiam visitare, ut probatur 13 Di. c. & c. Si autem est infirmus, potest confiteri cuicunque voluerit, dùm tamen sit Catholicus sacerdos: ne interveniente paululum mora inveniri non possit qui redimatur. Probatur 5. Di. c. baptisati. Illud idem probat Leo Papa de pœn. D. c. 1. multiplex 26. q. 6. c. qui recedunt & c. is qui in tempore. Si autem est remotus ultra Italiam vel enorme, Domino Papæ debet confiteri, & ab illo castigari, ut probat Innocentius Papa 9. q. 2. c. Si autem aliquis. Et illud idem probat Gregorius 74. Di. c. honoratur & 2. q. 5. quanto & se, qua de causa 43. Di. c. Salomitanæ. Illud idem probat Papa Simplicius 74. Di. c. & c. Si autem peccatum est occultum & non indiget dispensatione, potest confiteri cui voluerit, per decretalem Gregorii. Ex de pœn. c. ne pro dilatione & Innocentii tertii in Concilio generali ex. de elect.

De Confessione Episcoporum, & cui debeant Confiteri.

Ex cap. 6.

De Confessione Episcopi firmissimè teneas, & nullatenus dubites, quod exemptus ejusdem juris est, sicut de confessione Metropolitani qui non subest Patriarchæ: Si autem non est exemptus, debet confiteri Metropolitano, saltem eo tempore quo venerit ad Concilium provinciale quod debet fieri ut 18. Di. probatur c. & c. Si autem fuerit infirmus vel remotus valde, potest confiteri necessitate cogente cuicunque voluerit; nisi esset notorium crimen, cujus correptio & castigatio spectat ad superiorem. Et licet multa sint delicta, quæ Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas majores, & primates minores ducunt ad ignominiam & confusionem; tamen ex illis pauca secundùm auctoritatem sanctorum Patrum sub brevi stilo ad memoriam restringamus, ut præsentes corrigantur qui in subsequentibus deliquerunt: & futuri jam cauti & instructi timeant similia perpetrare.

Primum est, quòd conferunt beneficia indiscrete consanguineis carnali amore ducti ad talia beneficia præbenda, ut probat Innocentius in ex, ut Ecclesiastica beneficia c. ut vestrum.

Secundum est, quòd indiscrete ordinant indoctum in loco docti qui unum pedem in mundanis tenet, & alium in Ecclesiasticis, contra legem divinam, ut probat le. 48. Di. c. ult.

Tertium est, quando rogant pro indignis scienter &c.

Quartum est, quando ordinant bigamos & illiteratos & corpore vitiatos contra sententiam Gelasii Papæ 50. Di. c. non confidat.

Quintum est, quòd ordinant Curiæ obligatos & joculatores & advocatos in causa sanguinis, contra sententiam S. Innocentii 51 Di. c. aliquantos.

Sextum est, quòd ordinant servos, & origenarios non manumissos, contra sententiam Gelasii Papæ 54. Di. Frequens & c. ex antiquis & c. general. Et illud idem probat Concilium Arelatense; ubi de Bigamis & de pœnitentibus solemniter, &

de aliis ordinatis qui non debent promoveri. Probatur 51. Di. c. 1.

Septimum est, quod promoveant Dæmoniacos & Epylenticos, contra sententiam Gelasii Papæ 23. Di usque adeo, & contra sententiam Gregorii è Di. c. maritum.

Octavum est, quod promovent filios Presbyterorum, & alios non legitimè natos, contra sententiam Urbani Papæ 56. Di. c. 1.

Nonum est, quod trahunt religiosos de monasteriis contra voluntatem Abbatum suorum, ut probatur 58. Di. c. 1. & 2. & 18. q. 2. quam sit, & c. luminoso.

Decimum est, quod promovent multos Clericos, ubi est sollicitudo Laicorum: & cùm non possunt eis dare beneficia, dant eis ordines contra sententiam Urbani 58. Di. Si officia secularia, ubi dicitur, quod latio ordinum semper debet esse discreti judicii, quia rarum est omne quod magnum est.

Undecimum est, quod ipsi Episcopi promoventur indiscrete ex laicis, quia hoc esse non debet, ut probant sancti patres 58. Di. c. hoc ad nos & c. ordinatos, ubi dicit Papa Cœlestinus, quod debent ante esse discipuli quàm magistri, omnis enim vitæ institutio ad id quod intendit se informat.

Duodecimum est, quod promovent Clericos sine titulo contra Concilium Chalcedonense, ut probatur 70. Di. c. neminem. & c. sanctorum. Et illud idem probatur ex de præbendis c. Episc.

Decimum tertium est, quod recipiunt Clericos alienos sine litteris demissoribus suorum Episcoporum, ut probatur 71. Di. c. illud & c. Si quis & c. de aliena & c. Clericos. Illud idem probatur ex de Clericis peregrinis & 7. q. 1. c. non oportet. & c. placuit. illud idem 28. Di. c. 1.

Decimum quartum est, quod negligunt proprios Clericos, & dimittunt eos quasi oves errantes contra sententiam Leonis Papæ, ut probatur 77. Di. c. Episcopus.

Decimum quintum est, quod promovent quosdam invitos sine aliqua necessitate, sed sola causa ingratitudinis, contra auctoritates sanctorum Patrum, ut probatur 74. D. c. Episcopus & c. gesta. ubi dicitur, quod nullus cõpellitur crescere invitus.

Decimum sextum est, quod promovent aliquos in sacris

extra tempora ad hoc deputata, contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur 75. Di. c. ordinationes & c. quia patribus. & eadem Di. c. ult. & ex de tempore &c.

Decimum septimum est, quod conferunt ordines sacros minoribus in ætate legitima, ad hoc indigni, non servatis interstitiis temporum, contra auctoritatem sanctorum, ut probatur 77. Di. per totum & 78. Di. per totum.

Decimum octavum est, quod sustinent Clericos in sua malitia, quorum obsequio delibati, ut probatur 73. Di. si quis Episcopus & c. error, & c. consentire.

Decimum nonum est, quod sunt desides & negligentes & plus adhærent consiliis Laïcorum quàm Clericorum, ut probatur 83. Di. c. nihil pastore miserius, qui luporum gloriatur laudibus.

Vigesimum est, quod nolunt dare pauperibus: & propter hoc in vacuum important nomen Episcopi, ut 26. Di. fratrem & c. non satis est bene velle.

Vigesimum primum est, quod negligenter defendunt personas miserabiles spectantes ad Ecclesiæ forum, scilicet pupillos, viduas, & orphanos, libertos, & expositos, contra auctoritatem Gelasii & aliorum sanctorum, ut probatur 87. Di. per totum.

Vigesimum secundum est, quod immiscent se negociis secularibus, quæ ad eos non pertinent, ut probatur 80. Di. c. perlatum est & c. Episcopus tuitionem & c. Episcopi nullam rei familiaris curam ad se provocent, sed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacent.

Vigesimum tertium est, quod conferunt plura Ecclesiastica beneficia uni, contra auctoritatem Apostoli & Gregorii 88. Di. c. singula. Ubi dicitur si totum corpus oculus, ubi pes, nam sacra varietas membrorum robur corporis servat.

Vigesimum quartum est, quod nolunt habere Oeconomos, sub quorum testimonio res Ecclesiæ gubernentur, contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur 89. Di. c. volumus, & si habent Oeconomos volunt habere consanguineos contra Concilium Toletanum.

Vigesimum quintum est, quod Episcopi laborant odio ad invicem, & certant, ut unusquisque cadat, & discrepant in sa-

cramentis

cramentis, ut 93. Di. c. penult. & ult.

Vigesimum sextum est, quod ipsi appropriant sibi omnia bona Ecclesiastica, ut probat sanctus Hieronymus 23. Di. c. Diaconi. ubi dicitur, quod singuli per potentiam Episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque Ecclesia vindicarunt, totum quod Levitarum est suis applicant usibus, dicentes: Mendicat infelix in plateis Clericus, & servili operi mancipatus à quocunque poscit eleemosynam. Solus Episcopus incumbit bonis, solus sibi vendicat universa, solus partes invadit alienas, solus occidit universos: hoc est principium litis & distractionis, & origo criminis, & ideo accusantur à Clericis & damnantur à Domino Iesu Christo, quia clamor eorum intrat in aures Domini Sabaoth.

Vigesimum septimum est, quia Episcopi contemnunt Presbyteros: & ubi ipsi sunt præsentes, non permittunt eos officium facere, quasi eis inviderent, contra auctoritatem S. Hieronymi, ut probatur 95. Di. c. olim. ubi dicitur, quod Episcopi propter hoc fuerunt facti, ut schismata tollerentur. Dices sicut & Presbyteri sciunt se esse de cõsuetudine sub Episcopis, ita Episcopi noverint magis se de consuetudine quàm de veritate Dominicæ dispensationis Presbyteris esse majores, & in communi debere regere Ecclesiam Dei, & illud probatur ex. 95 Di. c. ecce ergo.

Vigesimum octavum est, quia ordinantur per pecuniam; & tales accipiunt lepram, & dant lepram, ut probatur 1. q. 1. c. cum ordinetur Episcopus. ubi dicitur: accipere est, quodcumque accipere, & dare quodcumque. Et eadem q. c. fertur, ubi dicitur, quòd de radice infecta bonus fructus exire non poterit. Si ergo vult salvari qui talis est renunciet, agat asperam pœnitentiam; aliter salvari non poterit, ut probat sanctus Gregorius 1. q. 1. c. si quis neque.

Vigesimum nonum est, quòd petunt pecuniam pro balsamo contra auctoritatem sanctorum Patrum 1. q. 1. placuit, ut nullus & c. dictum est & c. statuimus.

Trigesimum est, quòd damnant Clericos indiscussos, ut probatur 2. q. 1. nos &c.

Trigesimum primum est, quod non deferunt appellationibus legitimis, quare debuissent puniri. 2. q. 7. c. &c.

Trigesimum secundum est, quod pastores Laici sunt, & non Presbyteri, quales sunt intrinsecus, ut 1. q. 7. pervenit.

Trigesimum tertium est, quod permittunt se promoveri minus sufficientes, contra Concilium Carthaginense, ut probatur 23. Di. c. quod Episcopi: illud idem probatur 38. Di. c. omnes psallentes. ubi dicitur, quòd de substantia episcopi est, ut sit bene litteratus. Et ideo dicit Propheta: *Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris.* Et propter hoc depositus fuit quidam Episcopus ab Honorio Papa.

Trigesimum quartum est, quòd postquam est promotus, negligit addiscere, contra sententiam Gregorii 22. Di. ubi dicitur, quod stultus est qui in eo se majorem existimat ut bona quæ audierit discere contemnat.

Trigesimum quintum est, quòd nolunt vel nesciunt Canonibus obedire. Quare debuissent ab administratione usque ad condignam pœnitentiam amoveri, ut probat Damasius Papa 25. q. 1.

Trigesimum sextum est, quia sunt nimis creduli in præjudicium aliorum, contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probat Gregorius 11. q. 3. c. grave nimis est & indecens, ut in re dubia certa feratur sententia. Et illud idem testatur idem pater Gregorius 32. Di. c. habuisse te concubinam. ubi dicitur, quod in re dubia non est absolutum ferendum Iudicium. Et illud idem probat Augustinus 11. q. 3. c. ubi dicitur, quod quamvis vera sint quædam, tamen judicio non sunt credenda, nisi certis judiciis demonstrentur. Et illud idem probat Sixtus Papa & Victor Papa 30. q. 5. c.

Trigesimum septimum est, quod nolunt in Ecclesia columnas erigere quos noverint meliores, sed quos magis ipsi diligunt, vel quorum obsequia præferunt, contra sacros Canones 8. q. 1. c. Moyses. & 12. q. 2. gloria Episcopi. ubi dicitur, quòd multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substrahunt. Inde sæpe odia consurgunt.

Trigesimum octavum est, quod bona Ecclesiastica maximè ecclesiarum Parochiarum contra sacros Canones usurpant quocunque anno, amplius aliquid sibi appropriando quod non de Parochialibus Ecclesiis sibi præsumere debent, nisi quod eis à Canone est permissum, ut probat Concilium Toleta-

tum 10. q. 3. c. quod cognovimus, & c. inter cętera illud ideo probatur 16. q. 1. c. constitutum est nulli.

Trigesimum nonum est, quia indiscretè ulciscuntur proprias injurias contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur v. q. 7. c. si quis communem traditionem & 46. Di. c. seditionarios &c. Et pro eis indiscretè injuriantur & excommunicant, ut probatur 23. q. 4. inter querelas. Et ideo isti tales nihil habent spirituale.

Quadragesimum est, quia stomachati de facili excommunicant innocentes & culpabiles in causis minimis paratos corrigi contra auctoritatem sanctorum Patrum 11. q. 3. Episcopi. ubi dicitur quod nemo debet excommunicari nisi pro magnis peccatis & cum aliter corrigi non possit.

Quadragesimum primum est, quod ipsi in causis propriis volunt esse judices, & actores, contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut 2. q. 1. ubi dicitur, quòd de persona actoris assumitur, judiciaria potestas admittitur. Illud idem probatur 3. q. 4. c. & 2.

Quadragesimum secundum est, quod expellunt eos qui fideliter cum prædecessoribus senuerunt, ut 6. q. 2. c. hujus placiti. Et quod deterius est, eos expoliant remuneratione servitii quam eis dederunt prædecessores Episcopi, contra auctoritatem Papæ Gelasii 16. q. 6. c. illud.

Quadragesimum tertium est, quia volunt servare promissum in remunerationibus sapientium, vel servientium, contra auctoritatem Sanctorum, 22. c. quicumque.

Quadragesimum quartum, quia volunt sibi credi in præjudicium aliorum: quod esse non debet, ut probatur 6. q. 2. Episcopus si Clerico & c. si tamen Episcopus. & c. placuit 25. q. 5. 2. c.

Quadragesimum quintum est, quia volunt soli Clericos deponere contra sacros Canones. Nam in depositione presbyteri debent venire sex Episcopi, & proprius septimus, & in Diacono & Subdiacono tres cum proprio Episcopo, ut probatur per hæc jura 1. Di. c. studeat & 15. q. 1. c. de crimine & 15. q. 7. c. felix & c.

Quadragesimum sextum est, quia impugnant exemptos; ut probant sancti Patres 16. q. 1. &c.

Quadragesimum septimum est, quod alligant & dissolvunt

indifferenter: quod esse non debet. Propter hoc suspenduntur usque ad triginta dies, ut probant sancti Patres 23 q 3. c. de illicita & ex. de sententia excommunicationis. Quia sicut quosdam gratia favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaque humiliant. Probatur 15. q. 7. c. 1. &c.

Quadragesimum octavum est, quod in conviviis non faciunt legi sacram lectionem: & in hoc peccant contra Concilium Toletanum 44. Di. c. pro reverentia. Et est ratio, quod dum corpus diversis ferculis reficitur, lingua in detractionibus relaxatur, ut probat Gregorius in Moralibus libro primo.

Quadragesimum nonum est, quod non curant de divinis officiis propter convivia sua contra auctoritatem Gregorii 44. Di. c. & quia faciunt cantare Missam juxta lectum in domo, ubi spurcitiæ multæ sunt, & ideo divinam patientiam ad iracundiam provocant. Nam nunquam Missa in domo celebrari debet. Probatur de consecratione Di. 1. c. sicut non alibi. ubi dicitur sanctius est Missam non cantare quàm in his locis, ubi fieri non oportet. Et subjungit in fine capituli, quod in domibus nullatenus Missa celebrari debet.

Quinquagesimum est, quod res Ecclesiæ non custodiunt contra auctoritatem Canonis 16. q. 1. c. & easdem res ecclesiasticas per se suosque dilapidant contra auctoritatem Patrum 28. Di. c. Etsi se non corrigunt debent deponi, ut 12. q. c. Apostololicas. Et quia res alienas usurpant, probatur 16. q. 6. c. placuit.

Quinquagesimum primum & ultimum est, quia gloriantur in Cathedris, & non noscunt se ipsos. Nam si cognovissent, minores subditos non contempsissent. Probatur 12. q. 2. c. gloria Episcopi & c. Si hoc Episcopi attendissent, sacerdotes minores sedere juxta scabellum eorum pedum passi non essent, ut probat Concilium Carthaginense. Et est ratio, quia, ut testatur beatus Gregorius: cùm culpa non subest, omnes secundum rationem humilitatis æquales sumus, ut probatur 22. Di. c.

Talia ergo & consimilia, si sunt notoria, ita quòd sine magno scandalo perpetrari non potuerint, Metropolitano sunt confitenda, & ab eo indulgentia petenda, ad hoc ut medicina pœnitentiæ utiliter esse possit, ut probatur Di. 1. c. & c.

Si autem notum non sit crimen, & super hoc scandalum non est, & in aliis peccatis corporalibus, excepta simonia & homicidio, possunt sibi discretum sacerdotem eligere confessorem. Probatur ex. de pœnitent. &c. Et hæc dicta sunt ad honorem Episcoporum, non reprehendendo, sed monendo. Quidam sancti sunt, sed unusquisque propriam conscientiam conveniat. Explicit de Episcopis.

De Confessione Abbatum, & cui debent confiteri.

Ex cap. 7.

De confessione Abbatum sic distingue: aut Abbas est exemptus, & non habet alium Abbatem majorem exemptum super se. Si est in Romana Curia debet confiteri Domino Papæ, vel ejus Pœnitentiario generali, ut dictum est de Archiepiscopo. Si autem est remotus ab Ecclesia Romana, potest confiteri cuicunque voluerit, dum tamen fideli & discreto sacerdoti, ut probatur ex. de pœn. ult. Si autem habet alium majorem super se, sive sit exemptus, sive non, debet ei confiteri. Si autem non habet alium Abbatem super se, & ipse non est exemptus, debet proprio Episcopo confiteri, quia ipse est prælatus ejus, ut probatur 41. Di. c. obitum & 12. Di. c. ult. vel de licentia Episcopi sibi eligat confessorem, ut probatur ex. de pœn. & remiss. & de pœn. Di. 16. c. placuit. Cùm aliter non possit ligari, nec solvi, ut in prædictis juribus, nisi forsan esset regula contraria & à summo pontifice approbata; sicut habent fratres Cistercienses qui secundùm regulam sibi faciunt confessorem. Licet enim multa sint Abbatum vitia, quæ possunt sub numero computari; tamen pauca ex eis breviter perstringamus, ad hoc quòd futuris cautela tutior præparetur.

Primum est vitium principale, quòd ut Abbates fiant; regulam assumunt, contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur 16. q. 7. c. per Laïcos. ubi dicitur, quòd nullus habitum suscipiat, spem aut promissionem habens, ut Abbas fiat. Nam tales non intendunt seculum fugare, sed mutare, ut probatur 53.

Est etiam secundum vitium principale, quòd quinque ha-

bent Abbatias per simoniam: & isti tales non possunt remanere in administratione, ut probatur ex. de simonia c. pervenit. Et tales, si accusantur, recte debent deponi, ext. de simonia. Dilectus filius. Alias autem, puniuntur ad arbitrium judicis, ut ex. de simonia.

Est autem quartum vitium mortale, licet non ita magnum, sicut unum præmissorum, quòd negligunt Monachos suos fugitivos, ut probatur 18. q. 2. Abbates & ex. de regula c. ne Religiosi.

Est autem quintum vitium, quòd recipiunt Monachos extraneos sine litteris commendatitiis, ut probatur 18. q. 2.

Est autem sextum vitium, quod ejiciunt Monachos suos indiscretè, ut ex. de regul. ult. c.

Est autem septimum vitium, quod dant litteras dimissorias indiscretè, & credunt quod Monachi vel regulares sint per tales literas absoluti à prima obedientia, nisi primo ab illo Abbate per litteras dimissorias sint recepti, ut probatur 71. Di. illud quoque & c. de aliena & c. Clericos. Illud idem probatur 7. q. 1. c. non oportet. & c. pervenit 21. q. 2. c. & 2. dicit enim Leo Papa, quod non debent dari literæ dimissoriæ, nisi prius constet quare, ne ovis perdita inveniatur sine pastore, ut 71. Di. c. episcopus.

Octavum vitium est, quod postquam aliquis Monachus resistit vitiis eorum, eum puniunt.

Est etiam nonum vitium, quod si aliquis propter hoc appellatur ad judicium, statim eum verberant, vel excommunicant, vel capiunt, in eo quod Abbates deberent puniri.

Decimum vitium est, quod Abbates quosdam Monachos exaltant ex carnali amore, & alios deprimunt ex odio & invidia, ut probatur 15. q. 7. c. 1.

Est autem undecimum vitium, quod ipsi sub specie pietatis palliant impietatem, scilicet occasione hospitii manducant extra refectorium carnes insufficienter, & non veniunt ad matutinas, nec ad officium, & monachi moriuntur fame, qui portant pondus officii diei & æstus.

Est autem duodecimum, quod permittunt quibusdam Monachis habere pecuniam, contra auctoritatem sanctorum patrum, ut probatur ex. de statu monachi,

Est autem decimum tertium vitium, quod jura Episcopalia non metuunt usurpare, ut probatur 16. q. 1. c. pervenit.

Hæc si notoria sunt, Episcopo debent confiteri; alia autem, ut de lapsu carnis taceantur, possunt confiteri, si sunt secreta, proprio confessori, secundum distinctionem superius prænotatam.

De Confessione Monachorum, & cui debent confiteri.

Ex cap. 8.

Dictum est superius de Monachis & de confessionibus eorumdem: nunc dicendum est plenius cui debeant confiteri. Et est tenendum, quòd Abbati proprio debeant confiteri, qui debet scire oppositiones eorum, & quales intrinsecus sunt, ut ex. & c. cùm eorum Abbas habeat eorum velle & nolle, quem sibi super capita sua posuerunt loco Dei, ut probatur 12. 1. c. nolo & c. non dicatis. & 13. D. c. nervi testiculorum. Apparet, quòd Abbati debeant confiteri loco Dei. Licet autem multa sint vitia Monachorum, tamen sunt quædam principalia, à quibus cessare debent, quæ sancti patres quamplurimum detestantur.

Primum est, quòd conspirant contra Abbatem, si nitatur corrigere, & eum volunt deponere, & alium facere, qui suas ineptias valeat confovere, ut probatur 18. q. 2. c. ubi dicitur, quòd nulla potestas remaneret Abbati, si Monachis ceperit subjacere.

Secundum vitium est, quod conspirant quoque in mortem, sicut illi qui conspirabant in mortem S. Benedicti: & tales sunt infames, ut probatur 11. q. 1. c. conspirationum.

Tertium vitium est, quòd habent incautam familiaritatem cum mulieribus, quas sibi faciunt commatres contra auctoritatem sanctorum patrum &c.

Quartum vitium est, quòd incaute conversantur cum monialibus, contra auctoritatem sanctorum Patrum. 18. q. 2. c. monasteria.

Quintum vitium est, quòd non erubescunt matrimonium contrahere contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut patet 27. q. 1. c. ut lex continet, & c. impudicus.

Sextum vitium eſt, quòd volunt vagari extra monaſterium ſine Abbatis licentia, contra auctoritatem ſanctorum Patrum, ut probatur 16. q. 1. c. cum quidam Monachi.

Septimum vitium eſt, quòd volunt eſſe otioſi contra auctoritatem ſanctorum Patrum; quia otioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui, ut probatur ex. de renun. c. &c.

Octavum vitium eſt, quod volunt comedere carnes, cum ſint ſani ſine aliqua neceſſitate contra auctoritatem ſanctorum Patrum, ut probatur de conſecrat. Di. 5. c. carnem. ubi imponitur eis pœnitentia ſex menſium.

Nonum vitium eſt, quòd volunt ſuis ſociis dominari, dicendo ſe nobiles & literatos: quod valde remotum eſt à regula Monachali, ut probatur ex. de ſtatu regul. c.

Decimum vitium eſt, quòd volunt habere cellulas ſeparatas, & volunt facere abſtinentiam contra communem regulam, ut probatur 20. q. 4. c. Monachis.

Undecimum vitium eſt, quòd volunt habere peculium: quod nullo modo eis licet. Debent in morte in ſterquilinio ſepeliri, ut probatur ex. de ſtatu regul. c. Monachi.

Duodecimum vitium eſt, quòd eſt gravius, quòd Monachi detrahunt ſe ad invicem, ut poſſint cadere: & ſic ſunt ſpirituales homicidæ.

Hæc ergo & ſimilia debent Monachi evitare: & ſi in eis ceciderint vel in aliquo præmiſſorum, Abbati debent confiteri, vel alicui loco ejus, & acrius debent puniri. Quod ſi eſſent occulta, de his recolligas vitam Monachorum per iſtos verſus:

Ingrediens clauſtrum meditari ſacra memento:
Nil mortale geras, ſed ſemper ſobrius eſto:
Nil reputes factum, ſi voti tempore factum:
Morticinum fuerit, qui voti præmia tollit;
Nil fortaſſe juvat ſatagere, ſi recidivas.

De Pœnitentia Decani.

Ex cap. 9.

De pœnitentia Decani ita teneas, quòd licet Archidiaconus major ſit de lege communi poſt Epiſcopum, ut probatur ex.

ex. de appellat.c. constitutis, tamen Episcopo debeat confiteri, vel de ejus licentia alium sibi eligere confessorem, etiam si Archidiaconus fuisset presbyter. Peccant autem Decani in his tribus graviter.

Primo, quia sunt infensi suis Episcopis, &c.

Secundo, quia volunt ad sacerdotium promoveri, cùm ipsi Presbyteri deberent esse, &c.

Tertio, quia valde superbi, & conculcant alios simplices & literatos. Unde hodie sæpe surgunt odia, & homicidia perpetrantur, quæ juris probatione non indigent: quia de facto sæpe sæpius est compertum. Si ergo in talibus peccaverint, vel in aliis consimilibus, ut de carnali lapsu taceatur, si notorium est, per Episcopum debent corrigi, & agere pœnitentiam competenter: si autem occulte, debent pœnitere, & confiteri Episcopo, vel alteri loco ejus, ut probatur de pœn. Di. 1. c.

De Pœnitentia Archidiaconi, & cui debeat confiteri.

Ex cap. 10.

De pœnitentia Archidiaconi sic teneas, & de jure communi suo debet Episcopo confiteri, cùm ipse sit major. Peccant Archidiaconi specialiter in istis sex.

Primo, quia volunt facere collectas in Presbyteros contra auctoritatem sanctorum, ut probatur 24. Di. c. ult.

Secundo, quia volunt habere pecuniam vel vacam albam pro investituris Ecclesiarum, vel beneficiorum, vel pro Abbatibus vel Abbatissis ponendis in sede. contra auctoritatem sanctorum Patrum &c.

Tertio, quòd cum excommunicant aliquos propter aliquem excessum, nolunt eum absolvere sine pecunia: & hoc simoniacum est, ut probatur 1. q. 1. c. quilibet ergo & c. nullus Episcopus.

Quarto, quia vendunt jurisdictonem suam aliis, qui extorquent pecuniam à sacerdotibus per injuriam, & simoniacam pravitatem, ut probatur ex. Ne prælati vices suas c. præterea. & c. cum.

Quinto, quia nolunt ad Diaconalem ordinem promoveri contra Concilium Lateran. ex. de elect. &c.

Sexto, & illud deformat eorum honestatem, scilicet quòd cum mulierculis conversantur contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur 81. D. c. Archidiaconatuum. & c. Clericus solus: ubi dicitur, quòd sub prætextu humilitatis non debet Archidiaconus frequentare domicilia matronarum.

A talibus ergo & consimilibus abstinere debent; et si peccaverint, per pœnitentiam humilem & discretam debent satisfacere Creatori.

De Confessione Archipresbyterorum.

Ex cap. 11.

Archipresbyterorum officium duplex, quod sunt Archipresbyteri Cathedralium ecclesiarum: & isti debent episcopo confiteri; præsertim si non habent alium majorem super se, cum de jure communi fungantur episcopi absentis vice in missis canendis & in collectis dicendis, ut probatur 25. Di. c. & ex. de officio Archipresbyteri. Peccant autem specialiter in hoc quod sint negligentes circa curam Presbyterorum Cardinalium, ut circa pœnitentias imponendas tam Clericis quàm laicis: & ut de aliis taceamus, quia denegant justitiam, & quia dant sententias pecunia mediante, quibus si spes nummi substrahitur, statim recedunt à via justitiæ, ut testatur sanctus Gregorius, & probatur 11. q. 3. Tales ergo excessus & consimiles, si publica laborant infamia, debent episcopo confiteri, & per eum à talibus castigari alias de licentia episcopi possunt sibi discretum eligere confessorem, & probatur de pœn. Di. 6. c. ult. Alii sunt Archipresbyteri rurales, qui Decani à quibusdam vocantur, & quandoque plebani, & quandoque Abbates, licet impropriè. Quod vocentur Decani, habet ex. de off. ord. Quod vocentur Abbates, habet ex. de renunciat. Quod vocentur plebani, habet ex. de off. ord. & c. isti tales debent episcopo confiteri, & alteri de licentia episcopi. Peccant tamen in hoc præcipue, quod sunt negligentes circa correptionem presbyterorum, qui in suo plebatu per minores ti-

tulos commorantur, quorum vitam & statum debuissent episcopo vel Archidiaconis intimare, ut probatur ex. de off. Arch.

De Confessione Thesaurarii, & Camerarii vel Sacristæ.

Ex cap. 12.

Thesaurarius vel Sacrista, quod idem est in officio licet nomina sint diversa, debet proprio episcopo confiteri, vel de licentia ipsius sibi alium eligere pro provido confessore. Peccant circa hoc principaliter, quod negligenter exercent officium suum circa custodiam sacrorum vasorum vel vestimentorum ecclesiasticorum, quia vasa vel vestimenta faciunt tractari, & inhoneste per viros laicos vel minores Clericos contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur 23. Di. c. non liceat & c. non oportet. Peccant etiam circa luminaria ecclesiæ, aut circa ordinationem Ostiarii, & circa præparationem incensi, & circa curam baptisteni, ut probatur 25. D. c. &c. Talia ergo & consimilia, si laborent infamia, debent episcopo confiteri: alias autem possunt de ejus licentia sibi discretum eligere confessorem.

De Pœnitentia Præpositi, & cui debet confiteri.

Ex cap. 13.

Præpositus autem recto vocabulo vocatur, qui super alios curam gerit. Iste autem, si est religiosus, debet suo Superiori confiteri, & ab illo castigari, ut probatur ex. de appel. & ex. de jure. Si autem non est religiosus, debet suo Superiori confiteri vel alteri de ejus licentia.

De Pœnitentia Magistri scholarum & cui debet confiteri.

Ex cap. 14.

Magister scholarum debet episcopo confiteri, cui immediate subest. Peccant autem specialiter in diversis. Primo quia vendunt licentias docendi, ut probatur ex. de magistris.

Secundo quia denegant licentiam dignis. Tales, si directè fuissent accusati, deberent à suo officio perpetuò removeri, ut probatur. 1. q. 7. &c. Peccant autem, & in eo graviter, quod rudes & ignari permittunt se ad tale officium sublimari, qui possent alios examinare. Item quando sunt conspiratores contra episcopos suos, ut probatur ex. de calum. Peccant autem in ea scientia, in qua petunt licentias sibi dari. Tales enim, qui ita ambitiose promoventur, crudeliter à Diabolo punientur. Potentes enim potenter tormenta patientur: nam debet homo se metiri cum illo officio quod desiderat adipisci; & si est inferior, cesset: si autem est æqualis, cum timore accedat. Talia ergo & consimilia, si super his laborat infamia, debet Episcopo confiteri, si vult salvari: aliter de licentia sui Episcopi, potest sibi eligere providum confessorem.

De Pœnitentia Cantoris, & cui debet confiteri.

Ex cap. 15.

Cantor autem debet Episcopo confiteri, cui immediatè noscitur subjacere, vel de ejus licentia sibi eligere discretum confessorem. Peccat autem Cantor specialiter in hoc, ut de aliis taceamus, quia recipit in choro indignos, qui legere nesciunt, nec cantare, & refutant quandoque dignos: quod magis consuetudine quàm jure poterit comprobari. Peccant & propter aliud quòd quibusdam concedunt de gratia quotidianos cibos, qui negligenter officium obeunt Ecclesiasticum, & aliis substrahunt; quia ad officium non potuerunt commode interesse.

De Pœnitentia Canonicorum, & cui debent confiteri.

Ex cap. 16.

De pœnitentia Canonicorum firmissime tene, & nullatenus dubites, quòd de jure communi debuissent Decano confiteri, vel Episcopo, vel alicui præposito ecclesiæ, si sacerdos esset, vel saltem debuissent petere ab Episcopo licentiam, quòd possint aliis confiteri, vel sibi constituere generalem pœ-

nitentiam. Prædicti Canonici in istis quatuor, ut de aliis taceamus, graviter offendunt.

Primo, quia tempore necessitatis volunt ad sacros ordines promoveri, ut probatur 74. Di. c. si quis Clerici & c. placuit.

Secundo, quidam eorum per ambitionem succedunt in locum viventis; & ideo perpetuò sunt infames. ex. de præbend. &c.

Tertio, quia sunt valde delicati, & volunt officia frequentare. Quare debuissent à præbendis suis suspendi usque ad correptionem, monitione tamen præmissa, ut probatur ex. de Cler.

Quarto, quia cumulant pecuniam de præbendis, & nolunt pauperibus elargiri contra sacros Canones, ut probatur 7. q. 1. c. ult. ubi enim canonici Cathedralis Ecclesiæ male vivunt, tota Civitas capite deorsum pendet: & totus status Civitatis conturbatur, præsertim quia nolunt superiori obedire.

Si ergo in prædictis vel in aliquo prædictorum vel in minoribus vel in majoribus offenderint, per veram pœnitentiam, si salvari volunt, suo satisfaciant creditori qui semper eorum reditum expectat, ut probatur 93. Di. c. Diaconi.

De Pœnitentia Doctorum & Magistrorum, & cui debent confiteri.

Ex cap. 17.

Doctores verò, si sunt inquilini, debent pœnitentiam agere coram sacerdote, in cujus parochia habitant, vel de sua licentia eligant sibi confessorem: si autem sunt castrenses, debent confiteri suo prælato, in cujus parochia habitant, vel alicui loco ejus; cum alius eum non possit solvere, nec ligare, ut probatur 8. 2. c. 1. 2. & 3. hoc autem subintelligas, quia superior semper potest absolvere, cujus auctoritas excepta intelligitur. Doctores autem & præcipuè decretorum in multis Dominum graviter offendunt.

Primo, quia non sunt digni magisterio, & faciunt se per

pecuniam vel per preces fordidas, vel per fraudulenta munuscula, vel aliter inconcinne ad Magisterium promoveri.

Secundo, quia despiciunt subditos qui sunt in Cathedris; Tales injuriam faciunt Cathedræ, eo quod male sedent super cathedram tanquam Dagones super arcam Domini. Unde multi sacerdotes, & pauci sacerdotes.

Tertio, quia contemnunt idiotas bene morigenatos, qui magis abjurare voluerunt vitia morum, quàm verborum, ut 19. Di. c. sedulo immiscent se quibusdam quæstionibus & subtilitatibus, ut videantur multa scire, & ita suos confundunt auditores ad suam ostentationem, non ad discipulorum utilitatem.

Quarto, quia docent in cathedris ea quæ placere possunt: & isti sunt Doctores, de quibus dicit Concilium Constantinopolitanum; malorum Doctorum mala doctrina est. 1. q 7. c. convenientibus.

Quinto, quia cùm ipsi male vivunt, talia reprehendere audent contra auctoritatem sanctorum Patrum &c.

De Confessione Advocatorum, & cui debent confiteri.

Ex cap. 18.

Advocati debent confiteri proprio sacerdoti, vel alteri discretiori de licentia sacerdotis proprii: aliter absolvi non poterit ab alio, vel ligari. Hoc esset difficillimum narrare omnes excessus Advocatorum; tamen Ego *Joannes de Deo* antiquus doctor Decretorum faciam pauca, & narrabo posteris præcavenda.

Primo, & principaliter peccant Advocati, quia adjuvant subdole adversarium, & perdendo proprium clientulum: & tales prævaricatores sunt & infames, ut probatur 2. q. 3. c. &c.

Secundo, quia deffendunt malas causas scienter contra auctoritatem sanctorum Patrum, ut probatur 11. q. 3.

Tertio, quia sub specie pietatis palliant impietatem, protrahentes causas clientuli sui.

Quarto peccant, quia ubi non sunt alii Advocati, rect.

piunt magnum salarium cum gravi damno litigatoris: propter quod debuissent ab advocatione removeri.

Quinto peccant, quia cùm nesciunt jura, vituperant Advocatos adversæ partis, ut probatur 3. q. 7.

Sexto peccant, & tanquam homicidæ sunt, cùm faciunt clientulos suos & testes flagitia dicere contra adversam partem.

Ista sunt principalia, quæ confessor ab eis inquirere debet. Si ergo Advocati salvari volunt, satisfaciant illis quos læserunt, & per pœnitentiam veram suo satisfaciant Creatori.

De pœnitentia Iurisconsulti, & cui debet confiteri.

Ex cap. 19.

Jurisconsultus est ille, qui solvit quæstiones propositas de Jurisconsultis. Ita tene, quòd idem juris est, sicut de Advocatis, scilicet reddere aliena quæ perperam adepti sunt, & confiteri proprio sacerdoti, & per ejus consilium suo satisfacere Creatori.

De Pœnitentia Presbyterorum & cui debeant confiteri.

Ex cap. 20.

Licet superius de pœnitentia presbyterorum dictum sit: tamen quædam remanserunt, quæ sub breviloquio intimabo. Presbyter suo debet confiteri superiori, & sacerdotes minores sub prælato, vel sibi invicem de licentia prælati confitentur Episcopo, si volunt. Et licet tanta sit malitia Clericorum, presertim presbyterorum, quæ vix posset sub numero comprehendi: pauca tamen vitia sub breviloquio ad eorum correptionem & cautelam ad memoriam perstringamus.

Primo in hoc peccant, quia permittunt se indignos ad Ecclesiastica officia promoveri contra Ecclesiasticos Canones.

Secundo, quia promoventur quandoque per simoniacam pravitatem.

Tertio quia valde incontinenter vivunt.

Quarto, quia immiſcent ſe ſpectaculis & pompis mulierum, & recipiunt munera & incumbunt uſuris, & plus diligunt comas Laicorum quàm coronas Clericorum, & immiſcent ſe mercationibus, & frequentant domicilia mulierum viduarum, & habent quoque apud ſe mulieres à Canonibus interdictas, & frequentant tabernas, & ludos taxillorum & alearum, & volunt divina officia frequentare, & diligunt venationes ſylvaticas & ſaltuoſas, & dant liberius venatoribus, meretricibus, vel joculatoribus quàm pauperibus de patrimonio crucifixi in periculo animarum ſuarum, & in ſcandalo plurimorum, contra Eccleſiaſticas ſanctiones.

Quinto, quia prælati invident ſubditis, & ſubditi prælalato, cùm debuiſſent ſe invicem diligere, ut inter prælatos & ſubditos fieret comprehenſio charitatis.

Sexto, quia multa vitia palliant ſub ſpecie virtutis. Nam cùm ſint avari, volunt videri temperati; & cum ſint crudeles, volunt videri compatientes.

Septimo, quia ipſi ſubditi invicem ſe conſumunt: & ideo homicidæ ſunt, & deteriores latronibus.

Octavo, quia valde ſunt inconſtantes, proferentes verba inhoneſta & inutilia.

Nono, quia peccant in ſacrificiis, cùm offerunt hoſtiam fractam vel vinum ſine aqua, vel aquam ſine vino, celebrantes bis in die, vel non cuſtodiunt chriſma vel Euchariſtiam ſicut debent, vel non mundant vaſa & altaria & veſtimenta decenter ſecundum Canones.

Decimo, quia alios ſubvertunt & in omni loco, ut teſtatur Hieronymus, ponentes ſcandalum vertuntur in laqueum tortuoſum.

Hæc ergo & conſimilia, ut de aliis taceamus, debent Clerici confiteri, & à talibus de cetero cavere, niſi voluerint in perpetuum cum diabolo cruciari. Explicit de Preſbyteris.

Solutio ad objectiones.

Ex cap. 21.

Forſan diceret aliquis, quid velit hoc quod Magiſter *Iannes de Deo* computavit vitia quædam, quæ committunt tam ſubditi

ſubditi quàm prælati. Ad hoc ego Joannes de Deo reſpondeo, quod tu ſacerdos qui audis confeſſiones loco Dei deberes diverſis experimentis uti ad peccati morbum expellendum, & deberes in genere quærere de quocumque à quolibet pœnitente ſecundum modum, & ordinem, & ſtatum ſuperius prænotatum.

Item ſi queris utrum illi ſalventur, qui hactenus non ſervarunt iſtas regulas in confeſſionibus faciendis. Reſpondeo ſecundum regulam Apoſtolicam: *alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*; & ſecundum regulam Jacobi Apoſtoli dicentis: *Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate invicem*, ut ſalvemini.

Vtrum poſſit Presbyter recipere pecuniam, vel alia dona, pro miſſis cantandis, & pro aliis orationibus.

Ex cap. 22.

Videtur, quod ſacerdos non poſſit recipere pecuniam pro miſſis cantandis, quas pœnitenti impoſuit. Ille enim benè ſciebat, quod Laïcus non poterat cantare Miſſam: & ideo præſumeretur, quod Sacerdos in fraude Canonis tale onus impoſuiſſet, ut poſtea recepta pecunia eum ab illo onere relevaret. Hoc ergo cùm ſit ſpecies mali, ideo ſecundum Apoſtolum vitanda eſt. Debet ergo ſacerdos ei aliam indicere pœnitentiam &c.

Vtrum Epiſcopus vel alius Prælatus poſſit exigere, aut expendere pœnas pecuniarias peccantium, vel debeat pauperibus elargiri.

Ex cap. 24.

Sed ſuper hoc ſic firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, quod licet talis pecunia de morte à quibuſdam Epiſcopis & Prelatis aliis exigatur; tamen ipſi Prælati non illas pecunias in proprios uſus conſumere debent, ſed pauperibus erogare, nam tales judices non provocantur amore juſtitiæ, ſed amore pecuniæ, ut probatur 11 q. 3. c. qui recte judicat. Et ideo fiunt lupi cuſtodes, ut 4. q. 4. c. contra ri-

tum. Unum ego *Ioannes de Deo* testor tales Prælatos sub periculo animarum suarum & tremore tremendi judicii, quòd tales pecunias non exigant; & si exigunt, non consumant, sed leprosis & aliis pauperibus largiantur: cùm eis à jure non sint concessæ, sed penitus à Canonibus interdictæ, ut probat Alexander Papa ex. de pœnis c. *Et post multa alia in fine hoc legitur.*

Explicit liber Pœnitentiarius à Magistro JOANNE *Hispano Doctore Decretorum Canonico urbis Bononiensis compositus ad honorem summæ Trinitatis, & individuæ unitatis Patris & Filii & Spiritus sancti, & sancti Vincentii Martyris, & ad honorem & nomen venerabilis Episcopi, & Capituli urbis Bononiensis & universalis studii Bonon. & ubicumque Ecclesia se extendit, in quâ succumbit falsitas & veritas elucescit, sub anno Domini M. CC. XLVII. Indict. V. Octobris, V. Kalendas Novembris.*

FINIS.





